6
39 M D
27

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

15. C.

5 - E - 18

5.3.18

5
E
18

Google

Sanchez In Ecclesiasten
A
IV
~~49~~
85

Digitized by Google


Digitized by Google

IN ECCLESIASTEN

COMMENTARIVM CVM CONCORDIA VVLGATAE EDITIONIS, ET Hebraici Textus.

AVCTORE MAGISTRO FR. FRANCISCO Sanchez Ulyſsipponenſi Benedictino Monacho Montis Serrati.

AD ILLVSTRISSIMVM DOCTISSIMVMQ. Dominum D. Ludouicum Tena Epiſcopum Dertoſanum Cathaloniæ Deputatum.



Anno 1619.

CVM LICENTIA SVPERIORVM.

Barcinone, Apud Sebaſtianum Mathevat Vniuerſit. Typogra.

Coll. Rom. Soc. Iesu. B. S.

Digitized by Google

APPROBATIO.

COMMENTARIA in Eccleſiaſten Reuerendi Patris Fratris Franciſci Sanchez Monachi, & concionatoris Montiſſerrati, ſedula qua potui diligentia, iuſſu & commiſsione Reuerendiſsimi Patris Magiſtri Fratris noſtri Placidi de Toſſantos Congregationis Sãcti Benedicti Hiſpaniarum de Obſeruantia Generalis, legi: In quibus nihil à fide alienum, aut bonis moribus contrarium, plurimum vero accuratæ doctrinæ, & eruditionis verè Philoſophicæ, quæ caducarum rerum inanitate detecta, charismata meliora doceat æmulari, inueni. Proinde cenſeo, non ſolum poſſe, ſed debere illa typis mandari, ob eximiam vtilitatem & fructum, quem pietatis cultoribus vbique ſunt allatura. Datt. Montiſſerrati duodecima menſis Iunij anno milleſsimo ſexcenteſsimo duodecimo.

F. Franciſcus Godofredus.

FACVLTAS REVERENDISSIMI PATRIS MAGISTRI FRATRIS Placidi de Toſantos Generalis Congregationis Sancti Benedicti in Regnis Hiſpaniæ, eiuſdemque Regis Catholici, Concionatoris, & in ſupremo Conſilio contra hæreticam prauitatem Cenſoris.

MAGISTER Frater Placidus de Toſantos generalis congregationis Sancti Benedicti in Regnis Hiſpaniæ. Facultatem concedimus Patri Fratri Franciſco Sanchez monacho, & Concionatori Montis Serrati, vt commentarium in Eccleſiaſten magno labore, induſtria, & omnium vtilitate, elaboratum; à viris què eruditiſsimis approbatum, in lucem poſsit edere, cum nihil quod legentium animos nocere, nec audientium aures offendere, contra id quod à Sanctis elucidatum, vel ab Eccleſia ſtatutũ eſt, contineatur. Matriti ſexta die Menſis Iulij Anni milleſsimi ſexcenteſsimi, Tertij decimi.

Magiſter Fr. Placidus de Toſantos
Generalis Ordinis Sancti Benedicti.

† 2 LICEN-

CENSVRA A. R. P. FRATRIS THOMÆ ROCA SACRAE THEOLOGIAE

Magiſtri Ordinis Prædicatorum Conuentus S. Catharinæ Martyris Barcinonæ Prioris.

COMMENTARIA in librum Eccleſiaſtem Salomonis edita ab A. R. Patre Magiſtro Fratre Franciſco Sanchez Benedictino Vlyſsipponẽſi quanta potui animi attentione perlegi non ſine delectatione ac fructu, nec quicquam in eis deprehendi quod vel ipſe Momus carpere queat, ſed plurima doctis ac eruditis lectoribus non mediocriter placitura. Vnde & cenſeo digna quæ typis excuſſa lucem videant. ad idq. A. Illuſtris ac Reuerendiſſimus D. Barcinonenſis Epiſcopus, cuius mandato & commiſſione recenſui, licentiam concedere & poſsit tutò & pro communi ſtudioſorum commodo etiam debeat. In cuius cenſuræ teſtimonium his ſubſcripſi in noſtro Conuentu Sanctæ Catherinæ Martyris Barcinonæ die 9. Octobris anni 1618.

Fr. Thomas Roca.

L. Epiſcop. Barcinon.

Vt. de Salba & Valleſicca
Reg.

DEDICATIO ECCLESIASTAE ILLVSTRISSIMO DOCTISSImoque D. D. Ludouico Thenæ Epiſcopo Dertoſano, Cathaloniæ Deputato &c.

QVANDOQVIDEM in more poſitum eſt à priſcis temporibus ſemper ſeruatum, vt qui librum in publicum prodire ſtatuit patronum ac protectorem quærat virum principem potentia, vel nobilitate, vel ſapientia inſignem, ſub cuius patrocinio tutus eſſe confidat, ego ſub vmbra alarum tuarum protegi cupiens, ad te confugio: vmbra enim, ideſt, tutella tua, & tuæ ſapientiæ, virtutumq; velamentum ſecuritatem mihi promittunt, ſi enim labor meus tibi probatum nouerint, nullus ſapientiſsimo tuo iudicio repugnabit. Paruum eſt quod offero magnitudini tuæ, rude eſt quod tam inſignem eruditionē adire audet, ſed ſi offerentis animi deuotio æſtimetur, multum oblationi meæ accedet incrementum. Dum te patronum opto tuamq. protectionem imploro, cenſuram etiam ſubire nō grauabor, neq. enim tam ſum mei amans, vt oderim veritatem: quod labor meus iſte tibi placuerit, alijs operibus manum vltimam apponere conabor, ſi aliter tibi viſum fuerit manum ab ſcribendo retraham. Vnum in omni euentu vehementer opto, vt in numero clientum tuorum me reponas.

Fr. Franciſcus Sanchez ſeruus tuus æternam tibi optat precaturq. fælicitatem.

AD LECTOREM
PRAEFATIO.

PARTVRIVNT montes naſcitur ridiculus mus; ab his qui me nouerunt hoc obijci poteſt, ſperabant enim poſt tàm diuturnum ſtudium opus aliquod inſigne, ſed nunc prodit breuis ſterilisq. commentariolus in Eccleſiaſtẽ poſt eruditiſsimorũ virorum commentaria eruditione ampliſsima: his ego reſpondebo, quod puer adhuc didici. Videlicet, Haũd facile emergunt quorum virtutibus obſtat Res anguſta domi. Non tamen in meam excuſationem afferre poſſunt illud Alciati: Ingenio poteram ſuperas Volitare per auras, ni me paupertas invida deprimeret. Scito ergo candide Lector quoniam ante hos viginti annos conatus explanare hunc librum, perueneram ad capitis 2. v. tertium, in cuius verſione à vulgata editione diſcordant Hebræi & illorum ſequaces: nitebor pro mea virili conciliare vulgatam verſionẽ cum Hebræo; verum mihi non poteram ſatisfacere, nec enim illorũ morem vnquam approbare potui, qui ſi quid habent, quo difficultatem effugere vtcunq. poſſunt ſibi applaudunt, & gratulantur, cum perſpicuum ſit nihil eſſe tam abſurdum dictu, quod aliqua diſtinctione nõ poſsit defendi, ſed aliud eſt defendere diuerticulis, & fictis diſtinctionibus, aliud veritatem perſuadere: hanc ob cauſam inceptũ opus reliqui, & Hebraicorum dictionariorum penuriam reſpuens me totũ ad Hebraicas litteras conuerti, & Sacram Scripturam Hebraicã ſæpe ac ſæpius euolui, è cuius collatione cum vulgata canonica & authentica editione multò mihi facilior viſa eſt intelligentia S.S. quam ex multitudine commentariorum, cum animaduerterem multos ignorantia Hebraicæ litteraturæ etiam in magnis cõmentarijs litteralem ſenſum ignorare. Quærat diligens lector in vaſtiſsimis cõmentarijs Pererij in Geneſim expoſitionem illius loci Gen. 3. Gen. 3. v. 15. Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius: vbi idem verbum vertit vulgatus primo per verbum, contero; ſecundo per verbum, inſidior: conſulat eiuſdem commentaria c. 30 à verſu 32. vſq. ad finem capitis, & conſideret quid lucis afferant, qua ratione latina editio cum Hebræo cõueniat. Si ignorabat Hebræa cur Hebraizare ſæpius gaudet: Verùm hac ſcabie paſsim laborant concionatores, qui niſi aliquid Hebraicum promant, eruditionis ſuæ iacturam feciſſe arbitrantur. Quidam vt probaret virginem debere eſſe ignotam viris, ſemperq. in penetralibus deliteſcere, ſic argumẽtabatur, virgo Hebraice vocatur Almah, Alma (.i. Anima) oculis non conſpicitur quamuis operationes eius appareant, ita virgo debet eſſe intima in domo nec patere oculis hominũ.

Lingua

Digitized by Google

Lingua vulgari Anima vocatur Alma,nomen hoc vulgare cũ nomine Hebræo confundebat.Cum hoc ego audirem riſum tenere non poteram.Ridiculũ hoc & ſimilia:illud nefarium,quod alius dixit,quis eſt iſte (inquit) qui venit de Edom tinctis veſtibus deBozra:*Quien es eſte que viene de la bediondez del mũdo teñi las las veſtiduras de borra?* Verum hoc non ignorantia ſolum, ſed impudẽtia grauis eſt.Dum accuratius expendo Hebræa,& inter ſe multa cõfero animaduerti, quanta ſub nocte iaceret noſtra dies,qui miramur Iudęorum ſapiẽtiam, & dum cœcos duces ſequimur in foueam errorum præcipitamur.Ridiculo argumento hominibus perfidis fidem adhibemus.*H*ebræi ſunt genere ergo *He*braicam litteraturam optimè tenent:hoc argumẽto probare poſſumus Italos lingua Latinæ eſſe peritiſsimos,cum experimentum paſsim doceat multos alios Latino eloquio eſſe illis præferendos.Si lacte ſugerent infantes eruditionem, illi alijs præſtarent,quorum parentes fuiſſent ſapientiores:ſed de ignorãtia *H*ebræorum poſt Chriſti in cælos Aſcenſionem dixi libro primo concordiæ editionis vulgatę cum *H*ebræo. Ille inoffenſo pede currere poterit, qui vulgatam editionem ducem ſecutus fuerit,ſed ne in dubijs fluctent ad originalis *H*ebræa recurrat,non tamen vulgatã *H*ebræo ſubijciat,ſed *H*ebræa ſeruire faciat illuſtrandis locis obſcuris,confirmandis dubijs,enucleãdiſq.myſterijs dabitq. operam vt optime teneat verborum proprietatem.v.g.firmamentum quid ſignificet ſingulis in locis Hebræa docebunt Gen.1.ſæpe fit firmamẽti mentio vbi pro cœlo accipi non eſt dubium,& alibi ſæpe idem ſignificat,Hebraice Raquihh.i.firmamentum,firma expanſio; verum nouatoribus,vaniſq. Iudæorum ſequacibus viſum eſt pro aëre vſurpare,qui non ſolum ignoranter, ſed etiam impudenter à vulgata editione,& à LXX interpretũ, antiquorumq. Patrum ſapientia recedere auſi ſunt.Si nominis proprietatem tenere cupit candidus Lector verbum Raqahh contempletur,quod reperiet Pſ.135.v.6.qui firmauit terram &c.Iſa.42.v.5 Hæc dicit Dominus creans cęlos , & extendens eos,& firmans terram c.44.v.24.ſtabiliens terram. His locis ſignificat firmare & ſtabilire.Iob.37.v.18.fabricare. Tu forſitã cum eo fabricatus es cœlos,qui ſolidiſsimi quaſi ęre fuſi ſunt.Hęc verba ſunt Eliud viri eruditiſsimi , ex quibus conſtat antiquiſsimã vulgatiſsimamq. fuiſſe ſententiã de cęlorum firmitate, & verbi Raqahh propriã ſignificationem eſſe firmare, & rem firmã extendere.

2.Reg.22.v.19.Factus eſt Dominus firmamentum meum.H Mishhan.i.Robur &c.a verbo Sahhan. i.innitor,recumbo, incumbo &c. 3.Reg.8.v.43.Tu exaudies in cœlo,in firmamento habitaculi tui.Alij vertunt , loco parato reſidentiæ tuæ Mecon.i.locus firmus.tutus.v.49.In firmamẽto ſolij tui.H vt v.43. Pſ.17.v.3.Dominus firmamentum meum H.çelahh.i.petra,ſaxum, rupes. Iiẽ Pſ.70.v 3.Pſ.24.v.14. Firmamẽtum eſt Dominus timentibus eum H.Secretum Domini timẽtibus eum. çod.ideſt. Arcanũ,Secretum. Diuina myſteria cordibus ſanctorum inhærentia animum reddunt fortiſsimum, vnde Apoſtolus dicit Philip.4.v.7.Pax Dei,quę exuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda veſtra *Pſ.24. Eucha riſtia.*

& intelligẽtias veſtras. Aliqui putãt çod pro ſeçod.(.ideſt fundamentũ) poſitũ fuiſſe. Pſ.71.v.16. Erit firmamentum in terra &c H. Piçath Bar.i. particula fru menti in terra in capite montium. Hoc reuera eſt illud ſecretũ Domini quod firmat timentes Deum. Propheta Arçano ſermone & myſticis verbis Eucharistiam ſignificare voluit, hæc eſt frumẽti particula ſiue buccella: caput montis eſt caput Sacerdotis ſupra quod Eucharistia eleuatur, quando Miſſam celebrat. Attende conſonantiam ſanctarum Scripturarum & ſecretum diuinũ:

Pſal. 103. v.16. Euchariſtiæ Sacramento panis ille cœleſtis ſumitur, qui cor hominis confirmat. Vides mirabile firmamentum, vides diuinum arcanum, de quo dicitur, Pſ.22.v.5. paraſti in conſpectu meo mẽſam aduerſus eos, qui tribulant me Hu-

Pſ.22. ius menteq; pane roboratur, fulcitur, firmatur vir timens Deum contra omnes inimicos. Sed de his alibi opportunius. Ne longius progrediar omitto illud Pſ 72.v.4. non eſt firmamentum in plaga eorum.

Hæc & ſimilia qui non aduertunt non ſemel aberrant à vero ac legitimo ſenſu S.S. quæ niſi in eo ſenſu accipiatur, quem Spiritus ſanctus nobis indicare voluit, robur ſuum ac virtutem amittit.

Eſt etiam aliud non minus neceſſarium diligenter conſiderandum, in quo non ſolum ignari Hebraicæ litteraturæ decipiuntur, verum etiam hi, qui docti reputantur. Sicut vni nomini, aut verbo latino multa Hebræa reſpondent, ita vnum Hebræum per multa latina transfertur, quæ non ſemper ſunt affinia & ſimilis ſignificationis, quam ob rem qui ſingula omnibus locis accomodare noluerit magno inuoluetur errore v.g. Sepha.h, ideſt labium, ſcilicet oris: Ora ideſt extremitas veſtis: litus, ripa &c. Gen.11.v.1. erat autem terra labij vnius & ſermonum eorundem. Secunda pars huius ſententiæ eſt expoſitiua prioris. Nũquid hoc loco pro labio poterit verti ripa, aut litus? v.7. confundamus ibi linguam eorum vt non audiat vnuſquiſq. vocem proximi ſui. H. pro lingua & voce eſt nomen labium; ſi pro ripa aut littore quis verteret vocẽ, ineptiſsimus eſſet interpres. Ph: h, ſiue, Phi, ſeu Peh, & Pi, ideſt, os ſermo, imperium, vultus, ora ſcilicet veſtis. Sumitur autem pro imperio & ſermone, & eloquentia per Methonymiam, ſic etiam. Gen.24.v.57. pro voluntate, quæ ore exprimitur, huius loci fretus argumento vir alioqui doctiſsimus Ribera frequentem phraſim S.S à legitimo ſenſu ad falſum & ineptum detorſit, cuius verba videre poteris Hoſæ 10.v.38. marginali; Negat hic Doctor, Pi, ideſt os ſumi pro acie, & os gladij non eſſe aciem gladij, ſed gladij voluntatem; & quia acies ſiue os gladij Græce dicitur, ſtoma: *Heb* c.4.v.12. penetrabilior omni gladio ancipiti: & *Hebræ*.c.11.v.34 effugerunt aciem gladij: ea Phraſis (inquit Ribera) Græcorum eſt non *Hebræorum*, non eſt præſentis loci iſta plene refutare: illud tamen nõ poſſum non refellere, quod communi ſententiæ & ipſi vulgatæ editioni aduerſatur. Negat Ribera hoc nomen ſignificare aciem, ſed refellitur multorum locorum auctoritate, 1. Reg. 13 v. 21. Retuſæ erant acies (*H.* Pim) vomerum. Iud.3.v.16. fecit ſibi gladium ancipitem. *H.* & ei duo ora (Peio.h, ideſt acies,

ora)

ora) Prou. 5. v. 4. Acuta quaſi gladius biceps. (H. Pijeth, ideſt acierum) Pſ. 149. v. 6. gladij ancipites. (H. Pipijoth. i. acierum) Iſa. 41. v. 15. Habens roſtra (H. Pipijoth) ſerrantia. Hinc fit vt gladius dicatur deuorare Deut. 32. v. 42. Iſa. 1. v. 20. Ierem. 2. v. 30. c. 12. v. 12. c. 46. v. 10. Dicitur etiam inebriari Iſa. c. 34. v. 5. miror Doctiſsimi viri diligentiam hac in re fuiſſe negligentem.

Maldonatus vir inſignis eruditionis dū pertinaciter falſę opinioni adhęret aſſerens odium inimicorum fuiſſe in pręcepto legis Moſaicę, vtitur argumento ducto ex nomine Rehhah ideſt proximus: non quiuis homo, vt ipſe putat, intelligi debet, ſed is, qui aut ſanguinis, aut amicitiæ neceſsitudine alium attingit. Quare nomine proximus intelligendum putat aut qui amicus eſt, aut qui eſſe debebat, eſſe vero debebat, inquit, qui Iudęus erat. Errat ſane in huius nominis proprietate, vide eius cōmentariū Matthęi 6. v. 43. quod Rehheh non ſolum amicū ſed proximū, propinquitate non ſolū ſanguinis, amicitię, aut legis, ſed propinquitate naturę nūc oſtendā. Sed prius aduertendū iuxta Maldonati ſententiam inter Iudęum & gentilē non potuiſſe amicitiam interueniſſe, nā ſi lex præcipiebat Iudæo odiſſe illum, qui non erat eiuſdē religionis, amicus eſſe non poterat qui odio dignus putabatur. Exod. 11. v. 2. Dices omni plebi, vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua (H. à ſocia ſua vel proxima ſua) vaſa argentea, & aurea. Dabit autem Dominus populo gratiā coram Ægyptijs. Ecce Ægyptius amicus Iudæi vocatur. Iud. 14 v. 20. Vxor autem eius, ſcilicet Sāſonis, accepit maritum vnū de amicis eius & pronubis. Samſon erat Iudæus amici vero Philiſtæi. Exodi. 20. v. 16. Non loqueris contra proximū tuum falſum teſtimoniū &c. Hic per proximum omnis homo intelligitur, vt Eccleſ. 3. v. 8. dicemus. Iud. 14. v. 11. dederunt ei ſodales triginta ſcilicet triginta Philiſtæos Samſoni. Iud. 15. v. 6. quia tulit vxorem eius & alteri tradit. H. & dedit eam ſodali eius. Nec obſtat quod ſit nomen Merehh, ſiue, Merehheh, ſunt enim eiuſdē ſignificationis. Sodalis & amicus Iudæi vocatur Philiſtæus, qui alioquin hoſtes erant, & religione animiſq. diſcordes. Vide Iſa. 34. v. 14. 15. 16. vbi Alter H. proximus. I. ſocius dicitur de rebus ratione carentibus. Eſth. 1. v. 19. Nequaquā vltra Vaſthi ingrediatur ad regē, ſed regnū illius altera, quæ melior eſt illa, accipiat. H. regnū illius det Rex proximę eius bonæ præ illa. Quęro quę amicitia, quæ religio, quę neceſsitudo copulabat Vaſthi cū Eſther, cui regnū datū eſt? Quid dicam de nomine Tſamath quod occultū, latens, turpitudo ſignificat apud vulgatum Cant. 4. v. 1. v. 3. c. 6. v. 6. Iſa. 47. v. 2. Sed plerique ex noſtris maluerunt ſequi perfidos Iudęos, qui multis ſæculis poſt paſſum Chriſtum fictam ſignificationem excogitarunt, cuius nemo antiquorum interpretum meminit. Sed de hoc cōmodius alibi. Plurima ſunt loca, quæ cū Hebræo pugnare, aut ab illo diſſentire videtur, quorum conſideratio me impulit vt ſæpius Hebræam Scripturam attentè explorarem; primò ad ordinem Alphabeti redegi omnes Latinas dictiones & Hebræas illis correſpondentes, & dum ſpero aliquod adiutorium, quo impolita poſſem polire, & imperfecta in meliorē formā

redigere,

Digitized by Google

redigere, nullus mihi datus eſt, qui ſcribendo iuuaret. Interim aggreſſus ſum concordiam vulgatæ cum Hebræo, quod onus vires meas ſuperabat, ſed alius imperfectum opus fortaſſe perficere vellet. Vnico volumine complexus ſum loca pleraq. vſq. ad librum Eſther. Deinde viſum eſt non ſolum concordare librum Iobi, pſalmorū, prouerbiorum, atq. Eccleſiaſtę ſed etiam commentari, non illo quæſtionum apparatu, neq. auctorum paginas tranſcribendo, vt multis placet, qui ita ſcribunt ac ſi omnes libri forent delendi, aut tantum otij nobis daretur, vt tot volumina in tanta vitæ breuitate poſſemus cum fructu legere. Si talis ſcribendi methodus mihi arrideret, nullibi maiorem inuenire poteram dicendi materiā quā in Eccleſiaſtæ. Quidam ad cōmentaria Iobi de morborum differentijs ac ſignis longum admodum præmiſit tractatum, in eamq. inſaniam deuolutus eſt, vt aſſerat B. Iobum morbo Gallico, ſiue lue venerea laboraſſe. Alius in primum caput Geneſeos inuexit longiſsimam diſputationē contra Aſtrologiam iudiciariam: ſic fiunt commentaria moleſtiſsima, ac vaniſſima. In primo c. Eccleſiaſtæ de motu cœlorū de generatione & corruptione, de Elementis, de fluxu & refluxu maris, de metheoris diſputari poterat: de difficultate rerum naturalium & ſupernaturalium ita verba facere poſſet homo otioſus, vt omnium ſcientiarum & artium congeriem faceret infinitam. c. vero. 2. de rebus artefactis, de Architectura, de Agricultura, de muſica, de ciborum condimentis, de omni deliciarum ac voluptatum generibus diſſerere poſſet commentator vanus & importunus: nec anguſtior dicendi materia in reliquis capitulis ſe offerret. Mihi vero potiſsima cura fuit concordia vulgatæ cum Hebræo; quod admonere volui ne quis commentarij ſterilitatē miretur. Dum ad Hebræa remitto lectorem, loca indico conſulenda, vt lector meo iudicio & aſſeuerationi non innitatur, ſed ſuæ diligentiæ ac iudicio proprio; ſunt enim quidam graues auctores, qui dum aſſerunt aliquid in Hebræo contineri ſuppreſsis ſilentio locis errandi anſam præbent lectori. Doctiſsimus vir Genebrardus pſ. 16. v. 14. Methim, inquit, non ſignificat ſimpliciter homines, ſed homines paucos, vt Gen. 34. v. penult. Si plura protuliſſet teſtimonia palinodiā cantaſſet, & errarum ſuum vidiſſet, imo ipſo loco á ſe allegato refellitur: nam vbi dicitur, nos ſumus pauci, Hebraice eſt Methei miſphar. i. viri numeri. i. facile numerabiles. i. pauci. Refellitur eius aſſertio Deut. 2. v. 34. cunctas vrbes in tempore illo cepimus interfectis habitatoribus earum viris (Methim) ac mulieribus. Hoc loco de plurimis dicitur hoc nomen. Item. c. 3. v. 6. Iob. 11. v. 3. 11. c. 22. v. 15. c. 24. v. 12. Pſ. 54. v. 3. contriſtatus ſum &c. Genebrardus H. (inquit) vociferatus ſum, eiulaui. Bellarminius ait, pro voce contriſtatus ſum eſt verbum Arid, quod ſignificat Flebo, vel eiulabo. Si protuliſſent exēpla lectorem dirigerent, ſed proferre non poterant, nam verbum hoc vel eſt ſingulare in hoc loco, vel ſi alibi reperitur non id ſignificat: verbum eſt, Rod, quod cognationem habet cum Radad, & Iarad. ſed de hoc latius in præfatione concordantiarum Hebraicarum, quas vulgatæ editioni accommodo. Multa Pine-

dæ

Digitized by Google

dæ errata circa Hebræa omitto,quia ſæpius de his dixi in commentario Iobi. Vereor ne temerarius aut inſanus reputet,qui cum ſim Pygmæus Gigantum conflictum nō reformidem,ſed ſpero(Deo protectore)ſub vmbra veritatis, & amore cōmunis vtilitatis me tutū fore;hanc ob cauſā graues & doctos viros, meo iudicio errātes,indicaui,ne lectores fidēt nominis magnitudini.Sed ipſimet veritati, quam accurate debent indagare:nec ex alieno ſemper pendere iudicio:qua in re, ni fallor,vehementer legētium animos offendunt,qui multitudinem verſionum accumulant,quæ ſæpe maiores & moleſtiores tenebras ingerunt.Eſto aliquando ſit vtile ſi prudenter aut neceſſario fiat,ſæpius tamen moleſtum ac vanum eſt:quod licet indicium ſit multæ lectionis,eſt etiam argumentum ignorantiæ legitimæ ſignificationis verborum Hebraicorū. Mihi cura non fuit expendere verſiones Pagnini,Montani,Clarij, Vatabli ac Rabbinorum,ſed verba ipſa ex ipſo fonte, & auctoritate vulgatæ editionis conatus ſum exponere:quod vno aut altero exemplo fiet manifeſtum:Eccleſ.9.v.4. *Eccle. 9.v.4.*
Nemo eſt qui ſemper viuat,neq. qui huius rei habeat fiduciam. H.ſi verbum verbo reddatur,vt ego ibi feci,ſenſus eſt planus:ſcilicet,quia cui quod (l. qui) eligatur ſuper omnes viuentes,eſt ſpes.Ideſt,quis eſt tam præſtans, quis inter omnes viuentes electus,cui ſit ſpes ſemper viuendi?qui ſperet ſe non deſcenſurum ad inferos,vel ad mortuos vt eſt in H.v.3.Aliæ verſiones frigent, neq. verbis Hebræis conueniunt;liberumq. eſt cuiq. vertere vt libet,quia verſionis ſuæ rationem non reddunt;& verbum,Bachar.i.eligo varias interpretationes non admittit ab hac ſignificatione alienas.

Aliud ſit exemplum ex c.5.v.8.Inſuper vniuerſæ terræ rex imperat ſeruienti. *Eccle. 5.v 8.* H.præſtantia terræ in omnibus ipſe Rex regionis ſeruiēti; ideſt præſtat Rex terræ & prouinciæ omni ſeruienti, omnes enim inferiores Rege illi ſeruiunt. Præter illa,quæ ibi dixi aduerte,Sadeh,non ſolum ſignificare agrum:ſed etiam regionem,ſiue prouinciam.Vide Gen.14.v.7.(c.32 v.3.)c.36.v.35.Num.21.v.20.Iud.5.v.4.18.Ruth.1.v.1 2.c.2.v.6.1.reg.6.v.1.&c. Aduerte etiam preteritum & participium verbi hhabad.i.ſeruio in Niphal nō diſtingui niſi punctis,ideo poteſt eſſe participium ſcilicet ſeruiens. l. ſeruitus ſi Latine dici poſſet, accentu in penultima:latine ſeruio eſt verbum neutrum carens voce paſſiua,ſed Hebraice habet paſſiuam vocem.Claritatis gratia ſic vertes: Excellentia terræ in omnibus,eſt,ipſe,Rex regionis cui ſeruitur.i.cui obedientia preſtatur, qui eſt ſuper omnes alios iudices.Dici etiam poteſt errore ſcribentium ob ſimilitudinem litterarum pro.R,poſitum.D, forte non legit vulgatus Leſadeh. Sed, Liſreh,ideſt ad imperandum, ad tenendum principatum &c. Nam verbum Sarah,ſiue,Sur.id ſignificat,Gen.32.v.28.Si contra Deum fortis fuiſti. al. Princeps fuiſti Oſeę.12. v.3. Directus eſt cum Angelo. v. 4. Inualuit ad Angelum. Significat Regnare Numer. 16.v.13.Iud.9.v.22 preeſſe Iſa.32. v.1.imperare Prou.8.v.16.His locis eſt verbū Sur,ſiue,Sarah.quare locus Eccleſiaſtę,ſic verti debet:Excellentia terræ in omnibus Rex ipſe ad imperandum ſeruienti,ideſt

ſibi

ſibi ſubditis quantumuis ſint præſtantes & excelſi. Non gratis aſſero litteras, R & D quandoq. permutari, nam etiam ipſi Iudæi coguntur id indicare 2. Reg.13.v.37. Ammiud: in textu eſt Amichur, & in magine Amichud. 4. R.g. 16.v 6. Idumæi. In textu eſt, Arumim, in margine Adumim. 1. Paral.1.v.6. Riphath: ſic eſt in margine, ſed in textu eſt, Diphath.v.7. Dodanim, ſic eſt in textu, ſed in margine Rodanim, vides tribus prioribus locis textum eſſe deprauatum: non ergo mirum eſt ſi alijs etiam locis idem contigerit ſcribentiū negligentia, vel ignorantia: neq. ſtandum eſt iudicio Iudæorum, quos perfidia excæcat, ſed iudicio Eccleſiæ, quo vulgata editio & Canonica & authẽtica eſt.

Cum multa indico loca neq. ad longū refero verba, id feci breuitatis cauſa, & vt aliquid relinquerem lectoris ſtudio, & potiſsimum quia ſumptus non ſuppetebant. Si typographi negligentia erratum fuerit in numeris locorū Sacræ Scripturæ, beneficio Latinarum concordantiarum reſarciri poterit hoc damnum.

Nolui etiam in his rebus & quęſtionibus tempus terere & lectorem remorari, quæ initio librorū tractari ſolent, hoc eſt, Quis auctor libri, quo tempore vixerit aut ſcripſerit, quæ illius patria, qui parentes quæ educatio &c Nam iniquum iudicaui res notiſsimas ſæpius inculcare, & certiſsima in dubium reuocare. Vale optime lector & noſtro labore fruere.

Digitized by Google

IN ECCLESIASTEM COMMENTARIUM CUM CONCORdia Latini, & Hebraici Textus.

PRÆFATIO.

QVÆ à multis queri ſolent librorum initijs conſulto prætermittenda iudicaui, cum ne moleſtus eſſem lectori, tum quia ſuperuacaneũ eſt ſæpius acta agere, & quæ certiſsima ſunt in dubium reuocare. Quis enim neſcit hunc librum eſſe Canonicum? Id catholica tenet Eccleſia, & Hebræi ſemper aſſeuerarunt.

Huius libri auctorem eſſe Salomonem homo ſanæ mentis ſinceræq. pietatis inficiati non poterit, vt conſtat ex c. 1. v. 1. & v. 12. & c. 2. v. 9. eſtq. communis ſapientum ſententia.

Multorum eſt opinio, quæ ab Hebræis primo deriuata eſt, hunc librũ ſcripſiſſe Salomonem in vltima ſenectute, quo teſtaretur reſipiſcentiam ſuam, exiſtimant enim Salomonem pœnitentiam egiſſe, & à Deo ſuorum ſcelerum veniam impetraſſe. Hæc

eſt pluriū aſſeueratio, qui ſi ſua opinione Salomonē poſſent cœlo inferre & inter Beatos collocare, me quoq; haberent ſuffragatorem, ſed ab hac ſentētia retrahit me ſacra hiſtoria, quæ Salomonis deprauatā per mulieres ſenectutem narrat, pœnitētiæ vero nuſquā meminit, quæ cum Manaſſæ impietatis mentioné fecerit, pęnitētiā ipſius litteris prodidit. Dein de ſi Salomon egit pœnitentiā, & ad ſcribēdum na ctus eſt morā, cur eodem tempore delubra illa dę moni cōſecrata, & idola non curauit demoliri? ſūt autem poſtea euerſa, vt videre eſt 4. Reg. 23. v. 13.

Titulus, ſiue operis huius inſcriptio eſt Eccleſiaſtes, Hebraice Sepher Goheleth, id eſt, Liber concionatoris ſiue concionatricis, ſcilicet, ſapiētiæ: de quo dicemus c. 1. v. 1. Sepher autem librum ſignificat á verbo Saphar. i. Narro, annuntio, numero, vnde Sopher i. Scriba, Doctor, litteratus.

Argumentum libri, auocatio humanæ mētis ab amore, & curis rerum mūdanarum, quas noſter cōcionator plurimis argumentis demonſtrat eſſe vaniſsimas, vt omnes curas ac cogitationes ad quęrēda æterna diuinaq. bona transferamus. Dicēdi methodus moduſq. varius eſt, vel quia multorum induit perſonā noſter Eccleſ. quandoq. ſapientis, aliquando ſtulti & mūdani hominis faciē ſumit, vel potius eiuſdē perſonæ mutabilē cōditionē indicat, eſt enim homo mutabilis, & varijs animi affectibus exagitatur; nunc lætus, nunc triſtis; modo ad res gerendas ſtrenuus, modo ſegnis ac deſidioſus: diruit ædificat, mutat quadrata rotundis: quæ vehementer appetebat mox faſtidit, ac reſpuit. Hanc ob cauſam concionator vt faciliùs perſuadeat, & animis illabatur, ſubtilius omnibus perſonatum affectibus ſeſe accommodat.

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

v.1.Heb. *Verba concionantis filij David, Regis in Ieruſalem.*
Lat. *Verba Eccleſiaſtæ filij David, Regis Ieruſalem.*

PRODIT ad concionandum Rex ſapiens, Regis ſapientis, & religioſi filius. Beata ſanè reſpublica, in qua Rex docendi munus ſuſcipit; Regi obediẽtia honorq. debetur: Docenti magiſtroq. amor ac reuerentia, amor autem omne imperium gratum reddit, & omnis obedientia amore fit facilis. Conſiderans Plato humanarum legum obliquitatem in hæc verba prorupit: tandem vero compertum eſt mihi reſpublicas omnes, quæ nunc ſunt improbe gubernari: nam quantum ad leges attinet inſanabiliter ferme ſe habent: nullo inſtituto mirabili, ſed fortuna quadam viuentes. Quapropter dicere adductus ſum laudans rectam philoſophiam quid iuſtum ſit, & quid non tam in re publica quam priuatà per eam dumtaxat diſcerni. Itaq. non prius deſinere humanum genus in malis verſari, quam aut homines rectè vereque philoſophantes, rerum publicarum gubernationem adepti fuerint, aut hi, qui gubernant, diuina quadam ſorte veré philoſophentur. Hæc ille. Fęlix ſanè Iudæorum populus rege ſapiente & ſapienter philoſophante, qui à patre ſapiente, illuſtri, virtute & religione præſtante inſtitutus eſt: imo qui diuina ſorte, diuino afflatu populum ad concionem vocat, & congregatum inſtruit cæleſti diſciplina. Vnum tamen huic cõcionatori defuit, quod magnam vim habet ad perſuadendum, hoc eſt, conſtans animi propoſitum in virtute & ſincera erga Deum pietas, rectæque vitæ exemplum: nam qui aliter viuit quam docet doctrinam facit ſuſpectam, & quod verbis ædificare conatur prauorum operum exemplo deſtruit, nam cuius vita deſpicitur conſequens eſt, vt doctrina contemnatur, niſi aliunde auditoris animus ad bene agẽdum inducatur, niſi D. intus gratia animum informet. Multiphariam multiſqué modis olim Deus loquens patribus

Obedientia amore fit facilis.

Epiſtol. 7.

Sapiẽs rector.

Doctor qualis.

Exẽplo docendum.

Vita improba officit doctrinæ.

Hebr. 1.

 in pro-

in prophetis nouiſsime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio: qui peccatum non fecit, neque dolus inuentus eſt in ore eius: qui fuit vir potens opere & ſermone, qui cœpit facere & docere; in cuius doctrina nihil poteſt eſſe falſum, neque in exemplo aliquid prauum, aut imperfectum: hic eſt concionator omnibus numeris abſolutus. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis, & ingreſſus illius mandata æterna. Dei verbum, Dei filius. Dei virtus & ſapiētia, qui in excelſis ſecundum diuinitatem habitabat, & inde ſapientiam cōcionatoribus & doctoribus infundebat: mundum voluit ingredi, & viæ eius, actiones ei⁹ mandata ſunt æterna, nullo vnquā tēpore mutāda, & quæ nos ad æternitatem perducere poſſunt. Beata vere mater eccleſia, quæ Diuini huius Eccleſiaſtæ doctrina eſt inſtituta, moribus informata, ſanguine redempta & exornata. Hic eſt Dominus & magiſter, qui docet genibus flexis lauās diſcipulorum pedes: qui crucis cathedram aſcendit doctus omnem virtutis perfectionem paupertatis, patientiæ, charitatis: qui ſe regem regum ibi demonſtrat, cum pœnitenti latroni regnum cœleſte donat: hic eſt Dauidis filius, & rex melioris Ieruſalem, vt

1. Petri 2. v. 22.

Luc. 24. 19.

Act. 1. v. 1.

Eccli. 1. 5.

Chriſtus Doctor Abſolutiſsimus.

mox dicetur. Magnum eſt eximiæ bonitatis, & modeſtiæ argumentum cum poſsis imperare aliquid, malle illud perſuadere, ideo Rex fit concionator, vt perſuaſus animus libenter obtemperet, & imperata perficiat. Chriſtus Rex regum, & Dominus dominantium magiſter noſter eſſe voluit docens exemplo priuſquā verbo, nam

Perſuadendū potius quam imperādum.

Segnius irritant animum demiſſa per aures,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Horat. in arte Poetica.

Docendi munus in Chriſto fuit laborioſiſsimum, nam ob hoc natus eſt in hyemis rigore, & repoſitus eſt in præſepio: tota illius vita multis fuit expoſita laboribus, & tandem poſt dira tormenta in cruce mortuus eſt.

Verba.

Verba, numero plurali dixit fortaſsis ob multiplicem doctrinam in hoc libro contentam, vel quia multarum perſonarum vices gerit, quandoque enim alienam impiorum perſonam induit, illorum verba, & cogitationes proponens. Verum hæc obſeruatio neceſſaria non eſt, quoniam Iſaiæ c. 2. n. 1. Ezech. 1. nu. 3. Oſeæ. 1. n. 1. verbum Domini proponitur. Ieremiæ tamen c. 1. num. 1. ſic incipit dicendi exordium. Verba, inquit, Ieremiæ

remiæ &c. Amos ca.1. num.1. Verba Amos &c. non eſt neceſſe vbique ieiuna argumenta quærere ad amplificanda commentaria.

Filij Dauid. Nomen Patris appoſuit, quod etiam fecit initio libri Prouerbiorum; quod etiam imitatus eſt Iſaias, Ieremias, Baruch, Ezechiel, Zacharias. Iudæorum opinio eſt, quoties Propheta patrem ſuum nominat tam patrem quam filium prophetas fuiſſe; ſed Iudęi multa dicunt, quæ probare non poſſunt: fortaſsis id factũ eſt, vt & parentibus hunc deferrent honorem, & ſibi ex parentum præſtantia auctoritatem conciliarent: vel ad diſtinctionem perſonarum, nam quando multi in nomine conueniũt, parẽtum nominibus appoſitis decernuntur. Hoc tamen in Salomone non videtur neceſſarium fuiſſe, quare exiſtimo voluiſſe per hoc auditorum animos beneuolentia deuincire, quibus nomen Dauidis erat honorificum, cuius memoria in benedictione gratiſsima.

Eccleſ. Eccleſiaſtes eſt nomen Græcum à verbo Eccliſiazo. i. cõcionor, ad concionem voco, concionem habeo, cõuentum celebro. Inde Eccleſia. i. conuentus congregatio, cætus, concilium, concio. Hebraice

Qoheleth Qoheleth. i. cõcionatrix genere fæminino, quo cur vſus fuerit Salomon non vna eſt omnium ſententia. Franciſcus Ribera in cap. 1. Aggæi aſſerit S. Scripturam vti genere fæminino pro maſculino propter elegantiam: in vno quoque genere, inquit, fęminæ ſunt pulchriores maribus: & hanc ſententiam inter regulas intelligentiæ S. Scripturæ numerat. Virum doctum miror ridicula nobis velle obtrudere quaſi regulam ſacram: ridiculum ſanè eſt, & aperte falſum fæminam in vno quoq. genere eſſe maſculo pulchriorem, reclamat gallus gallinaceus, taurus, equus, aries, & plura alia animantia: pauo maſculus pulchertimis eſt ornatus plumis, quibus caret fæmina: gallus Indicus elegantior eſt gallina. Exempla quibus hoc cõmẽtum probare nititur ſuis locis explanãtur, & legitimus ſenſus indicatur. Placet mihi Pagnini ſententia aſſerentis Qoheleth eſſe appoſitum animæ vel ſapientiæ Salomonis, vt hic introducatur ipſa ſapiẽtia concionans, quod ſi iungitur verbo maſculino v. 2. & alibi, id fit ad indicandam perſonam Salomonis, per cuius os loquebatur ſapientia. Excipe cap. 12. nu. 9. vt ibi indicabo, & cap. 7. num. 28. vbi verbum etiam eſt fæmininum, vt tota oratio tribuatur ſapiẽtiæ loquen-

loquenti. Fuerat iam lapſus in grauia delicta Salomon, qua propter ſe indignum iudicabat publico magiſterio: ideo doctrinam huius libri hoc artificio voluit diuinæ aſcribere ſapientiæ, ne auditores tepeſcerent & minus attenti eſſent, quia vt dicebam, plurimum conducit ad perſuadẽdum in culpata docentis vita; in ſapiẽtiam autem præſertim diuinam nullus defectus cadere poteſt.

Ieruſalem. Ieruſalem, iam ſatis vulgatum eſt, quid ſignificet id eſt, viſio Pacis: a Raah. i. video, aſpicio &c. & Salom ſiue Salem, id eſt, pax, concordia, & quia Salam non ſolum ſignificat pacem habere, pacificum eſſe, in pace verſari, ſed etiam reddere, reſtituere; perficere, cõplere; fit vt Ieruſalem poſsit ſignificare viſionem perfectionis, reſtitutionis, complemẽti: cumq. in hac vita omnia tumultu ſint inquieta, & vita ſit militia, nihilq. hic omnimo dam habere poſsit perfectionem, cum omnia vanitati ſint ſubiecta; cõſequens eſt, vt ſola cæleſtis aula, & ciuitas illa beata, Ieruſalem abſolute dici poſsit. Qua propter Chriſtus perfectiſsimus Eccleſiaſtes filius Dauid & filius Dei, Rex Ieruſalem nuncupatur, qui docet perfectam veritatem, & relegat omnẽ vanitatem, qui nos ſua doctrina & gratia poteſt ducere ad viſionem perfectionis, perfectæ tranquilitatis, & beatæ retributionis ac reſtitutionis, quando mortale hoc induerit immortalitatem, & iuſti recuperauerint maiora bona per Chriſtum, quam quæ perdiderunt præuaricatione Adæ, & vbi abundauit delictum ſuperabundabit gratia. Salomon. i. pacificus Rex fuit Ieruſalem, ſed pax illa temporalis multis fuit vitiorum tumultibus implicata, rex ipſe miſere ſuccubuit turpitudini & impietati, de quo ſic ſcribit Eccleſiaſticus, poſtquam illius ſapientiam gloriam opulentiamq. commemorauit: inclinaſti inquit, femora tua mulieribus, poteſtatem habuiſti in corpore tuo: dediſti maculam in gloria tua, & prophanaſti ſemen tuum, inducere iracũdiam ad liberos tuos, & incitari ſtultitiam tuã &c. & 3. reg. 11. num. 4. cumq. iam eſſet ſenex deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur Deos alienos &c. quã diu Dauid bellis impeditus, & laboribus exagitatus fuit vitam vixit integerrimam, ab illis quieſcens, adulterium cõ miſit: Salomon eius filius perpetua fruens pace in maiora ruit flagitia, & vſque ad impietatem Idololatriæ pro lapſus, eſt. In fęlix pax, quę illi tãtorum

1. Cor. 15. v. 53.

Rom. 5. v. 20.

c. 47. 21.

3. Reg. 11.

torum malorum cauſa fuit. Noſter vero Eccleſiaſtes, & verus Salomon Chriſtus; cuius pax exuperat omnem ſenſum, animorum nobis attulit tranquillitaté, in cuius natiuitate Angeli canunt, gloria in excelſis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: cumque iam morti eſſet proximus diſcipulis teſtamento legauit pacem, pacem, inquit meam do vobis, pacem relinquo vobis: & a mortuis reſurgens cum ſe diſcipulis manifeſtat, ait: pax vobis: præcipitq. concionatoribus mundum peragraturis, regnumque Dei annunciaturis, vt in quamcunque domum intratent primo dicerent, Pax huic domui. Merito vocatur princeps pacis pater futuri ſæculi, ſiue, æternitatis, vt eſt in Hebræo, quia per ſanguinem ſuum pacificauit ſiue quę in cęlis, ſiue quæ in terra.

Phili. 4. v. 7. Pax. Luc 2. v. 14. Ioan. 14. v. 27. Ioan. 20. v. 21. Luc. 10, v. 5. Iſa. 9. v. 6. Coloſſ. 1. v. 20.

v. 2. Lat. *Vanitas vanitatum dixit Eccleſiaſtes, vanitas vanitatum (&) omnia vanitas.*

HÆC eſt propoſitio generalis huius libri multis rationibus probanda per totũ librũ: ſicut cócionatores thema proponunt, in quo exponendo laborant, ſic concionatorum magiſter Thema hoc elegit aptiſsimum eruditioni, & profectui noſtro: hic eſt ſtatus controuerſiatum humanarum curarum, ſtudiorumque in quibus nihil reperitur niſi vaniſsima vanitas. Quæ autem ſtudia & actiones ad beatitudinem reſpiciunt, nec humana ſunt, neque inter vana computanda, quoniam Deo auctore fiunt, & a vanitate tam longe abſunt, quanto veritati appropinquant. Leua oculos tuos, circunſpice omnia, ad te conuerte mentis aciem, omnia vanitas ſunt, intra te & extra te vanitas eximia: & quæ extra te ſunt vana, propter te ſunt talia, & tui cauſa vaniſsima. Mira ſane ſententia, quæ omnibus tam naturalibus quam moralibus vanitatem tribuit, Nunquid lux vana, quam Deus vidit & approbauit, eo quod bona eſſet? Sol, Luna, aſtra omneſq. creaturæ, bona ſunt ſingula per ſe conſiderata: vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona: per ſe vnaquæque creatura bona, coniunctim conſideratæ valde ſunt bonæ. Si bonæ qua ratione ſunt vanæ? iuxta philoſophorum ſententiam omne bonum verum eſt, verum autem vanum non eſt.

Gen. 1. Hur. 1, v. 31.

Vanum ſiue vanitas non vna tantum ratione dicuntur. Vanum eſt quod inutile, & reſpectu illius dicitur vanum cui inutile eſt, a quo

à quo tanquam vtile vſurpetur. Eſt etiam vanum quod nondum ad ſuum peruenit finem, quodque eſt incompletum & imperfectum; & quantum à complemento abeſt tanto magis vanũ eſt. Poteſt etiã aliquid vanum dici, quia eſt vanitatis cauſa ſiue occaſio. Deus Opt.Max. omnia viſibilia creauit propter hominem: Bonus artifex bona omnia fecit, ſed nõ idem bonitatis omnibus largitus eſt complementum. Omnes creaturas hominis ſeruituti ſubiecit, etiam cælos, planetas, & aſtra ſeruire facit. Hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam factũ
Geneſ.1.26. terreno præfecit imperio, animanteſque omnes aëreas, terreſtres, aquaticas illius dominatione contineri voluit: præſit, inquit, piſcibus maris &c.

Non erit difficile manifeſtare vanitatem rerum viſibilium, maximè doctore Apoſ-
Rom. 8. v. 19. tolo Rom. 8. num. 19. Expectatio (inquit) creaturæ reuelationẽ filiorũ Dei expectat: vanitati enim creatura ſubiecta eſt non volens, ſed propter eũ, qui ſubiecit eam in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Inſignis ſanè ſententia, & à penetralibus diuinæ philoſophię producta, tantoque Doctore digna. Docet Paulus hominis fælicitatem, beatamque vitam eſſe omnium creaturarum deſiderium, omnia enim incorruptibilitatem & perpetuitatem, permanentemque tranquillitatem appetunt. Hoc deſiderium manifeſtum eſt vanitatis ſiue vacuitatis argumentum; ab eo enim in quo eſt deſiderium & ſpes, abeſt res deſiderata & ſperata, eſt igitur aliquid imperfectum & incõpletum: ergo vanum; cum autem omnes viſibiles creaturæ propter hominem ſint conditæ, illique ſeruiant, neceſſe eſt vt ſint obnoxiæ mutationi, aut corruptioni quouſq. vltimus ſæculi dies adueniat, in quo iuſti declarentur, & æternam retributionem accipiant: tunc omnis creatura renouabitur, & in illa renouatione perpetuo perſeuerabit, fierq. particeps glorię filiorum Dei, quia corruptioni & mutationi non amplius ſubiacebit. Hæc eſt communis creaturarum viſibilium vanitas, quæ veritati ſuæ naturæ non repugnat. Multo eſt maior hominis vanitas, nam præter illam naturalẽ inanitatem, quam habebat in ſtatu naturę integræ, multiplici eſt ſubiectus vanitati. Cõditus eſt homo à Deo in honore & rectitudine, in gratia & iuſtitia originali; erat tamen viator, ad cæleſtem patriam illi properandum erat,

Cantica. Ex duobus capitibus inerat beatitudinis deſideriũ, erat igitur huic vanitati ſubiectus, quæ non excludebat veritatem naturalis perfectionis, neque veritatem donorum ſupernaturaliũ, ſed proh dolor ſponte ſua lapſus, & vanitate inſaniens vanitatum mole repente oppreſſus ſeruire cæpit rebus vanis, cum fuiſſet rerum dominus conſtitutus. Creatura rationis expers vanitati ſubiecta eſt non volens, ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe: Homo autem vanitati vanitatum ſubiectus eſt volens, ſuperbiens, inobediens, ſpoliatus
Pſ.48. v.13. eſt gratia, & iuſtitia, comparatus eſt iumentis inſipientibus, ſimilis factus eſt illis; immo multo illis deterior, illę enim a gradu ſuæ primæ conditionis non defecerunt, homo autem peccato inuolutus miſerrimã cæpit ſeruire ſeruitutẽ, cępit abuti creaturis, quę illi maiorem patant ruinam, & quæ prodeſſe debebant nocent vehementer, ſuntque noſtra culpa vaniſsimæ, quia inutiles, quia ſuperuacuæ, quia noxiæ. Hominis ſingularem vanitatem expreſſit Dauid nõ vno tãtum loco Pſal.143. v.4.
Pſal.143. Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies eius ſicut vmbra pręteteunt. Nõn ſolum vanus, ſed vanitati ſimilis eſt. Parum hoc videretur, maiore ſignificatione eius vanitatẽ expreſſit. Pſ. 61. v. 10. veruntamen vani filij hominũ mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate inidipſum. In Hebræo ſic eſt: verũtamen vanitas filij hominũ (H. Adam) mendacium filij viri in bilancibus aſcendendo ipſi præ vanitate pariter. Hoc eſt, ſiue homines viles, ignobiles, plebei; ſiue nobiles, illuſtres præclari, (id enim ſignificatur per filios Adam, & per filios virorũ) omnes ſunt mera vanitas, merumq. mendaciũ, cumq. in bilancibus id quod leuius eſt pariter cum lance aſcendat, & quod grauius, deſcendat: ſi homines in vna lance ponantur, & vanitas in altera leuiores erunt homines ipſa vanitate, aſcendent pariter omnes homines cum ſua lance, & grauior illis videbitur vanitas. Nil dici potuit maiore ſignificatione ad ſignificandam hominũ vanitatem. Qua propter cum eodẽ Dauide merito exclamare poſſumus. Pſ.38. v.6. Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuẽs (H. ſtans.) Non ſolũ quiuis homo vanus eſt, ſed qui maximẽ florere, & ſtare videtur, in gloria & imperio, eſt ipſamet vanitatis vniuerſitas. Inuidemus diuitibus nobilibus, gloriam illorũ affectamus, honores ambim⁹,

imperate cupimus: putamus nos eſſe deiectos, ac proſtratos, ſtare vehementer appetimus, hoc autem eſt appetere vniuerſam vanitatem: ergo
Matt. 5. beati pauperes, qui quanto à vanitate ſtantium abſunt, tanto ſunt veritati propinquiores. In abyſſum vanitatis præcipitati ſumus præuaricatione & vanitate Adam terreni; ad veritatem reuocamur beneficio Adam cæleſtis, in quo nihil vanum, nihil falſum, nihil ſuperuacaneum aut inutile. Vidimus eum (inquit Ioan-
Ioan. 1. 14. nes) plenum gratiæ & veritatis. Lex per Moyſem data eſt,
v. 7. gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: lex vmbra erat (Coloſſ. 2. 17. Hebræ.
Coloſſ. 2. Hebr. 10. 10. nu. 1.) vacua erat, implen-
Matt. 5. 17. da erat per Chriſtum: non veni, inquit, ſoluere legem, ſed adimplere: tantum igitur habebat vanitatis (vt ita dicam) quantum illi deerat veritatis, & complementi. Gratia ergo & veritas per Chriſtum facta eſt. Conſentaneum ſanè erat, vt quæ gratiæ auctorem erat conceptura, eſſet etiam gratia plena, & ab omni vanitate huius vitæ aliena: Aue (inquit
Luc. 1. 28. Gabriel) gratia plena, Dominus tecum: Dominus qui eſt ſumma veritas, & gratiæ fons tecum eſt, te implens gratia & veritate, quam in vmbra antiquæ legis de te præfigurari, & præſignificari voluit Deus. Cum ſit naturale deſiderium beatitudinis, neque illud replere poſsit niſi ipſamet veritas, quæ Deus eſt; neceſſario ſequitur omnem creaturam ad hoc deſiderium relatam eſſe vanam; omnis igitur appetitus, qui in Deum non fertur, aut in rem aliam propter Deum, vanitas eſt, quia inanitatē replere non poteſt: fitq. iuſto vanitatis noſtræ ſupplicio, vt tanto magis ſit anima noſtra vacua, quanto auidus repleri rebus vanis conamur, vt non ſolum de auaro verum ſit illud ſic quibus intumuit ſuffuſus venter ab vnda, quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ: ſed tam auaro quam ambitioſo hæc inſatiabilitas cōmunis ſit. Inanitas inanitate repleri non poteſt, omnia ſunt vanitas & vmbra, nos autem vanitatem haurimus, vmbrā amplectimur, bonorum imaginibus illudimur, ac perpetuo euaneſcimus. Idcirco ſem per fame cruciamur; & ſicut qui ſitiēs aquam falſam bibit maiore ſitis ardore vexamur. Pſ. 38. v. 7. Verùmtamē in imagine pertranſit homo, ſed & fruſtra conturbatur. H. Certe, vel vtiq. vel verūtamen in imagine tranſit, vel ambulat, vir certe vanè, vel vanitate, tumultuabuntur. v. 6. vſus eſt nomine Adam, i. homo: hic vtitur nomine

nomine, Is, id eſt vir, vt omnē hominem cōplectitur cuiuſuis ſit conditionis. Tranſit vir in imagine, quia pictura eſt, vmbra eſt, accidēs eſt, nō ſubſtantia quid quid extra Deum quærit, pomū pictū, panis pictus, aurū pictū res vanæ ſūt: res iſtæ homini ſūt tāquā imago & pictura, quib' eius appetitus ſatiari non poteſt: vanitate & propter vanitatem tumultuantur homines, certant, digladianturq. nemo cum altero pugnat pro animi ſubmiſsione, patientia, beneficentia: poteſt in his rebus eſſe pia quædam æmulatio, & ſancta contentio, ſed pro his rebus, quia vnius poſſeſsio alterum non impedit, alteri non nocet, non tumultuantur, verum honor, opes, imperium participationem reſpuunt.

Lucan. l. 1. *Nulla fides regni ſocijs omniſq. poteſtas*
Impatiens conſortis erit.

Inuidet & figulus figulo, & egenus egeno. Horum malorum vanitatis amor cauſa eſt. Magnificis operibus ſolet inſcribi nomen Domini, inſignibus picturis aut ſtatuis, nomen artificis, ſed nihil ſæpius & certius inſcriberetur quā, vanitas vanitatum.

1. Cor. 13. Non ſolum veritas vanitati contraria eſt, ſed Charitas, quia non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, &c.

Vt autem vanitatem diſcernere poſſimus, quæ non ſolum in ſplendidis veſtibus, in famulorum multitudine, in rerum domeſticarum pretio & pompa regnat, ſed inter centones, vileſque pannos recubat, & in ſordibus luctuoſis deliteſcit cautius & fraudulentius: diligenter illud recolamus Sapient. 13 num. 1. Sap. 13. Vani ſunt omnes homines, in quibus nō ſubeſt ſcientia Dei. Quod quamuis de gentilibus dictum, de omnibus tamen verificatur, qui confitentur ſe noſſe Deum factis autem Tit. 1. v. 16. negant, omnis enim peccator hypocrita eſt, & vane nomen vſurpat chriſtiani, qui moribus imitatur gentes peccatrices: omnis etiam idolatra dici poteſt, qui præponit Deo vanitatem mundanæ gloriæ, honoris, voluptatis, lucrique. Sed de hoc inferius.

Vanitas vanitatum &c Hæc verborū multiplicatio, & connexio inſignē vanitatē ſignificat, ſicut canticū canticorum ſignificat excellentiſsimū canticum cælum cælorum, id eſt ſupremum cælum; Sanctum Sanctorum, id eſt Sanctiſſimū quid. Vide Genebrardum in Cantica, ex duobus capitibus

naſcitur hoc incrementum, ſcilicet ex geminatione nominis,& ex num.plurali,quo ſæpe vtitur D.Scriptura ad amplificationem vt dixi Iob cap. 40.v. o. nominis autem repetitio paſsim occurrit.Ge[illegible] 14. num. 10. V[illegible]is autem ſilueſtris habebat puteos multos. H. & vallis Haſidym putei putei. cap. 16. num. 10. Multiplicans multiplicabo ſemen tuum, id eſt vehementer multiplicabo. cap.22.n.17. Benedicam & multiplicabo. H.Benedicendo benedicam: multiplicando multiplicabo. ca.26. n.28. Vidimus. H. videndo vidimus.i.certo nouimus,manifeſtis argumentis deprehendimus.c.50.n.23.viſitabit.H.Viſitando viſitabit. i.certiſsime Viſitabit,Exod.2.n.19. hauſit aquam. H. Hauriendo hauſit aquã, id eſt feſtinanter & abũdanter hauſit Exod.8.n.14.Cõgregauerunt eas in immenſos aggeres H. Cõgregauerũt eas aggeres aggeres, vel aceruos aceruos.Deut.11.n.24 á flumine magno.H.á flumine flumine Deut.13.n.9.ſtatim interficies. H. Occidendo occides. n.15.ſtatim percuties.H.percutiendo percuties. Alijs etiam de cauſis nomina vel verba geminantur, quæ ſuis locis indicabuntur.

Dictio geminata.

Habal, id eſt vane ago. 4. Reg.17. num.15. ſecuti ſunt vanitates & vane egerunt. Vana loqui.Iob.27.n.12.ſine cauſa(H.Hebel,id eſt vane vel vanitate) vana loquimini. Alij vanitate euane[illegible]ſcitis. Vanus fio.Ier[illegible]em. 2. n. 5. quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis,quia elongauerunt à me, ambulauerunt poſt vanitatẽ, & vani facti ſunt.Concupiſco Pſ.61. v.11.rapinas nolite concupiſcere.H In rapina ne euaneſcatis. Cum in re tã iniqua dicitur aliquis euaneſcere, intelligitur magna inſania. Decipio.Ierem.23.nu.16.

Habal.

Hebel,id eſt Vanitas,quandoque vulgatus vertit,fruſtra, ſine cauſa,vane,& per nomen concretum, vanum. Vide ſup. Iob 27. num. 12. & Pſalm.38. v. 6. & 7. Pſalm. 61. v. 10. & Pſal.143. v. 4. pſalm.77. v.33. defecerunt in vanitate dies eorum. Pſal. 93. v. 11. Dominus ſcit cogitationes hominũ quoniam vanæ ſunt. H.Quoniam ipſæ (vel ipſi) vanitas. Vanus homo vana cogitatio, talia ſunt opera: non poteſt arbor mala fructos bonos facere. Prouerb. 21. num. 6. qui congregat theſauros lingua mẽdacij vanus & excors eſt,& impingetur ad laqueos mortis. H. Opus theſaurorum in lingua falſitatis vanitas impellens quærentes mortem. Etiam hic per vanitatem ſcelus non leue intelligitur.

Hebel.

Prou.

Digitized by Google

Prou. 31. nu. 30. fallax gratia, & vana (H. vanitas) pulchritudo. Ierem. 2. num. 5. cap. 8. nu. 19. cap. 10. num. 3. leges populorum vanæ ſunt. H. vanitas ipſa. num. 8. Doctrina vanitatis eorum lignum eſt, i. euidens inſaniæ argumentum eſt adorare ſculptile: de ſculptilibus dicitur num. 15. vana ſunt (H. vanitas ipſa ſcilicet idola) & opus riſu dignum. Ierem. 16. num. 19. vere mendacium poſſederũt patres noſtri, vanitatem, quæ *eis* non profuit. *Hoc* etiam ad Idololatriam pertinet cap. 51. n. 18. vana ſunt opera & riſu digna. H. vanitas ipſi opus errorum ſcilicet dij vani. Ionæ. 2. nu. 9. qui cuſtodiunt vanitates fruſtra miſericordiam ſuam derelinquunt. Hic locus etiam de Idolis intelligendus videtur. Sic Deuter. 32. nu. 21. ipſi me prouocauerunt in eo qui non eſt Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis, & 3. Reg. 16. num. 13. prouocantes Dominum Deum Iſrael in vanitibus ſuis id eſt, Idolis, & n. 26. & 4. Reg. 17. num. 15. & Ierem. 8. num. 19. Sculptile Ierem. 14. nu. 22. numquid ſunt in ſculptilibus (h. vanitatibus) gentium qui pluant? ex quo infero nomen hoc plus ſignificare mali, quam prima facie indicare videatur. Poſſumus etiam hãc ſignificationem accommodare huic loco Eccleſ. quoniam amor proprius, qui nos à Deo ſeparat, ſemper aliquod peculiare aut plura reſpicit idola. Auaritia, teſte Paulo, eſt idolorum ſeruitus: ſunt etiam aliqui quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum, qui terrena ſapiunt. Fæminarum quarundam idolum eſt ceruſſa, & purpuriſſum capitis, & colli ornatus, & alia huiuſcemodi. Plenus eſt mundus idolis, de quibus dicere poſſumus, vanitas vanitatum &c.

Idola.

Vertit etiam vulgatus inſtabilitatem. Eccleſ. 9. num. 9. peregrinationem cap. 7. nu. 1. Nihil. Iob. 7. n. 16. fruſtra cap. 9. num. 29. cap. 21. num. 34. cap. 35. num. 16. Iſa. 30. num. 7. Vane cap. 49. num. 4. Vanum Thren. 4. num. 17. Aura. Iſai. 57. v. 13.

Dixit Eccleſ. quamquam de ſe poteſt loqui Salomon in tertia perſona, quod ſæpe vſu venit, tamen dicere poſſumus loqui de ipſa ſapientia, nam hic etiam eſt Qoheleth, id eſt, cõcionatrix &c. quamuis verbum ſit maſculinũ quod fæminis etiam accommodatur quando ſignificanda eſt ſtrenuitas ac robur virile in fæmineo corde. Vide quæ indicaui Geneſ. 3. nu. 15. Ipſa conteret caput tuum. Ipſa eſt fæmininum & cõteret, maſculinum.

Qahal

Conſideremus verbi Qahal proprietatem, quod aliquid etiã lucis poterit afferre. Qahal, id eſt Congrego, Exod. 32 num. 1. cap. 35. nu. 1. Leuit. 8. num. 3 & 4. Num. 1. n 18. cap. 20. nu. 8. 10. Deut. 4. num. 10. cap. 31. num 12. 28 Ioſue 18. nu 1. Iud. 20 nu. 1. &c. Conuoco. Num. 8 n. 9. 1. Paralip. 28. num. 1. 2. Paralip. 11. nu. 1. Coaceruo. Num. 16. num. 19. Ezech. 38. num. 7. Conuenio. Ioſue 22. num. 12. 3. Reg. 8. nu. 2. inde nomen Qahal id eſt Multitudo, turba, populus, exercitus, frequentia, horum exempla omitto, quia nõ ſunt neceſſaria. Concio Deuter. 9. num. 10. cap. 18. n. 16. Neheme. 5. nu. 7. Eccleſia. Num. 19. nũ. 20. cap. 20. num 4. Deuter. 21. num. 1. & 2. & 3. & 8. Iud. 20. n. 2. &c. nec aliud nomen Hebræũ reſpondet huic latino in latinis Biblijs niſi Qahal, præterquam Pſal. 67. v. 27. vbi eſt Maqheloth, id eſt Eccleſiæ, & forma maſculea Maqhalym. Pſal. 25. v. 12. quare concionator, congregator, coaceruator dici poteſt, non ſolum quia populum conuocat & congregat, ſed quia eius muneris eſt multa ſalutis documenta conquirere & coaceruare ad erudiendum populum: coaceruabit vtilia non curioſa, non vana, non noxia: imitabitur omnium Doctorem Deum de ſe dicentem. Iſai. 48. num. 17. Ego ſum Dominus Deus tuus docens te vtilia: vel vt eſt in Hebr. docens te ad proficiendum. Officium concionatoris congregare non ſolum corpora, ſed animos auditorum, ad concordiam, & charitatem mutuam, conuocare, & adhortari. Chriſtus cæleſtis Eccleſiaſtes, non vnius populi, ſed omnium gentium congregator exaltatus à terra omnia ad ſe traxit, ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraq. vnum, in quo non eſt diſtinctio præputij, & circunciſionis, Iudæi, & Græci. Ipſe eſt paſtor bonus, qui oues ex vniuerſo orbe congregat, vt fiat vnum ouile ſub vno paſtore. Vnionis & charitatis prędicator, ſator, effector hoc, inquit, eſt præceptum meũ vt diligatis inuicem. Item, qui nõ eſt mecũ contra me eſt, & qui non colligit mecum diſpergit. Diaboli ſtudium in diſſipãdo diſſoluendo, diſpergendo poſitum eſt: Chriſtus colligit, cõiũgit, coadunat. Quid eſt quod Eccleſiaſtes à vanitate incipit? Illius munus eſt ad veritatem inducere, veritas autem cum vanitate non poteſt cohærere, prius eliminanda eſt vanitas: & ne putaremus aliquam creaturam talem eſſe, cui poſſem' adhærere ſine periculo, aut ſalutis diſpendio, vanitas, inquit, vanitatum, & omnia vanitas.

Iſa. 48.

Ioan. 12. 32

Epheſ. 5. 14.

Rom. 3. v. 19. ca. 10. v. 12.

Ioan. 10. 16.

Ioan. 15. 12.

Luc. 11. v. 23

Vanitas.

vanitas. Mittens Deus Iere-
Ierem. 1. 10. miam ad concionandum ait.
Ecce dedi verba mea in ore
tuo, ecce conſtitui te ſuper
gentem, & ſuper regna, vt
euellas & deſtruas, & diſper-
das, & diſſipes, & ædifices, &
Mala prius remouenda quã bona inſerantur. plantes. Eſt cor noſtrum quaſi
ſolum in quo Diabolus ædifi-
cat vanitatem: & ſicut ager
in quo ſeminat mendacium:
heu quantum incrementum
factum eſt turris Babel: heu
quantum creuerunt ſpinæ, tri
buli, zizania: euellere prius
oportet, & deſtruere &c. &
poſtea ædificare, & plantare.
his duobus verbis quattuor
contraria poſuit, fortaſsis vt
Difficile vitia extirpari. indicaret difficilius eſſe mala
dediſcere, quam percipere bo-
Iſa. 40. v. 6. na. Iſa. 40. num. 6. vox dicen
tis clama: & dixi, quid clama
bo? Omnis caro fænum &
omnis gloria eius quaſi flos
fæni &c. hoc exordio vtitur ad
præparandos animos venien-
Ioan. 18. 37 ti Dei filio, qui ad hoc venit,
vt teſtimonium perhibeat ve-
ritati: Apparuit gratia Dei ſal-
uatoris noſtri omnibus homi-
nibus erudiens nos, vt abne-
gantes impietatem & ſæcula-
ria deſideria ſobriè & iuſtè &
piè viuamus in hoc ſæculo
&c. Cæleſtis Eccleſiaſtes eru-
dit nos clamans, vanitas va-
nitatum, id eſt, vt abnege-
mus impietatem & ſæcularia
deſideria, pone tibi ante ocu-
los Chriſti vitam, & habebis
ſpeculum veritatis in quo cog
noſcas earum rerum vanitatẽ,
quarum ardentiſsimo ſtudio,
& deſiderio flagiãt mortales.
Chriſti præſepe confutat vani
tatem regalium indumento-
rum, & magnificorum ædifi-
cioiũ: Chriſti circuncíſio dam
nat ambitionẽ eorum, quibus
intime cordi eſt præeſſe & im
perare: cum enim Deus eſſet,
& legum conditor voluit le- *Imperiũ præcedat obedientia.*
gem implere, voluit prius pare
re quam imperare; qui ad Ioã- Matt. 4. 15
nem recuſantem ipſum bapti
zare, ait: ſine modo: ſic enim
decet nos implere omnem iu-
ſtitiam. Docuit Chriſtus pau-
pertatem, manſuetudinem, hu
militatem, patientiam, chari-
tatem &c. Quæ prius opere
oſtendit quam verbo. Nihil in
eius vita, aut doctrina reperi-
re eſt, niſi repudiationem va-
nitatis, & veritatis firmamen-
tum ac complementum.

Quid reliquum homini in omni labore ſuo, quo laborabit ſub ſole? V. 3. He.

Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo, quo laborauit ſub ſole? Lat.

EVIDENTI argumẽto
probat omnia eſſe vanita-
tem, ita tamen, vt indicet lo-
cum vbi omnia vanitas, & di-
ſtinguat ab illo vbi omnia ve-
ritas. Sub ſole vanitas ſuper

Digitized by Google

ſolem veritas. Quia illa quæ ſunt ſupra ſolem nobis ignota ſunt, nam licet aſtra videamus vulgus à planetis nō diſcernit, ideo per ſolem intelligit omnia corpora cæleſtia infra cælum Empyreum: deinde. quia ſolis reuolutionibus metimur tempus, ſub ſole idē eſt, quod ſub, vel in tempore. Nihil habet amplius homo poſtquam ſe macerauit labore ſub ſole. Dicet diues ego laboraui, ſed diues effectus ſum, iamq. quieti, & delicijs vaco. Dicet ambitioſus, ego laboraui, ſed ad magnam euectus gloriam non ſeruio, non alieno viuo arbitrio, imperandi voluptate gaudeo. Faciuntne iſta hominis animum meliorem? nequaquam; imo plurima comitantur mala diuitiarum ſtudium, nam auaro nihil eſt ſceleſtius, & qui volunt diuites fieri incidunt in tentationes, & laqueum diaboli. Quid dicam de ambitioſis,

Ambitio.

cum, teſte Bernardo, Ambitio ſit ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, liuoris parens, vitiorum origo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium. Dicant mihi Plato, Socrates, aut Ariſtoteles, bono-

Sapiētia quæ ſit bona.

rum laborum glorioſus eſt fructus: aliquid habemus amplius, nam ſapientia grande bonum eſt, quod ſub ſole cōparatur, ſed ſolis conuerſionibus ſubiectum non eſt. His ego & ſimilibus reſpondebo, vanos eſſe omnes homines, in Sap. 13.
quibus nō ſub eſt ſcientia Dei: nā ſtultā fecit Deus ſapientiā huius mūdi; neq. iſta humana ſapiētia hominē facit meliorē; vera autē ſapiētia in maleuolam animā nō intrabit, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Reliquum eſt vt pro- Sap. 1. v. 4.
deat aliquis ſapiens ſimul, iuſtus, temperans, fortis; quis eſt hic & laudabimus eum? ſed eſto aliquis talis ſit, ſi à veritate Dei remotus eſt ſi ab errauit à via, declinauit à veritate, nequaquam tenet vias vitæ, via autem veritas & vita Chriſtus eſt. Quid obſecro infelicius, quam poſt laborioſam nauigationem prope portū naufragium facere? Vana eſt iuſtitia & temperantia, quæ non poteſt hominem ſupra ſolem conſtituere, labor iſte eſt ſub ſole. Dauid Deum precatur Pſ. 89. v. 17.
aiens: ſit ſplendor Dom. Dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos &c. Quaſi dicat, ô Deus Pſ. 118. v. 37
ſine luce tua videre veritatem non potero, auerte oculos meos ne videant vanitatem, & in via tua viuifica me: da lumen, da vitam, & dirige me in viam iuſtitiæ, dirige opera manuum noſtrarum ſuper nos, ſuper ſolem: ſint omnia opera ab omni

ab omni vanitate munda, quæ regnat ſuper terram. Nūquid non vanum eſt quidquid ad vitam beatam non conducit? Quidquid hominis naturalem auiditatem ſatiare non poteſt? Ille vere ſapit, cuius guſtum Deus ſanat, tunc illi veritas dulcis eſt, amara vanitas. Ille vere ſapit qui beatæ vitæ viam tenet: cui inſipidum videtur omne, quod non eſt Diuinæ ſapientiæ ſale conditum. Ille recte ſapit cui dulcis diuina bonitas, & quidquid facit ob diuinæ bonitatis dilectionem facit; huius opera non terrena ſunt, nec ſub Sole manent, ſed ſupra cælum ſe tollunt.
Sap 3. 11. Sapientiam enim & diſciplinam qui abijcit infelix eſt, & vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu & inutilia opera eorum. Hæc ſapientia non in Zenonis portica, non in Platonis academia, neque in Lycæo Ariſtotelis reperitur: cæleſtis Eccleſiaſtes eſt magiſter huius ſapientiæ, quā fruſtra auribus corporis immittere conabitur cōcionator aut Doctor, niſi Chriſtus aures cordis aperiat, & ibi illam plantet, ac nutriat.
Actor. 16. 14 Qui ductus iſta ſapientia laborat, ſpe
Sap. 3. 15. ſua non fraudabitur, non laborabit ſub ſole: horum laborum glorioſus eſt fructus. Corinthios ſic alloquitur Paulus 1. Corinth. 15. num. 58. Itaq. fratres mei ſtabiles eſtote & immobiles abundantes in opere Domini ſemper, ſciētes quod labor veſter non erit inanis in Domino. Nota, opus Domini in Domino ſolidum eſt, in nobis omne opus euaneſcit.

Opus bonum in Domino fit.

Opus noſtrum eſt iactantia, ornatus, pompa, deliciæ omnis labor ſæcularis, horū vanitas manifeſta eſt: opus Domini eſt eleemoſyna ieiunium hoſpitalitas, eccleſiæ frequentatio hæc in domino ſolida ſunt, in nobis vana: ſi fiant propter Dei gloriam ſunt ſupra ſolem: ſi fiant ob mundanam gloriam inanem & vacuam, manent ſub ſole, & ſunt vanitas vanitatum. Exibit ſpiritus inanium & vanorum hominum in illa die peribūt omnes cogitationes eorum. Pſ. 145.
Verum beati mortui, qui in Domino moriuntur, a modo iā dicit ſpiritus vt requieſcant à laboribus ſuis, opera enim illorum ſequuntur illos. Apoc. 14.
Ergo ne in vacuum laborem, ne ſit inanis labor noſter, vt opera noſtra ſubtrahamus vanitati, ſequamur Pauli monitionem dicentis, ſi conſurrexiſtis cum Chriſto quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.

Charitas.

Monetæ valor non magnitudine penſatur, ſed metalli natura, ſic opera noſtra non quæ magis ſunt laborioſa meliora ſunt

Tradere ſe ſatis audet niſi morte parata?

QVID ſignificantius dici potuerit vt omnium humanarum curarum vanitas traduceretur, non video. Cum aut in fęlicitas, aut mors excipiat omnes labores noſtros, & fęlicitati deputetur mori ante infortunium, cum ipſa mors per ſe ſit terribilis, quæ ſi malorum multorum eſt finis, tamē vitæ eſt contraria, hanc autem omnes vehementer amant. Acceſsit ad infęlicitatem Pomp. quod caruit decenti ſepultura, quod magnum malum exiſtimarunt ij, qui veram vitam ignorauerunt.

Quid habent amplius, quid habent excellentiæ Cæſares, Alexādri, Pharaones, Auguſti, Reges, Imperatores? quid habent amplius? Quid præſtantiæ Nobiliſsimi Philoſophi Academici, peripatetici, Stoici? Quid habent amplius, quid vtilitatis opulenti, cum a frigida humo & a vermibus excipiantur? Veruntamen in imagine pertranſit homo, ſed &
38. v. 7. fruſtra (H. vane) conturbatur Theſaurizat, & ignorat cui cōgregabit ea. Sicut lineam non faciunt maiorem infinita puncta ipſi applicata, ita animum nō faciunt meliorē res ſublunares ſiue ſubſolares. Omnia iſta ad animū relata ſunt ſicut poma, quæ naſcebātur in terra Sodomorū poſt illius cōbuſtionē, quæ ſpecioſa erāt oculis ſed intus plena fauilla, Piſcis argēteus, aut panis aureus pluris fiunt quā veri, ſed panis & piſcis verus famen mitigare poſſunt, aurū vero vel argētū paſcūt oculos vanitatis amatores. Animi deſideriū illud, quo beata vita expetitur nihil tēporale ſatiare poteſt, quia vniuerſa ſub ſole vanitas. Certū eſt neminē habere amplius de labore ſuo, quo laborauit ſub ſole; quid ſi appēdatur in ſtera? certe dicetur illi ſicut dictū eſt Baltaſſari Dan. 5. n. 27. Appenſus es in ſtatera & inuētus es minus habens. Scimus damnatum ſeruum illum, qui talentum vnum acceperat damnatum fuiſſe quia nihil lucratus eſt: quid ergo fiet de nobis, qui nihil amplius habemus de vniuerſo labore ſub ſole. Si dānatur qui cum pigritia ſeruauit, væ nobis, qui cum luxuria, cum ambitione, cum iniquitate diſsipauimus talentum, quod a Domino accepimus. Dan. 5. Matth. 25. 24.

Generatio vadens, generatio veniens, & terra in æternum ſtans. v. 4. He. Lat.

Generatio præterit generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat.

ALIVD eſt argumētum, quo probat rerum omniū munda-

mundanarum vanitatem ex re
rum mutabilitate,& ſucceſſio
ne. Non videtur argumentum
efficax ad probandum vniuer-
ſalem vanitatem rerum iſtatũ,
ſed ſolum hominum,qui inte-
reunt. Præterea ſi terra ſemper
ſtat, a vanitate eſt aliena. Reſ-
pondeo , non oportere omnia
argumẽta eſſe generalia , nam
ex ſingulariũ inductione vni-
uerſalis ſententia comproba-
tur.Nihilominus dico hoc ar-
gumentum probare vniuerſa-
lem vanitatem ex vniuerſali
mutabilitate , vel quia nihil
eſt,quod hominẽ ſtare faciat,
& a vanitate corruptionis,aut
mutabilitatis immunem red-
dat.Supra dixi res ad hominis
naturale deſideriũ relatas di-
ci vanas, probare nititur hoc
enimEccleſ.vt animos noſtros
2. Cor. 4. v. 18. ab illarũ amore auocet , & ad
amorem rerum ſemper manen
tium transferat , ſicut Paulus
monet,vt non contemplemur
quæ videntur, ſed quæ non vi
dentur , quoniam quæ viden-
tur temporalia ſunt, quæ autẽ
non videntur æterna ſunt. Nõ
inter dicit nobis rerum natu-
ralium conſiderationem , ſed
vult,vt ab illis ad æterna con-
templatione aſcendamus. Eſt
igitur argumentum Eccleſ.
aut res ipſæ ſunt mutabiles,
aut homini immutabilitatem
conferre nõ poſſunt , vtrumq.
habent,ergo vanæ ſunt,nã ge-
neratio & corruptio euidens
argumentum eſt vanitatis:om
ne quod corrumpi poteſt im-
perfectum eſt,ergo vanum eſt.
Solus ille verus & veritas eſt
ſine vanitatis conſortio, apud Iacob. 1. v.
quem nulla eſt tranſmutatio 17
nec viciſsitudinis obũbratio,
qui poteſt dicere,Ego ſum qui
ſum. Terra quæ ſtat, hoc eſt,
ſemper eadem perſeuerat , ca
ret motu manifeſto,tamẽ cale
ſcit æſtate, frigeſit hyeme,nũc
ſiccior , nunc humidior eſt:
proſcinditur , verſatur euerti-
tur:ſed in hoc a reliquis corpo
ribus ſimplicibus differt, quia
motu circulari non mouetur,
vt eleganter & efficaciter pro
bat Ptolomæus initio Alma-
geſthi ; caret motibus aëris
& aquæ, vt manifeſtum eſt: &
licet ſecundum infimas ſui par
tes, quo neq. ſolis vis , neque
auaritia hominis penetra-
re poſſunt immutabilis dici
poſſe videatur,tamen nihil vti
litatis confert homini ad vitã
beatam , cuius reſpectu vana
eſt. Quid ſi cum hominibus
mente titubantibus terra vni-
uerſæ motũ tribuamus ? ſunt
enim aliqui adeo arguti,vt pu
tent currente equo, aut ambu
lante homine terram locum
mutare , quia centrum graui-
tatis terræ recedit a centro mũ
di ſic terram perpetuo treme-
re,& nunc huc, nunc illuc im
pelli. Certe cum inſignis ciui-
tas

Digitized by Google

tas ædificatur allatis aliunde lapidibus, lignis, ferro, & alijs rebus grauibus, & multitudine hominũ terra a cælo ex illa parte recedet per aliquod ſpatium: & ex altera parte cælo fiet propinquior. Die mihi acutiſsime philoſophe ſi in bilancibus maximis ingentia appendantur pondera, immiſsa in alteram lancem palea nunquid illam inclinabit?

Dor. i. generatio. Quia huius nominis notio non parum confert ad intelligentiam S. ſcripturæ accuratius explicandum eſt. Verbum Dur. i. Habito, Pſ. 83. v. 5. Dan. 4. nu. 18. ca. 6. nu. 25. Dan. 2. nu. 38. ca. 3. nu. 98. H. num. 31. Conuerſor Dan. 4. nu. 9. Medarah. i. conuerſatio Dan. 2. num. 11. Mador. i. habitatio. Dan. 4. nu. 22. Dor. i. Generatio tempus durationis vitæ cuiuſque hominis, vel duratio vnius gentis, ſæculum. Sumitur etiam pro rebus ipſis tempori ſubiectis: pro vitę peregrinatione & pro peregrinãtibus in ipſa vita, pro hominibus vnius ſæculi ſiue vnius ætatis, aut plurium ætatum, vel pro hominibus vnius conditionis numero plur. Doroth. exemplis res manifeſtabitur. Gen. 6. nu. 9. Noe perfectus in generationibus ſuis. i. inter homines illius ſæculi & præteritarum ætatũ quibus cũ vixit. ca. 7. nu. 1. te vidi iuſtum coram me in generatione hac Gen 15. num. 16. Generatione autem quarta reuertentur huc Id eſt quadringenteſimo anno, vel poſt quadringentos annos. c. 17. num. 7. 9. 12. in generationibus. i. in ſæculis futuris, vel in poſteris. Exod. 3. num. 15 ca. 12. num. 14. num. 17. 42. &c. Num. 32. n. 13. Donec conſumeretur vniuerſa generatio, quæ fecerat malum. i. omnis gens illa, itẽ. Deut. 1. num. 35. ca. 32. num. 5 generatio praua atq. peruerſa. Iud. 2. num. 10. omnis illa generatio congregata eſt ad patres ſuos. Iob. 8. num. 8. interroga generationem priſtinam Pſ. 11. v. 8. ſeruabis nos a generatione hac. i. a gente iſta peruerſa. Pſ. 13. v. 5. Dominus in generatione iuſta eſt i. in hominibus iuſtis. in hac & ſimilibus ſignificationibus generatio non dicit tempus determinatum. Pſ. 23. v. 6 hæc eſt generatio quærentium Dominum. i. hæc gens, hæc hominum conditio, ſtudium, mos. Pſ. 77. v. 8. Generatio praua & exaſperans, generatio, quæ non direxit cor ſuum Pſ. 111. v. 2. generatio rectorum bene dicetur. Vide Prou. 30. v. 11. &c. Gen. 9. num. 9. num. 10. In gente veſtra H. In generationibus veſtris familia. Leuit. 21. num. 17. Cognatio. Exod. 1. nu.

Dur.

Dor.

Digitized by Google

1.nu.6.ſucceſsio Exod.27.n.21.c.30.n.21.Progenies.Ioſue 22.num.27.Pſ.47.v.14.Pſ.48.v.12 poſteri Leuit.17.num.7.Ex his alia loca tam veteris quàm noui teſtamenti facilè intelligẽtur.Eſt aliud nomen quod ſignificat generationem, ſcilicet Tholdah & numero plurali Tholdoth a verbo Ialad.i.Gigno,genero,pario,parturio.Differt hoc nomen a priori,quia illud vt dixi primo ſignificat durationem, ætatem,ſeculum,deinde homines vnius ętatis,aut cõditionis Tholdah verò ſignificat proceſsionẽ ab aliquo per generationẽ vel creationẽ. Geneſ.6.n.9.hę ſũt generationes Noe, id eſt, hoc ordine filios generauit. Deinde ſequitur aliud nomen vt ſupra vidimus.Gen.2.n.4.Iſtæ ſunt generationes cęli & terrę quãdo creata ſunt, c.5.n.1.hic liber generationis Adã, in die qua creauit Deus hominẽ. Sed de hoc ſuo loco dicetur.Fuit tamen indicandũ ne vtraq. ſignificatio cõfundatur.Hinc intelligemus illud Iſa.38.n.12.generatio (Dor) mea ablata eſt &c. H.in colatus.L. peregrinatio mea, vel ætas mea profecta eſt, & migrauit a me. Id eſt, abbreuiati ſunt dies vitæ meæ. Iſa.53.num.8. generationem eius quis enarrabit.Hic eſt Dor, & tamen D.Hieron. Matth.1.explicat de generatione diuinitatis a quo omnes Hebræi & Hebraizantes recedunt. De quo ibi opportunius.

Qui liberas allegorias ſectantur per generationes iſtas ſibi ſuccedentes intelligunt generationem Iudæorum & Chriſtianorum. illa præterijt, hæc ſecuta eſt. Poſſumus, ſi hanc ſequi volumus libertatem,intelligere generationem carnalem tranſeuntem in ijs, qui per baptiſmum renaſcuntur: & ſpiritualem aduenientem; illa priore naſcimur ex voluntate carnis & ex voluntate viri:poſteriore naſcimur ex Deo, vtramque diſcreuit Ioannes ca.1.nu.13.& Ioan.3.num.3. Niſi quis renatus fuerit denuo,non poteſt videre regnum Dei.Sed neſcio an ſenſus Salomonis has admittat allegorias, quæ quia non obſunt,tolerari poſſunt.Conuenit autem ſenſui litterali vt intelligamus regnorum & gẽtium mutationes. Succedunt imperia imperijs, nihil eſt in humanis rebus conſtans,vana igitur omnia ſub ſole. Ioan. 1. Ioan. 3.

Et oritur ſol & ingreditur ſol,& ad locum ſuum anhelans oriens ipſe ibi. v.5.He.

Oritur ſol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur ibiq.renaſcens. Lat.

EN

EN cauſa cur alia generentur, alia corrũpantur, quia mundus hic inferior ſubiectus eſt lationibus ſuperioribus: & ex ſuperiorum corporum influxu & motu, omnia inferiora mutentur. Inter corpora cęleſtia, ſolis vis maior eſt & notior, & ex ipſius motu aliorum motus metiuntur aſtronomi, id circo huius tantum planetę meminit Eccleſ. ſed per hunc omnes alios, & omnia aſtra intelligi voluit. Solis motu, dies & nox variantur, hyemi ſuccedit ver, hoc æſtas excludit, hãc autumnus excipit. Quod mutabile eſt, vanum eſt, quod vanum eſt, ſtabilitatis & ſoliditatis cauſa eſſe non poteſt. Sol etiam vanitati ſubiectus eſt, quod manifeſte probatur ex motus definitione Ariſtotelica, Motus, inquit, eſt actus entis in potentia: ex quo neceſſario ſequitur in omni quod mouetur eſſe aliquid vanitatis, nã deeſt illi aliquod bonũ quidquid finem aliquẽ expetit, bonum quærit, quo caret ſiue ſuum ſit, ſiue alienum, omnia autem cęleſtia corpora Deus creauit in miniſterium cunctis gentibus, ideo omnis creatura vanitati ſubiecta eſt, vel quia quærit perfectionem ſuã, vel quia ex Dei inſtituto ſeruit homini, ſeruit autem non violenter ſed ſuauiter, & dum hominis bonum; bonum etiã ſuum quærit, nam omnia cæleſtia corpora in melius commutabuntur, & erit lux Lunæ ſicut lux Solis, & lux Solis erit ſeptempliciter. Probat igitur Eccleſ. ſolem eſſe vanitati obnoxium, quia mouetur perpetuo: & eſſe cauſam generationis & corruptionis, quod magis verſu ſequenti declarabitur. Bo id eſt ingredior, intro, Sol intrare videtur in inferiores partes, & occidere dicitur, ſed quia ſuo lumine homines ad operandum excitat, & propter illos creatus eſt, ideo dicitur anhelare ad ortum, Ortus eſt Sol & animalia quędam noxia congregantur & incubilibus ſuis manent, Exibit autem homo ad operandum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam. Tempus enim operationi aptum dies eſt, veniet nox quando nemo poterit operari. Saaph iuxta Paraphraſtem Chaldeũ ſignificat, Anhelare, iuxta vulgatum & alios, multis modis verti ſolet, Deſiderare Iob. 7. nu. 2. vide ibi, quæ protulimus exempla Deſiderat ſol ortum ratione iam dicta, ſed neceſſe fuit, vt occideret ne laſsitudine deficerent humana corpora, eſt enim ſomnus neceſſarius humanæ refec.

Deut.

Iſa. 30. v. 26.

Bo.

Pſ. 103. v. 22.

Ioan. 9. v. 4.

Saaph.

refectioni, ideo eleganter dixit Poeta, Somne qui es rerum placidiſsime Somne deorum, Pax animi, quem cura fugit. Qui corpora longis feſſa miniſterijs reficis reparaſq. labore. Sed quia agendi tẽpus præſtat in hoc mundo tẽpori quietis, cum vita hominis ſit militia ſuper terram, militię autẽ vigilia coniuncta eſt, Sol deſiderat dum occumbit ad ortũ reuerti.

v.6. He. *Vadens ad Auſtrum & circuiens ad Aquilonem.*

Lat. *Gyrat per meridiem & flectitur ad Aquilonem.*

VERSV præcendenti indicauit motum ſolis quotidianum; nunc vero agit de motu annuo, qui eſt cauſa pręcipua generationis, nam iuxta Ariſtotelis ſententiam, & experientiam harum mutationũ cauſa eſt acceſſus & receſſus ſolis in circulo Zodiaco. Quãquam alienus ſum a quorundam opinione, qui nullam prætermittunt occaſionem amplificandi cõmentaria; verũ quia neceſsitas hic vrgere videtur breuiter dicã, quæ ſit iſta motus ſolis varietas. Sol ſpatio diei naturalis vnam perficit circulationem, qui ſi tantum moueretur ab ortu in occaſum nullas dierum faceret varietates, neque temporum anni, ſed quibus ſemel eſſet ver, eſſet eiſdem perpetuum: hyems perpetuo alias regiones frigoris aſperitate vexaret: nullam aut minimam ſentiret diuerſitatem tellus illa, quæ ſole torreretur eſſetq. hæc vniformitas in ſalubris, qua propter Deus ita cęlorum motus temperauit, vt varietate conſuleret rebus humanis. Id circo dicitur Gen. 8. num. 22. cunctis diebus terræ, ſemẽtis & meſsis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox, & dies nõ requieſcent. Fuit igitur neceſſaria motuum varietas. Quare ſol ſuper mundi polos diurnum circulum perficit ad motum primi mobilis, quod ſecum omnes cęleſtes orbes rapit ab ortu in occaſum; ſed eſt alius motus huic aliquo modo contrarius ab occaſu in ortum per obliquum ſuper polos Zodiaci diſtantes à polis mundi viginta tribus gradibus, & triginta tribus minutis: ſecundũ motum iſtũ ſol peragit curſum ſuũ intra 365. dies 6. hor. & 49. minuta ſitq. neceſſario, vt accedat ad auſtrum & rurſus ad aquilonem. Quando eſt in principio arietis æqui diſtat a polis mundi, & paulatim aſcendit ad verticem noſtrum, acceditq. ad aquilonem quouſq. perueniat ad initium cancri ſiue ad tropicum æſtiualem atq. ſolſtitium: deinde ab aqui-

Margin notes: Gen. 8. — 2. Genera.

aquilone recedit & accedit ad meridiem cũq. peruenerit ad principium libræ iterum æqui diſtat a polis mundi, declinatque magis ac magis ad auſtrum, peruenitque ad alteram receſſus ſiue acceſſus metam, hoc eſt, ad initium capricornij, fitque illa ibi ſtatio, quæ a Latinis vocatur bruma, deinde aſcendit rurſus. De hoc motu nunc agit Eccleſ. Poëta inducit quendã Iopam canentem.

Æneid. 1. in fine.

Quid tantum oceano properent ſe tingere ſoles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obſtet.

Huiuſmodi acceſſus & receſſus eſt cauſa diuerſitatis dierum & noctium, hyemis & veris &c. Omitto circulos eccentricos & concentricos, æquantes & deferentes, globoſque illos, quos vocant Epycielos; quorum ſcientiam, ſi vera eſt non ignorauit Salomon, ſed ad præſentem locum non eſt neceſſaria.

Hal: c. i. eo, vado, ambulo, gradior: ſed quia motus ſolis eſt circularis ideo interpres vertit, Gyrare.

Cauſa generationis eſt ſolis motus: exortu ſuo nos lætificat, ſine illo tenebrarum horrore mæſti deficeremus: ſed ſicut viuificat ſic etiam paulatim conſumit, nihilq. perpetuo conſeruare poteſt, neque quod ſemel corruptum eſt reparare valet. Habemus ſolem iuſtitiæ Chriſtum, qui per viſcera miſericordiæ ſuæ viſitauit nos oriens ex alto, illuminare his, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent &c. Ortus eſt Dei filius æterna natiuitate ex patre, ſecundum quã In principio erat Verbum &c. Ortus eſt natiuitate temporali ex Maria Virgine, quia Verbum caro factum eſt &c.

Lucæ. 1. v. 78.

Ioan. 1.

Occidit in Cruce ſed ad locum ſuum anhelauit, & reſurrexit tertia die, aſcendit in cælos ſedetq. ad dexteram Dei. Egreſſus eius a Patre, regreſſus eius ad patrem: excurſus vſq. ad inferos, recurſus ad ſedem Dei. Aſcendit ſuper occaſum. Iſte iuſtitiæ ſol in ſole (id eſt) in Virgine poſuit tabernacũlum ſuum, & ipſe tanquã ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultauit vt gigas ad currendam viam a ſummo cęlo egreſſio eius (ſecundum diuinitatem) & occurſus eius vſq. ad ſummum eius. Sub ſole viſibili in vanum laboratur, ſed ſub ſole iuſtitiæ Chriſto magno cum profectu, tunc ſumus ſub iſto D. ſole, quando mente eleua-

Pſal. 67. v. 5.
Pſ. 18. v. 6. 7.

Matth. 23. eleuamur ſupra ſolem munda
v.12. num: aſcenditur autem humi-
litate; & pietate quia omnis
qui ſe humiliat exaltabitur; &
Malach.4. Malach 4. nu. 2. dicitur: Orie-
tur vobis timentibus nomen
meum ſol iuſtitię, & ſanitas in
pēnis eius, i. ſub radijs eius qui
ſunt veluti pennæ expāſæ. Hic
ortus perpetuus eſt, ſi iuſtus a
ſole ſponte non recedat, ſi ſoli
terga non vertat, ſi non con-
uertatur ad vmbram corporis
ſui, ad bona temporalia. Ideo
Beatus Paulus monet Epheſ.
4 nu. 26. ſol non occidat ſuper
iracundiam veſtram: nolite lo-
cum dare diabolo. Væ illis, qui
bus illud contingit, quod dici-
Amos 8. tur Amos. 8. nu. 9. occidet ſol
in meridie. Cum autem occi-
derit ſol peccatori, tamen deſi
derat renaſci, & illuminare
eos, qui in tenebris & in vm-
Ezech. 18. bra mortis ſedent. Ipſe pro ſua
v.32.v.23. clementia ait, Nolo mortem
peccatoris; ſed vt conuertatur
Zach.1.v.3. & viuat. Iterum renaſci optat,
conuertimini ad me & ego cō
Ioā.3.v.19. uertar ad vos. Heu heu lux ve-
nit in mundum & dilexerunt
homines magis tenebras quā
Ioā.3.v.20. lucem. Operarij iniquitatis cū
male agant aderunt lucem, &
Iob. 24. v. cum ſubito apparuerit aurora
17. arbitrantur vmbram mortis.

Oritur etiam ſol iuſtitiæ, &
occidit non per acceſſum &
receſſum ad animam iuſti, ſed
per ſigna fauoris, & per tribu-
lationem per lætitiam & triſ-
titiam. Quid eſt homo quia
magnificas eum, aut quid ap- Iob.7.v.17.
ponis erga eum cor tuum? viſi
tas eum diluculo. (Ecce ortus
ſolis) & ſubito probas illum,
(Ecce occaſus) Ad veſperum Pſ.29.v.6.
demorabitur fletus (Ecce oc-
caſus ſolis) & ad matutinum
lætitia (Ecce ort⁹.) Domine in
voluntate tua præſtitiſti de-
cori meo virtutem. (En ſol ori
tur) auertiſti faciem tuam à
me (En occidit ſol) & factus
ſum cōturbatus. Idem videre
eſt in illis verbis Dauidis, ſecū Pſ.92.v.19.
dum multitudinem dolorum
meorum in corde meo cōſo-
lationes tuę lętificauerunt ani
mam meam. Lętati ſumus pro Pſ.89.v.15.
diebus, quibus nos humiliaſti,
annis, quibus vidimus mala. Pu
tabat Dauid ſibi occidiſſe ſolē
non receſſu gratia iuſtifican-
tis, ſed fauoris conſolantis ac
protegentis, ideo dicebat vt
quid Domine receſsiſti longe
deſpicis in opportunitatibus
in tribulatione? tegitur ignis
cinere & ſic diutius conſerua-
tur, ſed non ſplendet: ſic virtus
tribulatione occultatur huma
nis oculis, ſed ſemper diuinis
fulget. Quando Dominus mor
tificat, occidit ſol; quādo viui-
ficat, oritur ſol. Sic quando de
ducit ad inferos, & reducit hu
miliat, & ſub leuat. Occidiſſe
ſolem

Digitized by Google

ſolem exiſtimabant Hebræi quãdo Aman malignitate morti fuerãt ad dicti, ſed rebus mutatis in melius, ortus eſt eis ſol
Eſth. 11. ſicut dicitur Eſth. 11.n.11.lux & ſol ortus eſt, & humiles exaltati ſunt & deuorauerunt inclytos. Quæ dixi, ſignificantur etiam per id, quod dicitur, Gyrat per meridiem & flectitur ad aquilonem: per meridiẽ enim tempus lætum ac proſperũ ſignificari poteſt: per aquilonem tempus mæſtum & miſe
Cant. 1. rum. In meridie cubat ſpõſus: & ab aquilone pandetur ma-
Ierem. 1. v. 14. lum, quod Deus remouet, & contra perſecutorem robur & patientiam donat. Flectitur Deus ad aquilonem, quia orationem iuſti exaudit, clamauit
Pſ. 90. (inquit Pſ. 90. v.15.) ad me & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione, etipiam eum & glorificabo eum. Quãdo ſol flectitur ad aquilonem fiũt dies longiores, lux eſt diuturnior: ſic iuſti probatio: poſt tentationem, maiorem illi glo-
Iacob. 1. v. 13. riam Deus tribuit, beatus nãq. vir qui ſuffert tentationẽ, quoniam cũ probatus fuerit accipiet coronam vitæ.

Item v. 6. He. *Circuiens circuiens vadens ſpiritus, & ſuper circuitus ſuos reuertitur ſpiritus.*

Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Lat.

DIVERSA eſt & diſcrepans multorum ſententia circa hunc locũ. Quidam per ſpiritum intelligũt ſolem, qui ſic vocari poteſt ab effectu, eſt enim cauſa vitæ in his inferioribus, eius virtute vitalis ſpiritus procreatur, quod potiſsimum apparet in his, quę ex putrefactione gignũtur. Qui hãc ſententiã ſequi voluerit, magnorum virorum auctoritate, illam tueri poteſt ſic enim opinatur Hieronymus, Olympiodorus & plures alij. Ego diffi. culter recedo a verborum proprietate: Ruach autem ſpiritũ ſignificat, ventum auram, angelum &c. vt infra videbimus, ſolem nuſquam. Cur autẽ hoc loco ſic vocetur nullam inuenio rationem efficacem: vnicũ eſt argumentum, quia dicitur ſpiritus luſtrare vniuerſa, quod proprie videtur ſoli & cælis competere: ſed facilis eſt reſponſio, verba hęc poſſe coniungi cum præcedentibus, ita vt ſententia noua incipiat ab illis verbis, in circuitu pergit ſpiritus: & iuxta Hebraicũ textũ nõ opꝰ eſt ad hãc diſtinctionẽ cõfugere in Hebræo enim non eſt, vniuerſa. Aliqui per ſpiritũ intelligũt intelligentiã

mouentem orbem cæleſtem, quæ pergere dicitur, quia mouet, vel quia reuera vni orbis parti inſidens ſimul mouetur. Vt autem de aëre hoc intelligatur non erit admodum difficile demonſtrare. Nolo illud de igne verificare, quia Salomon de re tam ignota fortaſsis loqui noluit, & quia illa quæ de aëre dicentur facile etiam ad ignem accommodari poterunt. Sententia præſens in vniuerſum de motione aëris intelligitur, quæ multiplex eſt. Incipiamus a nobis notioribus, quotidie experimur ventorum mutationes, qui feruntur ſuper terrã, vel ſuper mare, qua propter neceſſe eſt, vt in circuitu ferãtur licet integrũ circulum non conficiant. Quãdoq. perflat Auſter: aut huic contrarius Aquilo; Eurus ab ortu ſolis, Zephyrus ab occaſu, ſic de alijs ſentiendum ventis, quorum numerum vſq. ad triginta duos protrahunt coſmographi: Antiquis minor erat numerus, ſed nunc non eſt his rebus locus. Reuertuntur hi venti in circulos ſuos, quia licet quandoque ſileant iterum renaſcuntur.

Salomon vel diuina ſapientia, qua erat imbutus, vel relatione eorum, qui in Indiam Orientalem nauigabant (nam eius naues in remotiſsima Indiæ regiones penetrabant, & vt quibuſdam placet etiam ad Peruanas ac Mexicanas, quod non eſt mei inſtituti preſsius, inquirere: certum tamen eſt naues illas in Ophyr, vel vt dicunt LXX. Zophiram nauigaſſe.) Salomon inquam ſcire potuit rationem ventorum perflantium in mari Indico, in quo ſtatis temporibus ſic flant, vt certa ſit nauigatio per id tempus: has ventorum durationes vocant nautæ Briſas. Ex quo fit non ſemper poſſe iniri nauigationem a Goa in Malacam, aut a Malaca in Ipponem. Sed expectanda eſt illa anni pars, quando certi perflant venti ad eundum, & rurſus alij ad remandum. Nec hoc ſolum in Indico Oceano contingit, ſed etiam in alijs Oceani partibus. Illud etiam maxime notandum quod referunt multi, & affert Pater Acoſta in libro de rebus noui orbis ſiue Indiæ Occidentalis, quem lingua vulgari ſcripſit: eſt autem hoc, quod dico notandum, videlicet intra tropicos, hoc eſt, in torrida Zona ventos flare ab ortu in occaſum, quod ideo contingit, quia cæli motus concitatior eſt circa æquinoctialem, quam extra tropicos: ſed hoc in vniuerſum verum eſſe non

poſſe

Digitized by Google

poſſe indicat Luſitanorum nauigatio qua eundo in Indiam orientalem,& redeundo tranſitur á polo arctico ad antarcticum,biſque ſecatur torrida zona,ſed verum etit in aliquibus regionibus maris noui orbis, vbi non occurrit cauſa procreatrix ventorum, niſi eorum, qui ab ortu perflant. Qua autem ratione ibi nauigetur ab occaſu in ortum apud hunc partem videre poteris, videlicet, quia primo nauis egreditur tropicum, deinde curſum dirigit verſus orientem, & multo longius progreditur quam ſit locus ad quem properat, ruſuſque ingreditur torridam zonam,& ventis orientalibus ducta nauis portum optatum ingreditur. Sed his omiſsis eſt alius aëris motus circularis ſimilis motui cælorum,vt reuera circumeat ſpiritus, & in circulos ſuos reuertatur, quod manifeſte probatur ex motu cometarum qui in ſuprema aëris regione exiſtentes motu circulari feruntur, & oriuntur, & occidunt ſicut aliæ ſtellæ.

Ruach. Ruach, id eſt Spiritus. Sed ſpiritus pro vita, pro anima, ſiue animo, pro vi & energia accipitur de quibus longum foret ſi tractare vellem. Item pro vento, pro ſubſtantia carente corpore, id eſt, angelo bono vel malo, vt videre eſt 1. Reg. 16. num. 14. 15. 16. cap. 18 num.10.cap. 19.num. 9. his locis de malo ſpiritu ſermo eſt.

De bono vero 3. Reg. 18. num. 12. Pſalm. 103. ver. 4. Dan. 3. n. 65. 86 Deus etiam vocatur ſpiritus. Ioann.4. nu. 24. de ſpiritu ſcilicet paſsim occurrunt exempla Quia multiplex eſt ſpiritus ſignificatio ideo vulgatus multis modis vertit Anima. 3 Reg. 21. num. 5. Animus Genel. 26 num 25. Prouerb. 16 num. 32. Eccleſ. 2. num. 11. Prouerb. 11 num. 13 Mens. Eccleſ. 2. num. 26. Ezechiel. 20. num 32. Daniel. 2. num. 3. Halitus Iob 19.nu. 17. Ventus Exod. 10.num. 13. 19.cap. 14. num. 21. & Iob 1. num.19. &c.

In circuitu pergit Spiritus, id eſt Aër, ventus, hanc inquietudinem imitantur illi de quibus dictum eſt. in circuitu impij ambulant: & de diabolo: Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret,ſed ad centrum nó accedit. Centrum noſtrum Deus eſt ſpacium per quod tuti poſſumus ambulare recta ratio & Dei lex eſt & hæ ſunt lineæ per quas ad centrũ pergimus. Vide quæ dixi Iob cap. 1.num.7. vbi de malo, &

Pſal. 11. v. 9.

1. Petr. 5. 8.

Peccator circuit inquietus.

Iob 1.

bono circuitu. Omnis, qui a Dei lege recedit ambulat in circuitu,& a diabolo tãquã aſinus velatis oculis in piſtrino vt circumeat incitatur,inde fit vt laſſetur in via iniquitatis,&
Sap. 5. v. 7. perditionis. Tanta autem eſt Dei bonitas,& Spiritus ſancti benignitas,vt circumeat, quærens quos é faucibus diaboli extrahat,& quos viuificet. Circuit Dei ſapientia omnia,quia omnium habet prouidẽtiam, & attingit a fine vſq. ad finem fortiter,& diſponit omnia ſua
Deus circuit benefaciens. uiter. Eccli. 24. nu. 7. Ego in altiſsimis habitaui & thronus meus in columna nubis: Gyrum cæli circuiui ſola &c. Eccli. 24. Sap.6. nu. 16.cogitare de illa ſenſus eſt cõſumatus,& qui vigilauerit ad illam cito ſe curus erit; quoniam dignos ſe ipſa circuit quærẽs &c.Matth. 4. num. 23.circuibat Ieſus totam Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans euangelium regni: & ſanans omnem langorem &c. idem habetur cap. 9.num.35. contra Phariſæi & improbi homines malo animo ambulant in circuitu. Matth. 23. num. 15. 1. Timo. 5. num. 13.

v.7. He. *Omnia flumina euntia ad mare, & mare non plenum: ad locum (a) quo flumina euntia illuc ipſa reuertentia ad eundem.*

Lat. *Omnia flumina intrant in mare non redundat: ad locum vnde a exeunt flumino reuertuntur, vt iterum fluant.*

QVONIAM motus eſt argumentũ vanitatis, nõ ſolum in ſole & conſequenter in corporibus cæleſtibus, oſtẽdit vanitatem,& vanitatis cauſam,ſed etiam in aëre,& nunc in aquis,& quia omnia animãtia & plantæ, cæteraq. mixta conſtant ex elementis neceſſe eſt,vt intima inſit,in hæreatq. vanitas omnibus,quę generantur ſub ſole, vt horũ nihil poſſit eſſe perpetuum.Ita nos docet Eccleſ. moralia documenta vt veraPhiloſophia inſtruat, indicatq. certiſsimam fluminum originem,ſcilicet,ex mari.Reclamat Ariſtoteles,& qui illum malunt ſequi quam veritatem:ſed non reclamat Plato,qui diuinarum ſcripturarũ nõ caruit notione aliqua.Ego dum philoſophorũ libris operam dabam illorum placitis inhærebam,ſed ſapiebam vt paruulus, loquebar vt paruulus, iam per Dei gratiam euacuaui aliqua, quæ erant paruuli. Omnia flumina intrant in mare & mare non ita impletur,

vt

vt redundet, ſi quæras a Philoſophis cauſas duas preferent: altera eſt quia calore ſolis vapores eleuantur, & ſic aquæ minuuntur, ne redundent: altera eſt, quia reputant omnes aquas fluminum eſſe quaſi paruam aquam additam magno fluuio: ſed veriſsima cauſa eſt, quia per occultos meatus aquæ maris ad terram trahuntur, & qui aliter ſentiunt de origine fluminum præſertim inſignium non ſolum vulgato interpreti aduerſantur, ſed originali textui, qui aliter ſine manifeſta violentia explanari non poteſt. Dicet Ariſtoteles aërem frigore condenſari in terræ cauernis præſertim in montium cauitatibus, & inde flumina manare: ſed huic obſtat quia hyberno tempore partes terræ internæ calidæ ſunt vt videre eſt in puteis, contra in æſtate frigidiores ſunt partes illæ, quare minor aquarum copia gigneretur hyberno tempore quam æſtiuo. Meũ non eſt iſta accuratius perſequi. Sed obuiandum eſt cuidã difficultati, hæc autẽ talis eſt, ſi flumina in mare properant neceſſe eſt vt mare ſit inferius ſcaturigine montiũ, aqua enim obgrauitatem deſcendit, ſi autem è mari iterum recurrit aqua ad fluminis originem neceſſe eſt, vt aſcendat. Vt hanc difficultatem effugiant aliqui negant flumina oriri ex mari, hoc eſt, negant aquas fluminum non aſcendere per meatus, ſed ideo oriri ex mari quia vapores e mari aſcendunt, qui in pluuias conuertuntur, ex quibus coaleſcunt non flumina magna, ſed torrentes, qui ſe miſcẽt fluminibus & ſimul cum illis in mare pergunt. Reſpondeo iuxta id, quod dixi Iob cap. 38. ſcilicet mare iuxta littora eſſe partibus mediterraneis inferius: ſed in medio aut tantæ eſſe altitudinis, quantæ altiſsimi mõtes, aut eſſe altius omni terra. Errat non leuiter Lorinus cum dicit, ab Aſtrologis & Philoſophis demonſtrari terram eſſe altiorem mari. Miror virum eruditum, & pium non animaduertiſſe hac aſſeueratione damnari tot viros eruditione, ſapientia, ſanctimoniaque præſtantes, quos ſi refutandos putauit nominatim referre non debuit. ſ. D. Baſilium, Chryſoſtomũ, Theodoretum, Ambroſium, Thomam. Adeone iſti inſipientes fuerunt, vt ignorarent demõſtrationis vim? ſi demõſtratio de hac re extat contrariam ſententiam falſam eſſe neceſſe eſt. ſi hoc in opinione poſitum

eſt, male ab hoc homine voca tur demonſtratio: aut ignorauit quid eſſet demonſtratio: demonſtratio reuera nulla eſt, de qua re diximus c. 38 Iob. 1. Neſcio quæ furia corripuit quoſdam certæ claſsis homines vt non reformident, nec illos pudeat Sanctos Patres libere reijcere. Sed vt ad inſtitutum regrediar, dico fontes in montium cacuminibus poſſe ſine vlla vi exoriri, quia cum ſaltem maris medium ſit eiuſdem altitudinis cum altiſsimis montibus, aqua ad æquilibriū aſcendere poteſt, vt videmus fieri in fontibus arte factis, in quibus tantum aſcendit aqua quantum in ſua ſcaturigine habet altitudinis.

Nachal. i. flumen Leuit. 11. num. 9. quo loco non poteſt accipi pro torrentibus ſolum, ſed pro fluminibus; & in præſenti loco pro eiſdem vſurpatur. Alijs in locis ſignificat aut valles aut torrentes.

Si cupis allegorias lege Lauretum, qui copioſiſsime illas tibi ſuppeditabit. Liceat tibi excogitare etiam alias. Mare poteſt ſignificare immenſam Dei bonitatem & ſapientiam vnde profluit omne bonum, quod ne euaneſcat debet in mare properare, vt iterum renaſcatur, hoc eſt, vt creſcat, perficiatur perpetuumque ſit. Fit hoc frequenti gratiarum actione, & deuota oratione. *Gratiarum actio.*

Doctores, ac prædicatores flumina ſunt e mari hoc magno exeuntia quia omnis ſapiētia a Domino Deo eſt, & cum ipſo fuit ſemper &c. ne pereat. *Eccli. 1.* flumē ad mare reuertatur vt iterum fluat, doceat ad laudē & gloriam Dei. In ludo paruæ pilæ, qui venientem ad ſe pilam manu retinet iacturam facit, ſed debet illam remittere ad illam partem vnde venerat, ſic qui Dei beneficia non reducit in Deum per gratiarum actionem detrimentum patitur. Hoc fuiſſe creditur peccatum diaboli: audi inſignem doctorem omnia in Dei gloriam remittentem. 1. Cor. 15. num. 10. Gratia Dei ſum, id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui, non ego ſed gratia Dei mecum. Ecce flumen a mari oriens, & in mare reuertens. 2. Cor. 4 nu. 15. omnia enim propter vos. (Ecce aquarum copia ecce flumina in gentia diuinarum gratiarum & multiplicium beneficiorum) omnia, inquit, propter vos, ſiue quæ ad creationem pertinent rerum viſibilium: ſiue quæ ad recreationem per Verbum incarnatū. Sed hæc flumina in mare intrare *1. Cor. 15.* *Omnia ad Dei laudem.*

trare

trare oportet, inde ſequitur: vt gratia abundans, per multos in gratiarum actione, abūdet in gloriam Dei, & 1. Theſſal. 5. num. 17. ſine intermiſsione orate: in omnibus gratias agite. Cum autē Deum laudamus & glorificamus, mare nō redundat, non eget Deus noſtræ laudis, neque bonorum noſtrorum, noſtrum eſt emolumentum, vt flumen bonorum diuinorum iterum fluat, & terram cordis noſtri irriget, fiatq; ſicut paradiſus Dei.

Iſa. 57. v. 20. Poteſt etiam mare in malum vſurpari, nam de impijs dicitur, impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt &c. Auarus & ambitioſus nunquam implētur, quid ſunt contractus, & negotiationes, munerum largitiones, & ſubornationes, niſi ſcaturigines fluminum, & earundem influxus vt rurſus ortātur & fluāt? De talibus dixit poëta quidā. Quærere vt ab umant, abſumpta requirere certant. Atque ipſæ vitijs ſunt aliméta vices. Sic quibus intumuit ſuffuſus venter ab vnda, quo plus ſunt potę plus ſitiūtur aquę. Quod de auaro dicitur ad ambitioſum etiam pertinet, & omni improbo conuenit.

Auarus. *Cupidus.* *Ambitioſus.*

v. 8. He. *Omnia verba laborioſa non poterit vir loqui, nō ſaturatur oculus videndo, & non impletur auris ab audiendo.*

Cuncta res difficiles non poteſt eas homo explicare ſermone, non ſaturatus oculus viſu, nec auris auditu impletur. Lat.

RERVM inconſtantia & mutabilitas earum vanitatem oſtendit, quæ cum tales ſint in ſe, homini non poſſunt conferre fęlicitatem, in qua ſola animus ſatiatur acquieſcit. Vnum videtur ab omnib⁹ laudari, eſtq; apud omnes honorificum, ſcilicet litterarum ſtudium, & rerum naturaliū, ſiue moralium cognitio, quæ magno conſtat labore, & ad cuius complementum nemo peruenit, & ſi perueniat nondum quieſcere poterit, quia mens non ſatiabitur, deerit adhuc illi notio Diuinæ eſſentiæ, in cuius fruitione animus omnimodam adipiſcitur tranquillitatem. Duplicē difficultatem indicat Eccleſ. alteram diſcentis, alteram docentis: cū labore & difficultate res indagamus, & quæ nouimus magna cum difficultate explicamus, deſunt verba, deſunt eloquentiæ ornamenta. Viſus prę ſtantiſsimus ſenſus eſt, percipit

pit propinqua & remota, rerum colores, figuras, motus; cæleſtia, & terrena intuetur, mira facilitate ſuum munus obit, nam rerum ſimilitudines temporis momento recipit, & tamen nūquā ſaturatur. Senſus hic ad inuentionem aptiſſimus eſt. Auditus verò ſenſus eſt diſciplinæ, nec hic impletur; cauſa autem huius inanitatis ſiue vanitatis eſt, quia animus his rebus, quæ in ſenſus cadunt non poteſt quieſcere. Huius ſententiæ veritatem comprobat, quotidiana experientia ac perpetua hominum curioſitas ad videndum & audiendum promptiſſima: ſi tamen auctoritate probari deberet nulla aptior quam ſanctiſsimi viri Tobiæ, Tobiæ. 5. 12. qui Raphaëli ipſum ſalutanti reſpondit, quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video? vir ſanctus dolet vicem ſuam non ob amorem rerum temporalium, non ob curioſitatem, ſed quia illi dulce erat cæli lumen videre, & illam ſupernam regionem intueri, vbi ſciebat eſſe peculiarem Dei ſedem, & domicilium beatorum. Sit auditus exemplum illud quod de Athenienſibus dicitur Actor. 17. num. 21. Athenienſes autem omnes, & aduenæ hoſpites ad nihil aliud vacabant, niſi aut diſcere, aut audire aliquid noui. In illa ciuitate maior erat curioſitas, vbi tunc ſcientiarum ſtudium florebat, eratque Academia totius orbis præſtantiſsima. Nemo ergo in his rebus perfectam putet eſſe veritatem, aut in illis conſtituat fælicitatem, quæ animum implere non poſſunt. Cumq. naturalis auiditas cognoſcendi his rebus ſatiari non poſsit, neceſſe eſt, vt aliud excogitemus, inueſtigemus, & magna animi contentione quæramus, quod animum poſsit implere. Ad hoc paulatim diſponit nos Eccleſ. remouens affectum noſtrum ab his rebus aut quæ fallere poſſunt fælicitatis ſpecie, aut quæ veram fælicitatē quærentem impediunt.

Dabar Dabar. i. verbum, hoc autem ſæpe pro re vſurpatur Exod. 2. num. 14. cap. 9. num. 5. & 6. Deuter. 4. num. 9. cap. 19. num. 15. ſæpe in libris Regum & Paral. libri verborum dierū fit mentio. i. rerum geſtarū. Vulgatus multis modis ſolet vertere. ſ. oratio, lex, ordo, negotium, cauſa, opus &c. Res Gen. 18 n. 25. c. 21. n. 26 c. 12. n. 16. &c. Iegehhym. i. Laborioſæ, difficiles a Iagahh. i. laboro, deficio &c. vide Iob. c. 3. n. 17. & c. 10. n. 3. *Iagahh.*

Quid

v. 9. He. *Quid quod fuit? ipſum quod erit. Quid quod factũ eſt? ipſum quod fiet.*

Lat. *Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt. Quid eſt quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt.*

VIDETVR eadem ſententia cum illa v. 4. generatio præterit &c. eſt certé ſimilis. Probat hoc argumento vanitatem; nemo inuétus eſt in hoc mundo beatus omnes interierunt, nihil hucuſq. inuẽtum eſt, quod poſſet hominẽ beare Ne ergo fallatur aliquis vana ſpe nouæ rei temporalis naturaliſq. qua ſatiari poſſit eius appetitus, docet ita res nouas naſci, vt ſecundum naturam ſuam iam præceſſerint, nihilq. futurum, quod iam non fuerit. Non loquitur de rebus arte factis, quæ manifeſtũ eſt non poſſe beatum facere artificem, cũ ſint ſua cauſa & facto re inferiores. Nec loquitur de rebus diuinis in quibus ſplendeſcit Dei gratia, nondum enim auditores ad hęc paratos inuenit. Ceſſant igitur argumenta ex inuentione rerũ nouarum; nam poſteros Cain ſcimus inuentores fuiſſe muſicorum inſtrumemtorum; artis paſtoritiæ, & frabriles æris & ferri. Contra Enos cępit inuocare nomen Domini: & quod illi ſtudium ad hibuerũt rebus caducis, Enos poſuit in amplificando Dei cultu. Tormentorum, bellicorũ vſus cępit multis ſeculis elapſis poſt orbem non ſolum conditum, ſed redemptum. Magnum omnium artium incremẽtum videmus: cumq. natura hominis ſit nouitatis auida, nouis excogitandis vacãt homines vani, nouæ veſtium formæ prodeunt quotidie: noua fœminarum ornamenta, quibus pudicitia proſtituitur, & luxuria irritatur. Quid dicam de ciborum condimentis, & arte coquorum? mirabilia gulæ oblectamenta excogitantur, neq. languens etiã venus quieſcere tãtillum permittitur. Nouæ oriuntur ægritudines: non multis ante ſæculis apparuit venerea lues, quam vocant, Morbum Gallicũ, alij Neapolitanum quo etiã infectum fuiſſe Iobum auſus eſt affirmare quidã eius libri cõmẽtator an maiore vanitate, an temeritate nõ auſim affirmare. Ante hos quadraginta circiter annos viſus eſt vlyſſipone nouus morbus aliũde delatus in ſãguine, vel ſpiritibus infectis, nã cũ multi ſani veniſſent poſt aliquot dies morbo hoc corripiebãtur. Tumor quidam naſcebatur, deinde poſt paucos dies vermis exire incipie-

Gen. 4. 20.
Gen. 4. 26.

Digitized by Google

cipiebat, quem virgulæ circum voluebanr vſq. quo totus egrederetur ad mẽſuram duo rum, vel triũ, vel plurium palmorũ, vermis erat albus ac tenuis. Sed in his omnibus conſideremus rerum ſubſtantiam nihil nouum fiebat, nã humores ijdem ſemper quatuor fuerunt ex quorum corruptione morbi generantur. Veſtium, ciborum, ornamentorum & omnium artium materia noua non eſt, non eſt noua hominum curioſitas, vanitas, gula, luxuria, ambitio; modus varius inducitur, noua accidentia ſuperueniunt, ſed res nulla quoad ſubſtantiam maxime genericam noua eſt. Præterea ſi mala noua exoriantur inde nihil ad fęlicitatem de nouo exurgit accomodatum imo harum rerum nouitas magis cõfirmat ſentẽtiam Eccleſia. aſſerẽtis omnia eſſe vanitatem, longeq. ab eſſe a vera fęlicitate. Quid enim accidentia rerum caducarum afferre poſſunt emolumenti ad beatitudinem, cum res ipſæ, quarum ſunt accidentia vanæ ſint, & inutiles per ſe ad hunc finem? qua propter, quæ contra hanc ſententiam adduci poſſunt argumenta, magis illam corro-
Georg. 1. borant: vt illud Virgilianum.

Vt varias vſus meditando extunderet (vel extruderet) artes
Paulatim. &c. nec illud,
Cuncta videmus
In peius ruere ac retro ſublapſa referri.

Iuuenalis dixit,
Terra malos homines nunc educat atq. puſillos.

Horatiꝰ ſic cõquęritur,
AEtas parentum peior auis
Tulit nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Vulgo paſsim præterita tempora meliora præſentibus prædicantur. Fortaſsis vitia mutãt loca, ſed nõ tempora, mutant modum, ſed non ſubſtantiam, ſi in vitijs ſubſtantia reperiri poteſt.

Et non omne nouum ſub ſole: eſt verbum, quod dicat, (ſ. aliquis) vide hoc nouum: ipſum iam fuit in ſaeculis, quod fuit a facieb us noſtris. v. 10. H.

Nihil ſub ſole nouum, nec valet quiſquam dicere, ecce hoc recens eſt, iam enim præceſsit in ſaeculis, quæ fuerunt ante nos. Lat.

PRIOR pars huius verſus in Hebræo eſt pars verſus præcedentis. Eadem ſententia con-

confirmatur, vel eſt veluti concluſio, quæ ſequitur ex præcedenti faciliq. ex dictis intelligitur: Non enim cælum nouum, aut noua aſtra, non noua elementa, noua animantia &c. quid ſi monſtra quædam de nouo oriantur? talia & rara ſunt, & eidem vanitati ſubiecta, imo maioris vanitatis inde ſumitur argumentũ, quoniã ex defectu virtutis formatricis prodeunt, aut ex inordinata animalium commixtione.

Cum omnia ſint vanitas, & vetuſtate ſemper ad miſeriorem conditionem ruentia in hoc inferiore animantium domicilio, Deus pro ſua infinita bonitate omnia voluit renouare, renouato homine, propter quem alia facta ſunt. Aliquid igitur ſub ſole nouum factum eſt, quãdo verbum caro factum eſt: Sed nouitas iſta ita eſt ſub ſole vt ſit ſuper ſolem & ſuper omnes cælos. Illud proprie ſub ſole fit, quod naſcitur virtute ſolis & aſtrorum, quare opera gratiæ & omnipotentiæ Diuinæ quo ad ſitũ ſiue locũ ſunt ſub ſole, ſed quo ad virtutem, qua fiunt, & quo ad præſtantiam ipſorum operum ſunt ſuper omnes creaturas. Magnum ac præſtantiſsimum opus nouum Dei omnipotentiæ fuit verbi Diuini incarnatio, fecit enim tunc Dominus potentiam in brachio ſuo. Hoc eſt nouum illud de quo Ierem. 31. num. 22. quia creauit Dominus nouum ſuper terram, fæmina circundabit virum. Fecit vir iſte noua & mirabilia de quibus Iſaias cap. 43. num. 18. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini, ecce ego facio noua nunc orientur vtiq. cognoſcentis ea. Quæ maior aut mirabilior nouitas, quam quæ quotide in eccleſia celebratur, hoc eſt, conſecratio Euchariſtiæ? ob quam nouitatem canit Eccleſia: recedant vetera noua ſint omnia corda voces & opera. Si Dauid Deum precatur Pſ. 50. v. 11. ſpiritum rectũ innoua in viſceribus meis: multo magis debet chriſtianus nouum ſpiritum a Deo poſtulare, vt corpus Chriſti recipiat. Sit igitur cor nouum, & cantemus Domino canticum nouum. Exuamus veterem hominem cum actibus ſuis, induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem eius, qui creauit illum &c. Expurgate vetus fermentum vt ſitis noua conſperſio &c. Si qua ergo noua creatura vetera trãſierunt, ecce noua facta ſunt omnia. Renouemur igitur per exercitationem bonorum operum, renoua-

Ioan. 1.

Incarnatio.

Ierem. 31.

Iſa. 43.

Coloſſ. 3. n. 10.

1. Cor. 5. n. 7.

2. Cor. 5. 17.

renouati prius per gratiã, quoniã Deus, qui propter nos noua mirabilia fecit, hominẽ nouũ quærit. In Chriſto enim Ieſu neq. circũciſio aliquid valet neq. præputium, ſed noua creatura.

Galat. 6. 15.

Sap. 19. 11. Aduerte, multitudo coturnicũ vocatur noua creatura: nõ ob ſubſtantiam, ſed ob ipſam multitudinem.

v. 11. H. *Non memoria priorum, & etiam poſteriorum qui (vel quæ) erunt non erit eis memoria cum (his) qui (vel quæ) erunt in poſteram.*

Lat. *Non eſt priorum memoria, ſed nec eorum quidẽ, quæ poſtea futura ſunt, erit recordatio apud eos, qui futuri ſunt in nouiſſimo.*

HÆC ſententia indefinite accipienda eſt, ita tamen vt fere ſit vniuerſalis, nã ſi quorũdam memoria ad huc manet, qui primis ſæculis vixerunt, verum ſi cum illis conferantur quæ obliuione ſunt extincta perinde erit ac ſi conſumeretur mare, & remanerent aliquæ guttæ, tunc enim veriſſime dicere poſſemus omnes aquas perijſſe. Aſſertiones vniuerſales in rebus moralibus veriſſimæ ſunt: cum in pluribus verificantur.

Aduertendum etiam hanc ſententiam poſſe intelligi de hominibus, ſicut intelligunt hi, qui vertunt per genus maſculinum, quod eſt in Hebræo; vel intelligitur de alijs rebus, vt intellexiſſe videtur vulgatus, qui per genus neutrũ tranſtulit: cũ enim Hebræi careant genere neutro, vtuntur maſculino vel fæminino, quãuis frequẽtius fęminino pro neutro. Si de rebus omnibus abſoluẽ intelligamus, ſenſus erit, nihil nouum ſub ſole: ſi autem quædam nobis noua videtur; id ex ignorantia prouenit, quia priorum memoria perijt.

Poteſt etiam nouum eſſe argumentum vanitatis noſtræ, qui rebus caducis memoriam noſtram æternitati conſecrare appetimus, cum omnia tempore conſumantur. Inſignis ſane vanitas, inſigne vanitatis argumentum eſt a rebus perituris, & vanis quærere memoriam ſempiternam. Inſanus homo qui amat immortalitatem & illam in rebus perituris inueniri poſſe: putat. Habet quorundã vanitas aliquam excuſationem, ſed omni excuſatione caret, omni venia indignus eſt Chriſtianus, cui iam innotuit illa ſententia Pſ. 111. v. 6. In memoria æterna erit iuſtus, & illud Eccli. 10. num. 21. Memoriã ſuperborum perdidit

Memoria æterna.

Vana æternitatis cura ex rebus pereuntis. *Vana memoria.*

didit Deus,& reliquit memoriam humilium ſenſu. Quid eſt quod homo Chriſtianus, religioſus, Epiſcopus ſui memoriam in terris permanere magna ſolicitudine expetat, magna animi contentione; conetur & ſalutis ſuæ diſpẽdio quęrat? ſiccine oblitus profeſsionis tuæ,& Chriſti imitationis terrenis hæres? ſic tibi vileſcit beatæ immortalitatis memoria, vt vaniſsimis monumentis ſtudeas memoriam ad poſteros propagare? peribit omnis mundana memoria, nulla aliquãdo erit tui recordatio. Abſalon homo ambitioſus ac profanus huius memoriæ amore incenſus, inſignẽ titulum erexerat, de quo ſic dicitur 2 Reg. 18. nu. 18. Porro Abſalon erexerat ſibi cum adhuc viueret titulum, qui eſt in valle regis: dixerat enim, non habeo filiũ & hoc erit monimentum nominis mei. Vocauitq. titulum nomine ſuo,& appellatur, Manus Abſalõ. Vnde hęc inſania? ex infidelitate, vel diffidentia æternæ retributionis. Non miror dementiam iſtam in Abſalon, ſed non poſſum non mirari in homine Chriſtiano, erudito,& errantiũ doctore, apud quem tantum valet vanum memoriæ ſæcularis deſiderium, vt obliuione inuoluat iuſtorum præmia,& gloriæ cæleſtis æternitatẽ. Audi profane, Ieremiã dicentem ca. 17. nu. 13. Expectatio Iſrael, omnes, qui te derelinquunt confundentur, recedentes a te in terra ſcribentur. Deus hic vocatur expectatio Iſrael, id eſt, hominis, qui cum Deo dirigitur, qui cum Deo fortis eſt, qui cum Deo princeps eſt: iſte ſe a vanitate ſuperari non ſinit: iſte vanitati non ſeruit, ſed veritati adhæret,& cum Deo luctatur vſq. mane, & recedentibus tenebris huius mortalitatis a Deo benedicitur. Verum qui ſperant in vanitatibus a Deo recedunt: recedentes confundẽtur, & in terra ſcribentur. Infelix memoria, quam expetunt in ſani cum ſit graue impiorum ſupplicium ſic ſcribi: deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur, qui optant in terris memoriã perpetuam,& veræ æternitatis obliuiſcuntur: peribit hæc memoria quoniã ſub ſole omnia tranſeunt, omnium memoria deletur. Iuſti memoria æterna eſt, quia ſupra ſolem eſt: in cælo ſcribitur eius nomen non in puluere, non in lapide, non in ære, quæ tempore conſumuntur.

Gen. 32. Pſ. 68. v. 29.

Si de hominibus loquatur Eccleſ. aſſeratq. priorum hominum non eſſe memoriam, iam admonui qua ratione aſ-

ſertio vniuerſalis ſumenda ſit in his rebus. Manet Adami, Abel, Seth, Ænos &c. memoria: cũque dicat ſapiens de iniquis loquens cap. 4. num. 19. & erunt poſt hæc decidentes ſine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum &c. & vſq. ad ſupremum deſolabuntur, & erunt gementes, & memoria illorum peribit: videmus tamen multorum impiorum memoriam vigere, quam nulla vnquam delebit obliuio, quoniam ſacra continetur hiſtoria: manet proditoris Iudæ, iniuſti Pilati, crudelis Herodis memoria: addamus his memoriam Amalec, quę dum iubetur deleri de ſub cælo perſeuerat in ſacro volumine: Exod. 17. num. 14. Delebo, inquit Dominus, memoriam Amalec de ſub cælo. Cur ergo nomen Amalec extat adhuc? Vt his ſatis faciamus ſciẽdum eſt, ab origine mũdi vſq. ad diluuium vehementer homines multiplicatos fuiſſe, paucorũ tamen a Moyſe mentio facta, proditaq. nomina, nam in catalogo piorum ſolum decem numerantur ab Adam vſq. ad Noe incluſiue, quibus ſi addamus Abelem erunt vndecim. In cathalogo prophanorum numerantur decem viri & fæmina vna quorum pater fuit Cain, ſed quid

Gen. 5.

Gen. 4.

momenti habet numerus iſte, ſi cum numero eorum, quorũ nulla eſt memoria conferatur? Infinita propemodum hominum millia hodie ſunt in orbe terrarum, ex quorum numero poſt centum annos paucorum admodum memoria remanebit, vt dici poſsit omnes obliuione eſſe inuolutos, omnium memoriam periiſſe. Præterea in S. Scriptura dicitur memoria perire, ſiue nomen alicuius deleri cum omnis extinguitur poſteritas. Deut. 32. num. 26. ceſſare faciam ex hominibus memoriam eorum. i. conſumam eos & internecione delebo. De hoc iterum redibit ſermo cap. 7. num. 2. ideo hic dicendi finem facio, ne idem bis repetam dicerẽ hoc loco de obliuione, quam habent ſancti, obliuiſcũtur enim omnium malorum præteritorum, iuxta illud Iſa. 65. num. 16. obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores & quia abſconditæ ſunt ab oculis meis: ecce ego creo cælos nouos & terrã nouam: & non erunt in memoria priora & non aſcendent ſuper cor. His ſuper ſedeo, quia præſenti loco non bene cohærent. Si quis accommodare voluerit diligenter locum Iſaiæ conſideret: mihi ſat eſt indicaſſe.

Deut. 32.

Acharonah. i. Nouiſsimũ, hic: &

Acharonah.

hic.& Num.2.n.31.1.Reg.29. n.2.Dani.11.nu.29.& forma maſculina, Acharon.i.nouiſſi mũ Iob.19 n.25.2.Ezdræ.8.n. 18.Prou.31.n.25.Iſa.30.n.8. &c. Alterũ.i.poſterius.Pſ.47. v.14.in progenia altera.i.futu ra,ſecutura,poſteriore.Pſ.77. v.4.in generatione altera. Notandus eſt locus Gen.33.nu.2. poſuit vtramq. ancillam,& liberos earum in principio. Liã vero & filios eius in ſecundo loco (H. Acharonym,i. poſteriores) Rachel autem & Ioſeph nouiſsimos (H. Acharonym.i.poſteriores,poſtremos) ex quo loco aperte conuincitur, Acharon & numero plur. Acharonym non ſemper ſignificare vltimũ,ſed id quod poſt aliud ſequitur,ſiue ſit vltimũ, ſiue medium. Per nouiſsimum hoc loco & alijs multis nõ eſt neceſſe intelligere vltimum.

v.12. L. *Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſrael (ſuper Iſrael) in Ieruſalẽ.*

Expertus loqui poteſt.

NEMO melius de re aliqua poteſt dicere quam ſapiens & expertus, ideo Salomon, cuius notiſsima erat ſapiẽtia, nunc experiẽtiã in ſe factã proponit, vt efficatius perſuadeat. Plurimũ etiã valet dicentis auctoritas, hæc in Salomone maxima erat, de qua ſi aliquid imminutum fuerat ob lapſum in nefaria ſcelera, id reſarcire conatur nomine Qoheleth, id eſt concionatricis vt non tam Salomonem ſapientẽ audire ſe putent homines, quam ipſam ſapientiam concionantem: quaſi dicat; Ego qui regni habenas tenui, ſi quẽ meo exẽplo offendi, ab errore conabor reuocare, quia naufragiũ paſſus, periculoſas ſyrtes, & Charybdes expertus alijs indicabo: qui me viderũt ruentem, attẽdant quid me in ruinam impulerit, id autẽ docebo a principio; nõ tam ego, quã Diuina ſapientia, quæ per os meũ loquitur. Si pauper diuitiarũ vanitatem traducat, in ſuſpitionẽ venit quaſi velit vituperare verbis, quod reuera diligit, ſe aſſequi nõ poteſt, & dũ diuitias vituperat, ſuę conditionis tenuitatem videbitur magnificare. Si homo ignar᷑ bonarũ litterarum humanas ſciẽtias vanitatis redarguit: vanitatem ſuam prodit, quoniã de rebus ſibi ignotis iudicare audet. Ferunt Anibalem, Giſconem de reintegrando bello cũ Romanis diſſerẽtẽ, impatiẽter tuliſſe, Giſconemq. de ſuggeſto detrubaſſe deieciſſeque. Nõ paſſus eſt dux ſtrenuus, & militari ſciẽtia ac experientia præſtans hominẽ imbellem, & artis militaris ignarũ de rebus bellicis verba facere.

D Trac-

Tractet fabrilia fabri; & ſicut dicitur Eccli. 38. n. 26. qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, ſtimulo boues agitat, & conuerſatur in operibus eorũ, & enarratio eius in filijs taurorum. & nu 35. vnuſquiſq. in arte ſua ſapiens eſt. Quapropter Rex opulentiſſimus & ſapientiſsimus, & qui delicijs affluit maximis in omnibus rebus vanitatem expertus, in concionem prodit docturus rerum omniũ mundanarum cõtemptum, vt noſtra ſtudia curas, vigiliaſq. ad obſeruantiam D. legis transferat. Hinc concionatoris effigiẽ licebit inſpicere, qui de rebus notis & expertis ſapienter dicat: faciat ſibi virtutes exercitatione notas & familiares.

Aliqui quærunt cur Salomon dixerit, fui Rex, & non dixit, ſũ Rex: in promptu ratio eſt, quia ex rebus, quas fuit expertus captabat argumẽta docendi. Aliæ ab alijs redduntur rationes, quas libẽter omitto, quia nõ multũ a figmentis abeſſe videbantur, quod præſens eſt, momentum eſt, quod abijt non eſt.

v.13.He. *Et dedi cor meum ad quærendum, & ad inueſtigandum in ſapientia ſuper omne quod factum eſt ſub cælo. Hanc afflictionem malam dedit Deus filijs Adam ad affligendum ſe in ea.*

Lat. *Et propoſui in corde meo quærere & inueſtigare ſapienter de omnibus, quæ fiunt ſub Sole; hanc occupationem peſſimam dedit Deus filijs hominum, vt occupentur in ea.*

SVPERVACANEVM mihi videtur diſputare, vtrum hoc Salomonis ſtudium fuerit vitioſum, & vituperatione dignum, an laudibile. Qui putant Salomonem curioſius res illicitas indagaſſe, aut nefarijs artibus operam dediſſe, deberent ſuam aſſeuerationem ratione confirmaſſe; iniquum enim eſt, quenquam damnare ſine legitima probatione. Illud etiam aduertendum ſtudium rerum cognoſcendarum bonum aut malum eſſe ex fine, & inter humanas actiones ad honeſtatem propinquius accedere, eſt tamen vanitatis humanæ argumentum, nemo enim inquirit niſi id quod ignorat, aut cuius habet indigentiam, omnes autem indigentia & ignorantia inanitas quædam eſt. Omnis etiam humana ſapientia vanitas merito vocatur ſi ad hominis appetitum referatur; nulla enim tam eſt excellens aut perfecta, quæ ſatiare hominis animum poſsit. Aſſerit ergo

Salo-

Salomon ſe cognoſcendis rebus huius mundi diligētē operā nauaſſe, & huic ſtudio applicuiſſe animū, hoc eſt, magna cura, ac ſolicitudine in hoc incubuiſſe, inueſtigaſſeq. non temere, non inanis gloriæ cupiditate, ſed ſapienter ſiue in ſapientia, ordine, ratione, matura deliberatione, vt nihil ad diſcendum ſibi deeſſe videretur, quominus exactam rerū notionem conſequeretur. Si is, qui ſapientiam quæſiuit ſapienter atque eximiam adeptus eſt rerum cognitionē, animi quietem non inuenit, qui inſipienter in hoc ſtudium incumbunt, & ſapientes nō euaſerunt, quo pacto quieſcere poterunt? Certe à vanitate alieni non erunt.

Multi humanam ſapientiam inſipienter quærunt, qui ante modum ſciendi illam inueſtigant. Stultū putabat Ariſtoteles eſſe ſimul quęrere ſciētiam & modum ſciendi hoc, eſt, dialecticam. Quidam operam dabat Aſtronomiæ, ſed præpoſtero ſtudio, rogatus cur diſcendi ordinem negligeret reſpondit ſibi ſatis eſſe memoriæ mandare nomina vulgo ignota, ſcilicet, Horizon Rectus, Obliquus, Zodiacus, Æquinoctialis, Coluri, Tropici, Circulus Arctic', Antarcticus, Eccentricus Concentricus, Epicyclus &c. quibus faceret ſuis popularibus admirationem. Plato nullum auditorem admittebat ignarum Geometriæ, artes namq. Mathematicæ illuſtrant animum & ingenium acuunt, neque permittunt hominem phyſicis diſciplinis vacantem opinionum leuitate deludi, quia intellectus demonſtrationibus aſſuetus leuia argumenta repudiat. Ludouicus Viues ſcripſit librum eruditiſſimum de corruptis diſciplinis, inde petes exempla eius rei, de qua agimus, ibi ſcies quam inſipienter quęrimus ſcientias rerum qui pro veritate admittimus nęnias, amplectimur ridicula imo ſæpe portenta. Si humana ſapientia ſapienter inueſtiganda eſt, quanta opus erit prudentia, animique præparatione, vt diſcamus Diuina. Hanc ad diſcendum ſapientiam docuit nos regius vates cum ait: Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum &c. Sed in lege Domini fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Pſal. 1. Præcedit in D. Theoria legis Diuinæ obſeruatio, præcedit meditationē pia actio. Item; a mandatis tuis intellexi; hoc Pſ. 118. 104. eſt, principium intelligendi diuina eſt cuſtodia mandatorum. Adde etiam aſſiduas, &

humiles preces, quibus id petendum, quod petebat Dauid: da mihi, inquit, intellectũ, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam &c. Quia humanus intellectus ſine Dei illuſtratione impotens eſt. Item, Reuela oculos meos, & ſcrutabor mirabilia de lege tua. Hoc ſtudium honeſtiſsimum eſt ſi ſapienter impendatur, ſi ſpeculationem præcedat religioſa actio. De hoc ſtudio dici non poteſt, quod Salamon de altero humanarum rerum ad lit: hanc inquit occupationẽ peſſimam &c. Hoc eſt, Deus iuſto iudicio permittit, hominẽ earum rerum ſtudio fatigari, quod parum aut nihil per ſe conducit ad beatam vitam, imo multorum impietate, malaq. voluntate rerum multarum cognitio in perniciem ipſorum vertitur. Omnis homo natura ſcire deſiderat, teſte Ariſtotele, & teſte hominum multitudine: cum ſumus negotijs curiſq. vacui, (inquit Cicero) tunc auemus aliquid audire aut diſcere. Hoc eſt argumentum huius naturalis deſiderij, quod optime nouerat callidus humani generis hoſtis, qui ſcientiæ deſiderio animum mulieris ad inobedientiæ ſcelus, gulæq. peruerſitatẽ inflammauit, eritis, inquit, ſicut dij ſcientes bonum, & malum. Gen. 3.

Huius ſcelerati promiſsi fallacia decepta mulier corruit, & virum ſuum impulit in ruinã, noſq. talis iniquitatis hæredes vana, curioſa, ſuper vacanea, & ſæpe noxia, ac pernicioſa ſcire auemus & conamur, de quibus ſi dicere vellem, ſigillatim ingẽs volumẽ cõficerẽ. Salomõ nos ab inani ſtudio auocare nititur, & ad ſolidum, vtile, honeſtum, quo viã in veræ fęlicitatis teneam⁹, cõuertere.

Dare Cor. i. proponere in corde, ſed.n.17. ſimpliciter vertit, Dedi cor meũ. Dare in cor c.3 nu.11. i. tradere. Dare ad Cor c.7.n.3. i. cogitare. Dare Cor. i. accõmodare c.7. nu 22. Dedi Cor c.8. num.9. appoſui Cor. H. dedi Cor, ca.8. nu.16. Tractaui in corde. H. dedi ad Cor ca.9 nu.1. Vbicumq. hæc Phraſis reperietur aut ſimiles per hæc facile intelligetur. Darus. i. quæro, requiro, exquiro, ſcrutor, inueſtigo, cõſulo &c. Thur. i. inueſtigo, exploro, luſtro, cõſidero, cogito, cõtẽplor &c. horũ exempla nõ profero quia nõ neceſſaria ſunt. Sub cęlis & ſub ſole idẽ eſt. Hhinjan. i. occupatio, hîc, ærũna c.2.nu. 23. vide ibi. Afflictio & cura ſuperflua c.2.n.26. Afflictio c.3. n.10. c.4 n.8 c.5.n.13. cura. c. 5. nu. 2. Diſtentio ca. 8. n. 16. hoc nomẽ ſolum reperitur in hoc libro in alia forma ſæpe alibi,

Dare Cor.

Hhinjan.

alibi, vt Hhony, i. afflictio. Aliqui Hebræi etiam occupationem interpretantur alij Negotium, vel ſolicitudinem &c. Omnes ſignificationes quadrant in præſentem ſententiã.

Hhanah Hhanah. i. occupo hic. & ca. 5. num. 19. Affligo. Gen. 15. nu. 13. cap. 16. num. 6. ca. 31. num. 50. Exod. 1. nu. 11. &c. Opprimo. num. 10. num. 12. Gen. 34. nu. 2. & 2. Reg. 13. num. 12. 14. 32. Ezech. 22. num. 11. Noceo. Exod. 22. num. 22. Pſ. 88. num. 23. laborem ſuſtineo 3. Reg. 2. nu. 26. Rahh, id eſt, peſsimum, malum. i. moleſtũ, laborioſum, graue durum &c.

Malum aut culpa aut pæna. Malum aliud culpæ, aliud pænæ, hic pęnam & laborem ſignificat: ſicut Matth. 6. num. 34. ſufficit diei malitia ſua. Sicut bonum aliud honeſtum, aliud vtile, aliud delectabile: ita malum aliud opponitur honeſto. ſ. culpa, vitium, peccatum. Aliud bono vtili, vt damnum detrimẽtum, iactura, &c. aliud delectationi & gaudio, vt triſtitia, dolor, afflictio &c. nihil eſt in vita humana quod non præcedat malum, aut ſequatur, quia virtus verſatur circa difficile: impij fatentur

Sap. 5. v. 14. vias ſuas eſſe laborioſas ac difficiles. Si omnia ſunt difficultate plena, ſi laborandum homini eſt, ſic laboremus vt requiem ſperare poſsimus, honeſtum laborem ſubeamus, ne poſt huius vitæ ærumnas perpetuos incurramus cruciatus.

Vidi omnia opera, quæ facta ſunt ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus. v. 14. H.

Vidi cuncta, quæ fiunt ſub ſole &c. Lat.

REVERA ſapienter inueſtigauit Salomõ res ſublunares, quandoquidem illis minime adhærendum iudicauit: tandemq. cognouit omnia eſſe vanitatem, quod non leuitate mentis, aut iudicandi temeritate pronuntiat, ſed poſt diligentem conſiderationem, ſapientem inquiſitionem. Nec ſolum expertus eſt hanc rerum vanitatem, ſed etiam in omnibus ſpiritus afflictionem eſſe. Affligitur ſpiritus dum rerum notioni vacat, quæ per ſe nihil ad fęlicitatem confert. Excruciatur etiam ſpiritus actionibus inutilibus; tales fere ſunt omnium curæ, vt veriſsime dictum ſit, omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonũ, non eſt vſq. ad vnum. Vanum eſt ſtudium, vana actio ſiue hominis priuati, ſiue eius, qui aliorum curam gerit: hanc va- Pſ. 13. v. 3. Pſ. 52.

nitatem paulatim eijcit Dei gratia, quæ ſpiritum replet, quo vſq.ad perfectam plenitudinem perueniat iuſtus in vita beata. Vanus eſt conatus rectoris & principis,qui multitudinem in officio continere nititur,affligetur eius ſpiritus niſi diuina gratia non ſolum imperantem,ſed etiam obedientem repleat. Salomon in præſenti loquitur de priuato ſuo ſtudio diſcendi, & de publico gubernandi; de cognitione rerum naturalium & moraliũ; in omnibus inuenit vanitatẽ & afflictionẽ ſpiritus.De Beato Benedicto loquens B Gregorius diuinis vtitur verbis attenta conſideratione digniſſimis. Romæ,inquit,liberalibus litterarum ſtudijs traditus fuerat. Sed cum in eis multos,ire per abrupta vitiorum cerneret, eum , quem quaſi in ingreſſu mundi poſuerat retraxit pedem:ne ſi quid de ſcientia eius attingeret, ipſe quoq. in immane præcipitium totus iret,&c. & paulo poſt: Receſſit igitur ſcienter neſcius, & ſapienter indoctus. Hęc Gregorius. Fęlicius ſane fuit præuidiſſe rerum mundanarum vanitatem , quam poſt inueſtigationem moleſtam illam inueniſſe. Fęlix quem faciunt aliena pericula cautum. Salomon in omnibus vanitatem inuenit, poſt laborioſum ſtudium: B. Benedictus aridum mundum cum flore deſpexit, Vt dicitur loco allegato noluit frui flore , quia caducum præſciuit, noluit experiri vanitatem omnibus notam, nulli non expertam: ſed adeò ſumus væcordes , ne dicam increduli,vt per noſmetvelimus experiri vanitatem. de qua homo ſanæ mentis dubitare non poteſt.

[Dialog. l. 2. cap. 21.]

Numquid vale dicemus omnibus ſtudijs ? abſit , ſed vanitatem repudiemus. Interroget ſe vnus quiſq qua mente,quo fine litteris incumbat, & de vanitate ſua , aut ſoliditate iudicare poterit; ſciat vanum eſſe omnem hominem, in quo non ſubeſt ſcientia Dei,non ſpeculatrix illa, quæ [Sap. 13.] malis & bonis communis eſt, ſed quæ initium ſumit ab obſeruatione mandatorum Dei, vt vidimus v. 13. Si a vanitate tuti eſſe volumus ita rerum contemplationi vacemus , vt ex viſibilibus ad Dei inuiſibilia aſcẽdamus , [Rom. 1. 20] ſed de hoc opportunius dicemus. Quãquã dictum eſt ſupra quid ſit vanitas, non inutile erit adhuc more Scholaſtico diſtinguere vanitatem, quoniam alia eſt poſitiua , alia negatiua: Poſitiua [*Vanitas duplex.*] alia inutiles alia noxia & perniciosa. Quidquid inutile eſt vanum

vanum dicitur:ſed multo magis vanum eſt, quod nocet, vt omne quod eſt peccatum, aut cum peccato cóiunctum. Turpitudo noxia & vana eſt; ſcurrilitas, veſtium ſuperfluitas vana ſunt, & noxia per accidens, nam verba & veſtes per ſe mala non ſunt. Negatiuè vana poſſunt eſſe bona & vtilia, ſed quia non complent totum hominis deſiderium naturalis fęlicitatis vana dicuntur.

Rehbuth Rehhuth. i. afflictio, hic & cap. 2. num. 11. num. 17. cap. 4. num. 6 coll. ſolicitudo. ca. 1. num. 26. cura ſuperflua, cap. 4. num. 4. præſumptio. cap. 6. num. 9. diſcordant interpretes in ſignificatione huius nominis; alij cogitationem, alij contritionem, alij pactionem: alij aliter; vel quia a diuerſa radice deduci putant, vel quia in vna radice plures ſunt ſignificationes. Radices eſſe poſſunt Roahh, vel Rahhah. Forſterus aliam fingit. ſ. Rahhabh hanc fictioné ſequitur Lorinus. Hebræi duarum tantum radicum meminerunt vt eſt vide apud R. D. Chimi, & apud Pagninũ, & R. Mardochai, de verbis opportune dicã ne ſimul grauem lectoré. Vt ſignificet nomẽ hoc, cogitationé nó eſt mirũ, quia huius ſignificationis argumẽtũ extat nó ſolũ apud Hebræos, ſed etiã apud LXX, & vulgatum. Nam Rahh ſiue Raahh ſignificat cogitationẽ Pſ. 138. v. 2. intellexiſti cogitationes meas de longe. H. cogitationem meam. Dan. 2. num. 30. cogitationes (H. Rahhjoney) mentis tuæ ſcires, hæc ſignificatio Chaldaica eſt potius quam Hebræa. Poteſt ſignificare confractionem, nam verbum Roahh ſignificat confringere Iſa. 24. num. 19 confractione (H. Confringendo) confringetur terra. Item contere Iob. 34. num. 24. conteret multos &c. quare nomen etiam ſignificare poteſt contritionem. Poteſt etiam ſignificare clamorem, quia verbum Roahh ſignificat clamare. Ioſue 6. num. 10. Non clamabitis &c. 1. Reg. 10. nu. 24. Pſ. 64. v. 14. & Theruahh. i. clamor 1. Reg. 4. n. 5. vociferatus eſt populus clamore magno Item. 4. nu. 19. clamorem prælij verbũ ſignificat vociferari, & nomen vociferationẽ Ioſue. c. 6. n. 10. 16. 20. &c. vlulare & vlulatus. Num. 10 n. 6. n. 7. Iſa. 15. n 4. Oſea. 5. n 8. Ioel. 2. n. 1. volui iſta loca producere, vt ſciat lector vanã eſſe quorũdã interpretationẽ, qui putãt hoc verbũ ſignificare, Quare; aliquãdo clamor ex lætitia prouenit, ex triſtitia etiã, vel ex animi commotione. Cõſule loca prædicta & cõfer, & verũ eſſe *Roahh*

inuenies, quod dixi, præſertim Iſa. 15.num. 4. & Ioel. 2. num. 1. Ex his multiplex oritur verborum Eccleſ. intelligentia. ſ. Afflictio, contritio, clamor, præſumptio ſpiritus; ſi autem ſpiritus pro aëre ſiue vento vſurpetur, alius ſenſus ſubeſſe poteſt, hoc eſt, inueni in omnibus vanitatem & con fractionẽ aëris, clamorem venti, paſsionem vẽti ſimiles ſunt curæ humanæ, & mundanorũ ſtrepitus ventis ſecum pugnãtibus clamori aëris, clamori vano, Oſeæ. 12. n. 1. Ephraim paſcit ventum. H. Rohheh Ruach. i. paſcens ventum, vel cõfringens ſpiritũ: nam verbũ Rahhah etiã ſignificat cõfringere, vt aſſerunt Hebræi. Qui tẽporalia quærit ventũ paſcit, vento implet ventrem ſuum. Felices illi, qui vere poſſunt di
Matt. 19.27 cere. Ecce nos reliquimus omnia. Sed nõn hoc ſatis eſt ad refectionem animæ, bonum eſt ſe expedire curis ſæcularibus. Melius eſt famelico famem pati, quam illa comedere, quæ famem augeant, & ſtimulent: aut quæ mortem afferant: vt concoquantur praui humores. & conſumãtur, opus eſt abſtinentia, & purgante medicamento; paupertate ſpiritus exinanitur animus, ſed patientia perfecte purgatur: ſed reſtat, vt reficiatur & repleatur bonis ſolidis, qui bona inania repudiauit, id circo B. Petrus nõ tantum dixit. Ecce nos reliquimus omnia; ſed adiecit quod perfectius eſt: Et ſecuti ſumus te. Verum quia in hac vita nihil quantum uis perfectum animum poteſt ſatiare, adiunxit: Quid ergo, inquit, erit nobis? hanc animi inſatiabilitatem optime nouerat, qui dixit, ſatiabor cum apparuerit Pſ. 16. v. 15.
gloria tua.

Peruerſum non poterit dirigi, & defectus non poterit numerari. v. 15. H.

Peruerſi difficile corrigun tur, & ſtultorum infinitus eſt numerus. Lat.

NON vna poteſt eſſe huius loci expoſitio, & connexio cum præcedentibus. Primo ſic expono, vt ſit nouum argumentum ad probandam vniuerſalem vanitatem, quam cum omnes experiamur, tamen rebus caducis amore inhætemus, illaſq. magna contentione quærimus, cum magno labore inuenimus, magnis curis, & timore ſoliciro cuſtodimus. Magno cum dolore amittimus aut relinquimus morte de nobis triumphante. Peruerſo iudicio quidã de rebus præſentibus iudicant: alij videntes.

videntes meliora probanteſq. deteriora ſequuntur, calloſq. tam duros contrahunt praua conſuetudine peccandi, vt difficillimum ſit illos ad rectitudinem virtutis reducere: & ſi numerare velimus homines inſenſatos tempus nos deficiet. Omnia igitur vanitate plena ſunt, & homo, qui ad veritatis notionem conditus eſt vanitati ſeruit, mendacium ſequitur: & tanto eſt grauior vanitas ſtudiorum noſtrorum, quanto eſt pernicioſior, noſq. à Deo longius abſtrahit, qui omnia ſolus implet, ſed peccatorem dimittit inanem, quia inanibus ſponte hęret, vanitatem peruerſo amore ſequitur. Vbi defectus eſt vanitas eſt, de eſt peccatori rectum rationis iudicium præſertim practicum, nam omnis prauus eſt ignorans, vt placet Philoſophis. Et Prou. 14. num. 12. Errant, qui operantur malum. Stulti etiam ea, quæ ſibi ſunt noxia cupiunt. Quæ autẽ maior poteſt eſſe vanitas, quam ſtultitia, & rerum pernicioſarum procuratio? Numquid ex ſtultorum numero eximentur mundi huius ſapientes? reclamat Paulus & dicit. 1. Cor. 1. num. 20. Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? hoc eſt Christus vita & doctrina declarauit eorum ſtultitiam, qui ſapientes putabantur. Nam qui nouit opes accumulare, magnificas domos ædificare ſapiens putatur a multis, ſed multo ſapientior, qui nouit ciuium animos beneuolentia deuincire, & ad imperium prudentia peruenire. Philoſophiæ vero amatores inani inflati opinione multorum ſtudia vanitatis damnant, cum ipſi ſint vanitatis mancipia, qui vanũ nomen ambiunt & dum rerum contemptum prædicant cupiunt magnifieri ab alijs. Diogenes, qui paupertate fuit inſignis, & rerum contemptor, cum opertus eſſet pallio trito digitum per foramẽ immittebat; quod quidam conſpicatus ait, video, o Diogenes, tuam inanitatem. Animaduertit enim Diogenẽ ideo digitum oſtendere, vt aſtantes viderent eius paupertatem, & veſtis vilitatem. Diogenes Platonis arrogantiam & ambitionẽ taxare ſolebat, coram multis, quos Plato ad conuiuium inuitauerat, eius culcitram calcabat inquiens, calco faſtum Platonis: cui Plato, calcas quidem ſed alio faſtu. Antiſthenes cũ videret Platonem laudantem equum, qui crebro hinnitu frotiaq. ſpiritus excelſos teſtabatur, verſus ad Platonem, videris, inquit, & tu bonus equus futurus: notans.

Pſ. 16. v. 15. Heb. Lat.

Prou. 14. Prou. 1. 22.

1. Cor. 1.

Vana gloria *Arrogantia.*

Digitized by Google

notans illius arrogantiã. Chriſtus hanc ſapientiam fecit ſtultam ſua paupertate, humilitate, temperantia, patientia, &c. Oſtendit etiam Eccleſ. non ſolum paſsim dominari vanitatem, & hominum curas & ſtudia inficere, ſed profundiſsimas egiſſe radices, quãdo quidem in prauitate plerique conſeneſcant.

Prou. 22. num. 6. Adoleſcens iuxta viam ſuam etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. Tacite nos monet Salomon, vt a vanitate citiſsime ſeparemur. Ne ſi peruertamur impoſsibilis ſit noſtra correctio, hoc eſt, difficillima. Eccli. cap. 1. num. 1. fili peccaſti ne adijcias iterum &c. nihil vanius peccato, quod non ſolum inutile eſt, ſed noxium. Cum autem vbiq. peccetur, & ſi dixerimus quoniam peccatum non habemus nos metipſos ſeducimus: neceſſe eſt vt ſtultorum infinitus ſit numerus. Sed vt dicitur Eccli. 3. num. 29. cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccandum. Qui autem non tam animi prauitate, & inueterata malitia, quam naturæ fragilitate delinquit protinus ad pænitentiam confugit, ſicut ille,
Pſ. 31. v. 5. qui dicebat. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meã, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Sicut terra ſemper ad procreãdum eſt procliuis, & niſi excolatur diligenter inutiles gignit herbas, ſic natura noſtra poſt lapſum Adæ Gen. 8. v. 21.
ad peccandum eſt promptiſſima, & omnis cogitatio, & ſenſus hominis ad malum prona ſunt: vana rerum pulchritudo aut voluptas augent vanitatem noſtram.

Poteſt etiam præſens ſententia ad illos ſpectare, qui dominandi libidine flagrãt, quorum hic ambitio vanitsima declaratur, eſtq. ipſa euidentiſsimum vanitatis argumentum; Nam homo imbecillus, Ambitio.
qui omnibus expeditus curis omni onere vacuus facile fatigatur, impingit ſæpe, vacillat, labaturq. qui fieri poteſt, vt onuſtus incedat, & oneri non ſuccumbat? inſaniæ genus eſt, grauiſq. dementia velle aliorum curam gerere, cum ſit rarus ac fœlicitsimus, qui ſe ipſum regere poſsit ſine graui errore. Si te reputas cæteris, quibus imperare cupis, meliorem, ſuperbia cordis tui vaniſſima eſt: ſi non formidas Dei Sap. 6. v. 6.
iudicium, quod fiet duriſsimũ his, qui præſunt, inſanus es. Regis eſt regere, dirigere, corrigere, verum peruerſi difficile corriguntur, ſi putat paucos eſſe tales, ſciat ſtultorum nume-

numerum eſſe infinitum;quis ergo tam eſt ſufficiens,qui omnem primo in ſe corrigat prauitatem? ſi tibi non potes imperare,neq. te ipſum corrigere, quo pacto alios corriges? Gen.8.21. ſæpe volumus deprauata in nobis corrigere, & conamur, difficultatem tamen maximã experimur ſola corporis, aut imbecillitatis,aut prauæ conſuetudinis reluctantia: verum aliorum prauitates dum nitimur ad rectitudinem reducere repugnat corrigendi praua etiam voluntas. Deinde quis tam eſt potens, ac ſufficiens, qui tam multos ſtultitiæ morbo grauiſsimo laborãtes poſſit corrigere? facile ſe ab his difficultatibus expediunt ambitioſi, quibus non eſt curæ ſubditos meliores facere, ſed id ſolum curant, vt in ſublimi poſiti venerabiles ſint;vt ſuppetat deliciarum materia: vt ex bonis communibus maiores poſsint honores ambire. Sed qua ratione ſe poſsint iſti expedire a diuino iudicio non video. Non ſumus ſufficienter cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis,ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Ambitioſi omni ſe reddunt Dei gratia indignos,quia per oſtium intrare nolunt; tantum abeſt, vt Deum ſibi faciant propitium, ſed acerrimũ habent aduerſariũ, Deus enim ſuperbis reſiſtit. Ad quam normã corriget aliorum prauitates,qui prauis motibus ſubditos offendere facit? heri ſcorti amplexu gaudebas,& hodie vis ad caſtitatem ſubditos inducere? quî ergo alium doces te ipſum non doces:quî prædicas non furandum furaris: quî dicis non mœchandum mœcharis? Rom.2.21.

Ambitio. *2. Cor. 3.* (margin: ...ap.6.v.6.)

Mehhuuath. i. peruerſum: vulgatus abſtractũ vertit per concretũ ſ. peruerſi. Hhauath. i. peruerto &c. vide infra. c.7. nu.14 Thaqan. i. corrigo hic: &c. 7. nu. 14. compono cap. 12. nu. 9. reſtituo. Dan. 4.nu. 33. in regno meo reſtitutus ſum. Fallitur Lotinus aſſerens hoc verbum eſſe proprium huius libri nec alibi vſitatum: fortaſsis putauit apud Danielem eſſe verbum Chaldaicum; ſed reuera nõ vidit verbum apud Danielem,& ſolum inuenit apud R.Mardochai,& in cõcordantijs Hebraicis recenſeri loca Eccleſ. LXX vertunt: Peruerſum non poterit adornari &c. Aduerte in Hebræo ſic eſſe, peruerſum non poterit ad corrigendũ; quod vulgatus hic paſsiue ſumpſit;ſed c. 7.n. 14 ſumpſit actiue. Vtroq.modo poteſt ſumi in præſenti,nã etiam actiue ſumptum commodum ſenſum facit,ſcilicet, peruerſum non poteſt aliud *Thaqan.* peruer-

peruerſum corrigere, nam vt paulo ante dicebamus, moru rectitudo ad perſuadẽdum efficax eſt, homo diſertus ac facundus deſtruit prauo exemplo omne, quod ſermone ædificare nititur. Conſidera optimi concionatoris exemplar in illis verbis Domini Ierem. 1. num. 5. Priuſquam te formarem in vtero noui te, & antequã exires de ventre ſanctificaui te, & Prophetam in gentibus dedi te. Prius ſanctificatur quam munus prophetæ obeat. Sic qui regimen ſuſcipit animarũ rectus ſit, ſi alios corrigere vult. Væ vobis prælatorum electores ſi prauum præficitis gregi Dominico. Difficile eſt rectum eligere vbi graſſatur ambitio, & ſubornatio; ſed multo difficilius ſi id fiat in curijs principum, niſi ſumma adhibeatur diligentia, & maleuolorum occurratur maledicentiæ, & accurata fiat ad hoc negotium morum indagatio, ne fiat caſtitatis magiſter adulter, aut turpis; ne prædoni bona communia cõmittantur; ne homo factioſus charitatis iura peruertat. Iniquiſsimum eſt legum condendarum, prouinciam ſeu munus præſertim quæ ad electionem pertinent committi hominibus notiſsimæ ambitionis vitio contaminatis, qui

Docere exemplo.

Electio.

fingũt ſe reformationem moliri, cum ſibi conſulant, ſuiſq. cõmodis proſpiciant.

Cheçron. i. defectus, diminutio, egeſtas, inopia, indigentia. Nomen in hac forma alibi non memini me legiſſe, de alijs nominum formis non nihil dixi Iob. cap. 30. v. 3. & infra etiam occurrent aliqua. Chaçar. i. deſum, Deut. 2. nu. 7. 1. Reg. 21. num. 5. Nehem 9. nu. 21. Pſ. 22. v. 1. Eccleſ. 6. num. 2. Minus eſſe Gen. 18. num. 28. Deficio Eccleſ. 9. num. 8. Iſa. 51. nu. 14. Ezech. 4 num. 17. Decreſco Gen. 8. num. 5. Aufero. Iſa. 32. num. 6. Minus reperio Exod. 16. num. 18. Minuo Gen. 8. num. 3. 3. Reg. 17. num. 14. Pſ. 8. v. 6. Pſ. 33. v. 11. Indigeo. Deut. 15. num. 8. 2. Reg. 3. num. 29. 3. Reg. 11. num. 22. Prou. 10. num. 13. cap. 11. num. 12. cap. 28. num 16. cap. 31. num. 11. Cant. 7. num. 2. Ierem. 44. num. 18. Deut. 8. num. 9. rerum omnium abundantia perfrueris. H. nihil indigebis. Ex his conſtat quid ſignificet Cheçron. i. defectus vel defectuoſus. Vulgatus hunc defectum ad mentem & mores retulit omnis enim qui præſentia quærit caduca & vana oblitus futurorum ſtultus eſt, noxia enim ſibi quærit, quod proprium eſt ſtulti vt dictum eſt ſupra.

Chaçar

Eccleſ. 6. n. 2

Carere corde. ſupra. Alia etiam quem vocet ſtultum Salomon Prou. 12. nu. 11. ſtultiſsimus H. carens corde. L. deficiens corde. cap 15. num. 21. ſtultitia gaudium ſtulto. H. carenti corde. cap. 17. num. 18. ſtultus. H. carens corde item. cap. 24. num. 30.

Prou 7. num. 7. Væcors. H carens corde. Vide cordis inopiam Prou. 6. num. 32. cordis egeſtas cap. 10. num. 21. Indiget corde num. 13. & cap. 11. num. 12. Quis corde careat facile intelligemus ex verbis euangelicis Matth. 6. nu. 21. vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Theſaurus hominis eſt res dilecta, illuc fertur cor, & manet peccator ſine corde iuſtus autem ipſe habet theſaurum ſuum, ſcilicet Deum, quem ſuper omnia diligit, & quidquid diligit propter illum vel in illo diligit: ex quo ſequitur omnem carentē Dei gratia carere etiam corde, eſſeq. ſtultū ſtultorum autem multitudo maxima eſt. Vide cap. 2. v. 14. Optime vulgatus quod in Hebræo impoſsibile dicitur vocauit difficile, quia ſi humanæ potentiæ eſt impoſsibile aliquid, & propter peccatoris malitiam difficile, Deo tamen non eſt impoſsibile ſic dicitur impoſsibile, quod eſt nimis difficile, ſed non Deo ſi ipſe velit. Vide Matth. 19. num. 26. Marci. 10. num. 27. ad Hebræos. 6. num. 4.

Impoſsibile i. difficile.

Locutus ſum ego cum cor- v 16. H.
de meo dicēdo ego ecce mag-
nificatus ſum & addidi ſa-
pientiam ſuper omnem, qui
fuit ad facies meas ſuper Ie-
ruſalem, & cor meum vidit
multum ſapientiæ & ſcien-
tiæ V 17. *& dedi cor meum* v. 17. H.
ad ſciendum ſapientiam &
ſcientiam, inſanias & ſtul-
titiam cognoui quod etiam
hic afflictio ſpiritus.

Locutus ſum in corde meo Lat.
dicens, ecce magnus effectus
ſum, & præceſſi ſapientia om
nes qui fuerunt ante me in
Ieruſalem: & mens mea con
templata eſt multa ſapien-
ter, & didici. Dedique cor
meum vt ſcirem prudētiam
atq doctrinam, erroreſq &
ſtultitiam, & agnoui quod
in his quoq eſſet labor & af-
flictio ſpiritus.

INIQVE facit, qui in præſenti iactantiæ ſiue arrogantiæ damnat Salomonem: cum prudentiſsime faciat mentionem ſtudiorum ſuorum, & ſapientiæ, *Experientia.*

pientiæ, vt inſtruat auditores, & ad notionem vanitatis trahat. Confert plurimum ſciētia cum experientia coniuncta ad morum inſtitutionem: ſicut ſanādis corporibus prodeſt medici ſapientis experientia: ita qui mores informat vtrumq. habere debet. Nemo ſanæ mētis dānaret medicū, qui apud ægrotos vere & opportune proponit ſcientiam ſuam, & experientiam, vt bono animo medicamenta ſumat, & medici præceptis obtemperet. Dicit igitur Salomon, Ego magna animi contentione incubui in accuratam cognitionem rerū, nihil mihi de fuit ad huius ſtudij perfectionem, nam opibus abundabam. Magnus eram, ingenio excellenti, ſapientiæq. dono præditus, dicendi auiditas eximia, ſtudium indefeſsū mihi aderant: inueſtigaui veritates & errores: prudētiam & ſtultitiam, vt contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcerent, ſciremq. quid fugiendum, & quid ſequendum eſſet, ne falſa pro veris: mala pro bonis in animum meum incurrerent. Poſt diuturnam meditationē & experientiam noui in hoc eſſe afflictionem ſpiritus. De Salomonis ſapientia vide 3. Reg. cap. 3. num. 12. dedi tibi, ait Dominus, cor ſapiens & intelligens, in tantum vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit. Vide 3. Reg. cap. 10. 2. Paral. 1. num. 12. & cap. 9. Loqui cūm corde eſt deliberare, præmeditari quid agendum. Docet hac ſententia nihil temere aggrediendum, tantoque eſſe debere maiorem deliberationem, quanto negotium fuerit maioris momenti. *Loqui cum corde.*

Prou. 2. nu. 10. ſi intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit: conſiliū cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te. cap. 8. num. 12. Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Illud etiam tacite innuit hæc ſententia Salomonis, videlicet, in rerum humanarum cognitione nō eſſe poſitam fœlicitatem, nam de fine non eſt conſultatio, ſed de medijs: qui deliberat, an vacandum ſit ſcientiæ, eo ipſo fatetur ſcientiam non eſſe finem ſibi præſtitutum, ſed mentem eius alio ferri. Gadal. i. magnifico, magnus ſum. Magnum dicitur non ſolum mole corporea, ſed qualitate & bonitate, præſtantia, honore, dignitate. Vide quæ dixi Iob. ca. 1. n. 3. & ca. 3. num. 19. Iaçaph. i. addo adijcio. 1. Reg. 3. num. 6. n. 8. Pſ. 40. v. 9. Iſa. 7. num. 10. &c. Addo Gen. 15. nu. 3. c. 30. nu. 24. Iob. 29. n. 1. &c. Appono. *Prou. 2.* *Iaçaph.*

1. Reg.

1 Reg.c.7.nu.15. Prou. 10. n. 27.Socio.num.22.Adaugeo.2. Reg.24.nu 3. Addere ſiue augere ſapiētiā ſuper aliquē, vel pluſquā aliquis habet, eſt illum præcedere ſapientia. Non eſt anxie, nec ſcrupuloſe quærendum diſcrimen inter Chocmah. i. ſapientia: & Dehhah ſiue Dahhath.i.ſcientia, quia ſæpe vnum pro altero vſurpatur, nam Iob. 32.nu. 10. Deahh ſignificat ſapientiam,& Dahhath. Prou. 1.nu. 7. cap. 3.nu. 20. ſiue ergo ſapientia ſit altior & perfectior ſcientia,necne, parum noſtra intereſt. Hic v. 17. Chocmah ſignificat Prudentiam; & Dahhat, Doctrinam. Miror quid ſibi voluerit Lorinus,qui propoſitis verbis vulgati (Prudentiam atq. doctrinam) de his nihil, inquit,dicam, cum ex Hebræis Græciſq. dictionibus,quæ deſunt, vim earum expendere non queam. Miror inquam quia v. 16.& v. 17. ponuntur hæ dictiones, vt videre eſt in noſtra verſione & in codicibus Hebræis. Holeloth. i.errores. Inſaniæ, conturbationes ſplendores, omnia iſta ſignificare poteſt, nam verbum Halal ſignificat conturbare Eccleſ. 7. num. 8. Inſanire. Ierem. 25. num. 16. Inique ago. Pſ. 74. v. 5. fulgeo Iob. 31. num. 26. ſplen- *Halal.*

deo. cap. 29, num. 3. cap. 41. num. 9. communis verbi ſignificatio eſt, laudare item exultare, lætari, gloriari. Vide quæ dixi Iob. 4. num. 18.

Grandis labor velle & conari ſcire inſanias & ſtultitiam peccatorum: quo pacto diſtinguam inſaniam ab ſtultitia me ſane fugit, hic enim non agitur de ſtultitia ex natura vitio,ſed de illa,quæ ad mores pertinet,vel potius impertinens eſt,eſt tamen voluntaria:eadem inſania eſt. Palam inſanit adulter, inſania eſt libido:inſanit homicida, inſania eſt odium & crudelitas: inſanit auarus,inſania eſt auaritia:idem de ambitioſo, de homine delicias amante, de iniquo iudice,de negligente prælato ſentiendū eſt, ſed grauiſſima & deplorāda inſania eſt, quæ peccare audet, & peccati turpitudinem non erubeſcit, ſunt enim multi exultantes in rebus peſſimis,& qui lętantur cum maleſecerint. Prou. 2. v. 14. Alij qui peccata ſua excuſare nituntur, quod a ſe alieniſsimum eſſe cupiebat Dauid cum præcatur; Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Pſ.140. v.4. Improbi quidam ſordidam auaritiam vocant diſcretam prouidentiam:

contra

contra ambitioſus prodigalitatem ſuam liberalitatem appellat. Eſt aliquis humilitatem & paupertatem ſpiritus profeſſus, & pretioſis veſtibus induitur, pompa & faſtu gaudet, & hanc inſaniam affirmat eſſe decorum perſonæ aut officij. Seueritas nimia vindicta mixta vocatur iuſtitiæ rectitudo. Contra patientia timiditas reputatur: zelus religionis temeritas: vitiorum repræhenſio audacia nuncupatur. Tanta eſt inſania quorundam vt non ſolum ſua vitia virtutis velamine velint operire, ſed alienas virtutes contendant obſcurare, & quaſi vitia condemnare: idem opus in amico probant, in extraneo reprobant. Inſanit reus dum peccat, inſanit iudex dum amore, aut auaritia, aut ambitione corruptus illum abſoluit. Quidam puniuntur vltra condignum, aliqui innocentes dãnantur; multi pernicioſiſsimi dimittuntur impune. Proh dolor, Barrabas facinoroſus eximitur a ſupplicio, Agnus innocentiſsimus Chriſtus crucifigitur. His & ſimilibus inſanijs mundus eſt plenus, horum non pauca exẽpla in hoc libro occurrent. Cõfert ad amorem veritatis, & virtutis noſſe fœditatem culpe & mendacij. Aliud eſt noſſe inſaniam & ſtultitiã, aliud inſanire & ſtulteſcere, ſtultus, inſanus, inſipiens, errores ſuos & vitia non nouerunt, ſi enim nouiſſent, non amaſſent. Sapiens iſta contemplatur, vt deuitet; & fugienda doceat.

Quia in multitudine ſapientia multa indignatio, & (qui) *addet ſcientiam addet dolorem.* v. 18. H.

Eo quod in multa ſapientia multa ſit indignatio, & qui addit ſcientiam, addit & laborem. Lat.

RATIONEM reddit eius, quod dixerat ſe agnouiſſe in ſapientia & ſcientia eſſe afflictionem ſpiritus quia ſapientiam comitatur, aut ſequitur indignatio; cum ſcientia coniunctus eſt labor, & dolor. Labor manifeſtus eſt, quoniam vt dicitur de ſapientia Iob. 38. num. 13. non inuenitur in terra Iob. 38. ſuauiter viuentium.

Non iacet in molli veneranda ſcientia lecto, Horat.
Illa ſed aſsiduo parta labore venit,
Qui cupit optatam curſu contingere metam
Multa tulit, fecitq. puer ſudauit, & alſit.

Hoc de ſtudio ſapientiæ dicitur. Beatus Paulus ad Hebr. 12. nu.

12.num.12.omnis,inquit, diſciplina in præſenti videtur,nõ eſſe gaudij ſed mæroris,&c.& quamuis de morum diſciplina,loquatur, non aliud docet quam Eccleſ. qui per ſapientiam non intelligit nudam rerum notionem, ſcientiamque ſpeculatricem,ſed de illa ſapiẽtia loquitur quæ cum recta vita coniuncta eſt,& quæ ad morum informationum ordinatur: ideoque magna indignatio, magnuſque labor & dolor comitatur ſapientiam,quia peruerſi difficile corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus: quapropter maior cõſurgit indignatio in perſona publica in morum cenſore, in vitæ alienæ rectore: quam in priuata perſona,a qua non eſt exigenda ratio profectus aut defectus alieni. Maxima autẽ erit indignatio in ſpirituali prælato,cui incumbit vigilare pro ſubditis tanquam rationẽ
He.13.v.19 reddituro pro animabus eorum. Priuatus etiam homo, quo magis in Dei ſapientia profecerit,maior illum indignatio commouebit,ille enim vere ſapit, qui Deum diligit, & proximum,qui zelo diuinæ gloriæ tangitur:quem damnũ ſpirituale proximi excruciat: ſapientiſsimus Paulus ait,
2.Cor. 11. v.29. quis infirmatur , & ego non infirmor, quis ſcandalizatur, & ego nõ vror?ſapientem torquet ſtultorum numerus infinitus, difficultas corrigendæ peruerſitatis,& prauitatis,cõſiderat peccatorum enormitatem,blaſphemias,periuria,ſuperſtitiones,hæreſes, homicidia,adulteria,quibus Deus offenditur &ad iracundiam prouocatur,cuius honor, & leges ſanctæ contemnuntur, intuetur ruinam peccantium,dolet & indignatur:rerum enim indignitas indignationem concitat.Hoc ſufficere videretur niſi ſententia multorum expoſitione latiſsime pateret, & ipſa reuera ſit fecundiſsima:ſedbreuiter cauſas aperiamus diuerſarum interpretationum,quæ ſumuntur ex ipſo ſapiente, qui aut bonus aut malus eſt, & a vera ſapientia animi prauitate degenerans,vel conſiderantur res,circa quas verſatur ſapientis ſtudium,vel perſonæ aliæ ſiue noti & familiares; ſiue extranei:ſiue amici, ſiue inimici;Deus etiam præ oculis habendus:quare indignatio erit in ipſo ſapiente, vel in alijs,vel in Deo.Quidam hanc indignationem conſiderant in inuidis & maleuolis,qui indigne ferunt ſapientis profectum,& ſapientiæ incrementũ, ſed iſta expoſitio coacta eſt,neque textui conuenit,non enim omnis ſapiens habet æmulos

E aut

aut inuidentes ſibi. Sapientia perſe amabilis eſt; Salomon de indignatione loquitur, quę videtur ſequi ſapientiam, & perpetuò illi adhæret. Chaldæus hanc indignationem Deo tribuit, qui ſapienti peccanti, & nō pœnitenti indignatur. Vir inquit, qui multiplicat ſapientiam, quando peccat, & non conuertitur ad pœnitentiam multiplicat indignationem a Domino. Vera ſententia ſed aliena a propoſito Salomonis reddit, enim Salomon rationem cur inuenerit afflictionem ſpiritus, & ſententiam generalem coarctat ad hominem prauum. Perſe auulſa à contextu poteſt hæc ſententia accommodari illis, qui alios docent & ſeipſos non docent: quibus dicitur, quare tu enarras iuſtitias meas & aſſumis teſtamentum meum per os tuū, tu vero odiſti diſciplinam & proieciſti ſermones meos retrorſū, &c. ille ſeruus, qui cognouit voluntatem Domini ſui & non præparauit, & non fecit ſecundum voluntatem eius; vapulabit multis. Vt melius intelligatur Salomonis ſententia conſiderandum eſt, quid hoc loco ſignificet indignatio, quæ eſt quędam animi commotio alicuius rei indignitatem non ferentis; huiuſmodi commotio aliquando gignit conatum repellendi rem indignam, aliquando ſolum deſiderium huius repulſæ. Rei autem indignitas aut reuera talis eſt, aut ſic exiſtimatur. Aliquando indignatio, & ira coniunguntur. Sępe etiam ſeparantur, quamuis vulgo indignatio ira reputatur: ira vindictæ eſt appetitus. Indignatio vero ſæpe a vindicta longiſsimè abeſt. Dignum dicitur conueniens decens, cohærens, ſic peccator eſt dignus ſupplicio, iuſtus dignus præmio. Vir bonus dignus eſt honore: prauus dedecore & vituperatione. Indignum autem eſt, quod non decet, non conuenit. Cum aſpicimus aliqua fieri præpoſtere, rei indignitatem ægre ferimus, indignamurque, dolemus, mœrore afficimur iuxta rei maiorem aut minorem indignitatem. Si veſtis pretioſa puluere aut luto fœdatur, indignamur. Si in ſplendida, & diuiti menſa vaſa apponantur immunda, indignamur. Si hominem nobilē virū q. bonū videmus cōtēni & iniuria affici a vilib⁹ homūculis, indignamur. Si honeſtæ matronæ vim facit homo turpis & audax, indignamur. Si oculis luſtrauerimus omnia, quę paſsim fiunt, ſi conſiderauerimus iudicum iniquitatē miniſtrorum iuſtitiæ auaritiā, & ra-

Rom. 2. v. 21
Pſ. 49. v. 16.
Luc. 12. 47.

& rapacitatem; prælatorum negligentiam, ambitioſorum libertatem, malefactorum impunitatem, Deus bone quis vir bonus non indigneretur? Cū igitur ſapiens melius alijs nouerit rerum dignitatem aut indignitatem, contempleturque omnia eſſe diſtorta, deprauata confuſa: quo maior fuerit ſapientia maior erit indignatio. Hæc eſt generalis ratio huius ſententiæ, quæ ex ſuperioribus quaſi concluſio conficitur, numer. 8. cunctæ res difficiles, hoc indignationem parit, quia deſiderium noſtrum retardat, num. 15. peruerſi difficile corriguntur, &c. grauis in animo ſapientis excitatur indignatio. Salomon ſapientiam quæſiuit, inſanias etiam, errores, ſtultitiamque conſiderauit, creuit ſapientia, & creuit indignatio. Exempla plura occurrent in hoc libro, videbimus enim multa indigne fieri, multa indigna contingere. Sapientia detegit peccatorum deformitatem: conſiderat virtutis pulchritudinem, aſcendit ad Dei contemplationem: verſat animo ſuo ſapiens bonorum prçmia magnificentiſsima: malorum dira ſupplicia: Dei innumera beneficia, eius immenſam bonitatem, mirabilemq. patiēt iam; cum autem videat in gratitudinem, rebellionem, contemptumque hominum prauorum diſcruciatur, dolet, indignatur. Ex iuſta ſanctaque indignatione dictum eſt: Hęc cine reddis Domino popule ſtulte & inſipiens? nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit & creauit te? item. Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui. Indignatur omnis ſapiens, ſed multo magis, qui regit, qui docet, qui prauitatem morum corrigere conatur, quoniam multa occurrunt impedimenta; quidquid autem conatus noſtros impedit indignationem facit, indigne enim ferimus cum bonus conatus retardatur, cum malorum impetus in nos irruit, qui bene cæptis aduerſatur. Indignatur etiam ſapiens quia corpus, quod corrumpitur aggrauat animum, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Indignatur opinionum multitudine, rerum difficultate, nouatorum temeritate, quorundam doctorum vanitate, qui inanis gloriæ cupiditate nouas inuehunt opiniones, & veterum ſapientiam obſcurare conantur. Indignatur ſibi qui cum Deo cupiat libera vacare, corporalis infirmitas, & neceſsitas impedimento

Deut. 32. 6.

Num. 11.

Sap. 9. v. 15.

mento ſunt:indignatur,qui in multis offendit, dolet quia omnis vigilantia diligentiaq. ſegnis eſt,& imperfecta aduitandas illas culpas,ſiue quibus vita non viuitur humana,& ſine quibus viuere vellet, ne tā bonus dominus etiam venialibus offenderetur.Magna ſane cauſa doloris ſic viuere vt ſemper dolendi cauſa ſubſit, vt merito vir bonus ingeniſcat dicens.Heu mihi quia inco-
Pſ.119.v.5. latus meus prolongatus eſt. Miſſa facio impedimenta alia, quæ nos a profectu ſapientiæ retrahunt:illud etiam grauiter excruciat animum, quia cum conſumandus eſſet ſtudiorum curſus tunc incipiendum videtur, quoniam tanto plura nobis deeſſe cognoſcimus, quanto magis in ſtudio ſapientiæ profeciſſe videbamur. Cū retro reſpicimus conſideramuſq magiſtroſū noſtrorū vanitatem,& inſaniā,qui vaniſsimis quæſtionibus meliorem ætatis noſtræ partem attriuerunt,non poſſumus non vehementer indignari. Ne multitudine querelarum lectoris indignationem commoueā hic finem faciam.Illum tamen admonitum eſſe volo, vt in toto fere libro indignationis materiam attēdat. Cahhaç, ideſt indignatio,hic,& Iob.17.nu.7. *Cahhaç.* hic habet in fine. Sin.Iſa.10.n. 25.ca.26.nu.20.ca.30.nu.27. Thren.2.nu.6.Ezech.21.num. 31.ca.22.nu.31.Nahum.1.nu. 6.Soph.3.nu.8.Dolor pſ.9.H. 10.v.14.Mœror.1.Reg.1.n.26 item irritatio, ira, iracundia, de quibus dixi Iob.c.6.v.3. & de verbo Cahhaç, ideſt irrito. Iraſcor.ad iracundiam prouoco,&c.Macob.ideſt labor,proprie dolorē ſignificat: à Coab ideſt doleo. Sed grauis labor dolorem afferre ſolet,& per laborem hic intellige illum qui moleſtiam & dolorem parit. Vide Ezech.3.num.14.indignationem ſpiritus,& licet ibi non ſit nomen Cahhaç,ſed. Chemah:idem tamen ſignificatur.

(?)

CAP.

CAP. SECVNDVM.

v 1. He. *Dixi ego in corde meo, vade nunc tentabo te. & vide in bono; & ecce etiam hoc vanitas.*

Lat. *Dixi ego in corde meo, vadam & affluam delicijs, & fruar bonis, & vidi quód hoc quoq. eſſet vanitas.*

Delitiæ. Voluptas.

DVM quietē quęrit animus quietis eſt: impatiens omnia conatur non ſolum noſſe, ſed experiri: non eſt malum ſcire quid ſit furtum, adulterium, periuriū, ſed peſsimum eſt hæc proprio experimento diſcere. Vtinam Salomon ſolum fuiſſet expertus laborem ſcientiæ, ſapientiæ indignationem, & ſpiritus afflictionem, quæ reperitur in ſtudio ſapientię, ſed ad voluptates declinauit, corporis curæ animum applicuit: quare in præſenti non puto illum alienam perſonā induere, ſed vanitatem ſuam accuſare: vel ſapientia Dei, quæ per ipſum nos docet in ipſo nobis cauendam vanitatem demonſtrat, eius exemplo nos à vanitate abſtrahere vult. Præclara eſt ſapientia, nemini non venerabilis ſi per ſe conſideretur, ſed quia laborioſa eſt, moleſtijs non paucis inuoluitur, ſpiritum affligit, ideo multi illam refugiunt; & vitam labore, & curis vacuam amant, ad voluptates & delicias ſe conuertunt.

Salomon in honeſto ſtudio afflictionem reperit, in voluptate vero vanitatem, vtinam non etiam perniciem extremam: ſi pœnitentiam egit Dei miſericordiæ tribuēdum eſt: ſi in peccato ſuo mortuus eſt, nunc accuſabit vanitatem, temeritatem, inſaniam, ſtultitiamque ſuam, & ſera inutilique pœnitentia perpetuo torquebitur.

Dixi in corde meo, id eſt, deliberaui, conſului, decreui: peſſimum conſilium, quod ad deteriora ducit. Homo cum de voluptatibus corporis deliberat belluinam induit formam, & cogitur pars noſtri potior & præſtantior ſeruire deteriori; quiſquis ſequitur id, quod eſt deterius fit, & ipſe deterior, & qui facit

peccatum ſeruus eſt peccati; a quo quiſque ſuperatur eius ſeruus eſt. Infamis dominus eſt voluptas. quæ hominẽ de gradu dignitatis ſuæ deijcit, & ſimilem beſtijs facit. voluptas corporis breuiſsimum bonũ, communis eſt homini cum beſtijs, ratione ſuperamus bruta, quod ſecundum rectam rationem eſt, homini eſt proprium. Homo inter omnia animantia ſolus habet liberum arbitrium, ſolus ergo imperare poteſt; & debet, dedit enim illi Dominus poteſtatem eorum, quæ ſunt ſuper terram, de quo Gen 1. nu. 26. & 28. Dedit etiam Deus homini poteſtatem in corpus ſuum Caino enim ſcelerato dixit Deus. Geneſ. 4. nu. 7. ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. De noſtro Salomone dixit Eccleſ. c. 47. nu. 21. inclinaſti fæmora tua mulieribus, habuiſti poteſtatem in corpore tuo, ac ſi diceret, cum eſſes liber ſponte tua voluiſti ſeruire voluptati. Qui veram quærit ſapientiam non ſapientiæ ſeruit, ſed illã ſibi ſeruire facit; vt ipſe ſoli Deo ſeruiat. Multi Philoſophi ſerui fuerunt ſapientiæ, verum iſta ſeruitus turpis non eſt neque infamis ſicut ſeruitus voluptatis. Ineamus conſilium, quo liberemur a ſeruitute corruptionis, quo conſeruemus hominis dignitatem, voluptatem beſtijs relinquamus, dicamus in corde noſtro Domino, auerte oculos noſtros ne videant vanitatem. Solet cor hominis in malum vſurpari, quia ſignificatur nuda hominis cogitatio & deliberatio remota Dei gratia, & Diuinæ legis conſultatione. De impio dicitur pſ. 9. H. 10. v. 11. Dixit enim in corde ſuo oblitus eſt Deus, &c. item v. 13. pſal. 13. v. 2. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Hic eſt partus humani cordis, cordis immundi, cordis vani, cordis impij: huc pertinere poteſt illud pſal. 4. v. 5. quæ dicitis in cordibus veſtris in cubilibus veſtris compungimini. Hoc eſt corda noſtra prauas generant cogitationes de corde exeunt adulteria, furta &c. quæ niſi eſſēt volũtaria peccata non eſſent. Propterea Dauid precatur, pſalm. 50 v. 12. Cor mũdum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Dauid non cũ ſolo corde ſuo deliberabat, ſed, lex, inquit, tua meditatio mea eſt, & conſilium meum iuſtificationes tuæ. Salomon dixit in corde ſuo, vt delicijs frueretur, huius deliberationis fructus fuit vanitas, vtinam non etiam animæ interitus.

Ioan. 8. 34. 2. Petr. 2. 19

Eccli. 17. 3.

Pſal. 118.

Pſa. 50. v. 12

Pſ. 118. v. 24

Vanitas

Ialac. *Halac.* Vadam H. Lecah.id eſt vade a verbo Ialac, ſiue, Halac, ideſt ambulo incedo, gradior. Significat etiam egredi Gen. 12.nu.1.& 4.ca.30.nu.14.&c. Exire Exod.3.nu.21.properare Gen.22.nu.5.ca.31.nu.6.Nũ. 23.num.7.&c.Recedere Gen. 26.num.16.cap.34.nu.17.c.36. nu.6 Exod.10.nu.28.&c quæ ſignificationes non incongrue accommodari poſſunt præſenti loco;abit enim & recedit a ſe,egreditur & extra ſe ponitur,extra ſe vagatur, *qui* voluptatibus *indulget*, qui delicias quærit.Propterea peccatoribus dicitur,Redite præuaricatores ad cor,& qui reſipiſcit dicitur ad ſe redire,de quo iterum hoc cap.nu.14.Significat etiam hoc verbum venire Gen. 14.nu.24.ca.19.nu.31.ca. 24.nu.5.39.65.ca 26.num.26. ca.29.nu.1.ca.31.nu.44.ca. 37. nu.13.20.ca.50 nu.18.&c. huius verbi imperatiuum,lec, ſiue, Lecah ſumitur aliquando pio aduerbio, Eia, euge, eſtque exhortantis, aut admonentis. Exod. 4. num.19.Vade(ideſt Eia, reuertere in Ægyptum. cap.32.num.7. vade deſcende.Item.nu.34.c.33. nu 1.& 1.Reg.26.nu.19.Eccle. 9.num.7.Actor.9.nu.15. vade (ideſt bono animo eſto,(cito) quoniã vas electionis eſt &c. idem etiam animaduertere licet quando vertitur per verbum, venio. Geneſ.19. num. 31.veni.inebriemus cum vino(ideſt eia)ca.31.num.44. veni ergo,& ineamus fœdus, ca. 37.nu.13.veni mittam te.num. 20. venite, occidamus eum. Exod.3.nu.10.veni,mittam te. Iſa.cap.2.nu 3. venite aſcendamus ad montem Domini, &c.& nu.5.Domus Iacob venite & ambulemus in lumine Domini. Ecce ſuę ſalutis amatores relictis inferiorum curis, ſpretis terrenis opibus & voluptatibus ſe inuicẽ adhortantur ad quærendam veram fęlicitatem aſcendere:conantur ad montem Domini, non reformidant aſcenſus dificultatem , libenter amplectuntur laborem, quo peruenitur ad veram & fęlicem quietem. Humana negotia tenebris inuoluta ſunt ,palpant iniqui in meridie,viri probi oderunt tenebras,ſicut qui male agunt oderunt lucem, ſed lux ſolis non poteſt nobis viam ſalutis oſtendere,ambulemus inquiunt,in lumine Domini. Quæ eſt autem malorum exhortatio, vnuſquiſque ſe ipſum excitat dicens. Vadam & affluam delicijs & fruar bonis, errantem Salomonem libenter imitatur, non autem reſipiſcentem : affirmantemque ſe in his reperiſſe vanitatem, imo condemnationem, quam verus Salomon Chriſtus

Iſa.46.8.

Luc. 8. indicauit, cum aſſeruit ſolicitudines huius ſæculi, diuitias, voluptates eſſe ſpinas, quibus non ſolum ſuffocatur ſemen ſanctum, id eſt verbum Dei, ſed ipſimet peccatores euntes ſuffocantur. Attende quo ſe pacto adhortentur impij Sap. cap. 2. nu. 6. Venite ergo & fruamur bonis, quę ſunt & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter &c. ſed de hoc dicam opportunius.

Affluam delicijs &c. Dubium eſt in Hebræo vtrum
Naçah. ſit verbum Naçah ideſt tento, Gen. 22 n. 1. Exo. 15. nu. 25. c. 16. n. 4. &c. probo. Exo. 20. n. 20. Deu. 8. n. 16. c. 33. n. 8. Experior. Iud. 2. nu. 22. c. 3. n. 4. ſi ſit verbum Naçah, quod probabilius videtur, ſenſus eſt, vade tentabo te in lætitia ideſt in delicijs voluptatibus. Tentauit, expertus eſt hæc & reperit vanitatem: Noli ô Chriſtiane tẽtare ſed alieno periculo cautus eſto, ne in ipſa tentatione pereas. Zambri, & Cozbi dũ
Num. 25. turpi fruuntur voluptate Phinees pugione ſunt interfecti: fuitque illis turpe experimentum vitæ finis, & æternæ damnationis principium. Concupierunt Hebræi concupiſcentiam in deſerto, & tentauerũt
Pſal. 105. Deum in inaquoſo pſal. 105. v. 14. Deum tentauerunt, & experiri voluerunt carnium voluptates, ſed quid illis profuit experientia? Audi Pſ. 77. v. 30. Pſal. 77.
non ſunt fraudati à deſiderio ſuo, adhuc eſcæ eorũ erant in ore ipſorũ, & ira Dei aſcendit ſupereos. Si vero ſit verbũ Naçac, Naçac.
in ſẽſu nullũ eſt diſcrimẽ, ſed in modo ſignificandi: ſignificat autem libare Gen. 35. n. 14. Exod. 30. num. 9. Num. 28. num. 7. 2. Reg. 23. num. 16. &c. Libare autem idem eſt quod offerre, & ſacrificare: offerre libamina. Exod. 25. num. 29. cap. 37. num. 16. Sacrifico. Daniel. 2. num. 46. Conſtituo. Pſalm. 2. v. 6. Ordino Prouer. 8. nu. 23. Ordior Iſai. 25. num. 7. cap. 30. nu. 1. Miſceo Iſai. 29. num. 10. Conflo Iſai. 40. num. 19. cap. 44. num. 10. Ierem. 10. num. 14. inde Neçec, id eſt Conflatile, Iſai. 48. num. 5. Simulacrum, Iſai. 41. num. 29. Niçceyhem, id eſt, ſimulacra eorum. Dan. 11. num. 8. Neçiceyhem, id eſt, ſculptilia eorũ. Conflatur metallum cum liqueſcit, & nouã formam induit. Prudẽs lector aliquot ſignificationes pręſenti ſententiæ aptare poterit, nã qui luxui & delicijs ſe tradit idolatra efficitur, cuius Deus venter eſt, & gloria in confuſione, libat, offert, ſacrificat ventri ſuo, gulæ ſuæ, ſcorto ſuo. Dicit vir mollis, & effæminatus, vnguentis delibutus, luxuriæ mancipium, dicit cordi ſuo vade conflabor,

Digitized by Google

bor, hoc eſt, tu cor meum liquefies diſſolueris luxu & delicijs, mutabis hanc formam, in rem amatam transformabetis. Reuera ita fit, totus mutatur homo, ſed ſi quæris quam induat formam, in promptu eſt reſponſio, comparatur iumentis inſipientibus & ſimi-
Pſ.48.13. lis fit illis. De hac transformatione iterum redibit ſermo infra. v. 14.

Videre in bono. i. frui voluptate, quamuis non ſemper hoc ſignificet. Bonum vt ſupra indicaui triplex eſt honeſtum id eſt, quod per ſe expetendum eſt. Vtile, quod ad aliud comparandum bonum aptum eſt, Delectabile, quod appetitum allicit & recreat, quod aut ſenſibus aut menti voluptatem affert quod niſi cum honeſtate aut vtilitate coniunctum ſit, alienum eſt ab hominis dignitate, & virtu-
Tob. ti inimicum. Tob. i. Bonum eſt tranſcendens: Bonum eſt, quod omnia appetunt, quia tam late patet hoc nomē, ideo multis nominibus verti ſolet ſ. pulchrum, formoſum, elegans, iucundum, ſuaue, dulce &c. in præſenti ſignificat. Bonum. num. 3. vtile. num. 24. Melius: Bonum. num. 26 Bonum, Item, qui placuit Deo H. Bono ad facies Dei, & cap. 7. num. 27. cap. 3. num. 12. Melius. num. 13. Bonum. nu. 22. Melius. cap. 4. num. 3. & fęliciorem putaui. H. & bonus præ ambobus ipſis num. 6. Melior num. 8. Bonum. Toboah forma fæminea. cap. 4. num. 9. cap. 7. num. 15. cap. 9. num. 16. 18. cap. 11. num. 6. Melius. num. 13. Melior. & cap. 7. num. 9. cap. 9. num. 4. cap. 5. num. 4. Melius. num. 10. Opes. num. 17. Bonum. item, lætitia. cap. 6. num. 3 Bonum. Melius. num. 6. Bonum. num. 9. Melius. cap. 7. num. 1. vide ibi num. 2. Bonum. Item, prętioſum. num. 3. Melius. Item. num. 6. num. 11. Tobym. i. meliores num. 12. vtilior. num. 19. Bonum & num. 21. cap. 11. num. 9. cap. 12. num. 14. cap. 8. nu. 12. 13. 15. cap. 9. num. 2. nu. 7. cum gaudio. H. in corde bono. Delectabile. cap. 11. nu. 7. alias ſignificationes in noſtro dictionario inuenies, quas ne moleſtus ſim referre nolui.

Vide in bono, ſiue in bonū in præſenti eſt delicijs vacare, ſi enim de honeſto, de bono per ſe expetendo, aut de vtili ad honeſtum comparandum, non diceret, vidi quod hoc quoq. eſſet vanitas; ſicut in ſtudio ſapientiæ non inuenit vanitatem, ſed afflictionem ſpiritus, & quamuis ſummum bonum

bonum ſolum plenum, ſit, & cætera careant plenitudine omnimodæ perfectionis, tamen ſi ad Deum Deiq. gloriã referantur, vana non ſunt, & hac ratione plenitudinem recipiunt non paruam.

Aliquando videre in bono ſumitur pro honeſto, vt Pſ. 26. v. 13. credo videre bona (H. in bono. L. in bonitate) Domini in terra viuentium Pſ. 105. v. 5. ad videndum in bonitate (i. fęlicitate) electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ. Pſ. 127. v. 5. & videas bona Ieruſalem. H. & vide in bono Ieruſalem. i. gaude, fruere fęlicitate Ieruſalē. Aliã etiam habet ſignificationem verbum Raah. i. video quando conſtruitur cũ præpoſitione Beth. i. in, ſed quod dixi in præſenti dicendum fuit, aliud opportuno loco dicetur.

v. 2. He. *Riſui dixi, (o) inſaniens? & lætitiæ, quid hoc faciens.*

Lat *Riſum reputaui errorem & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis?*

Riſus. SIGNVM, effectuſq. deliciarum, & fruitionis bono-

Gaudium. rum eſt riſus, lætitia, gaudiũq. cum autem bona temporalia, voluptaſq. ex illorũ copia & fruitione vaniſsima ſint, errat, inſanitq. quiſq. talibus gaudet, lætitiaq. diffluit. Indicat Salomõ ſe votorum ſuorum fuiſſe compotẽ, affluiſſe delicijs, & bonis abundaſſe, in illiſq. ſe oblectaſſe, ſed cognita vanitate, Riſum vocat inſanũ, & gaudiũ ſuum reprimit atq. repræhendit. Non loquitur Salomõ de omni riſu, gaudio, lætitiaq. ſed de vano riſu, & inani gaudio, quod naſcitur ex cõſecutione bonorũ tẽporaliũ, & ex voluptate corporis. Vtrũ autẽ omnis riſus ſit damnãdus alia quæſtio eſt, vel vtrũ ſit vanus. Aliter iudicandum de riſu per ſe cõſiderato, aliter in homine pænitẽte, aut in viro perfecto. Riſus ſiue magnus ſiue paruus non eſt per ſe malus, ſed eius malitia pẽſanda eſt ex cauſa & modo: non eſt tam neceſſarius quã eſt ſermocinatio, aut viſio, ſed ſicut verba ratione moderanda ſunt, & in iudicio de omni verbo otioſo reddenda ratio eſt: multo maiori diligentia riſus frænandus præſertim homini Chriſtiano, maxime vero religioſo, atq. viro perfecto. Matth. 17. v. 36.

In euangelio beati prædicãtur lugẽtes: & ridentes terribili quodam væ reprimũtur, væ vobis (inquit Chriſtus) qui ridetis nũc quia lugebitis & flebitis. Sine diſtinctione loquitur Chriſtus de fletu & riſu, ſed non omnem fletũ laudat, neq. omnem riſum condemnat. Luc. 6. 25.

nat. Parſimonia ſæpe laudatur, ſed ſordida auari, vituperatione digna eſt. Patientiam quis non admiretur? ſed ſæpe male factores conſtantiſsimè, ſiue pertinaciſsime tolerant tormenta ne ſocios ſcelerum prodant: cauſa eſt, quæ riſum aut fletum condemnat. Rara tamen cauſa eſt, quæ riſum commendet; nuſquam in euangelicis ſcripturis mentio fit riſus laudabilis, neq. legimus in euãgelio Sanctos riſiſſe: gaudium in Domino commẽdat Apoſtolus Philip. cap. 4. nu. 4. Gaudete in Domino ſemper, ite ũ dico gaudete, ſed cum gaudium in Domino honeſtiſsimum ſit, in animo tamen contineri oportet, neque debet riſu ſignificari, idcirco Apoſtolus ſubdit, Modeſtia, inquit, veſtra nota ſit omnibus hominibus, Dominus prope eſt, qua ſi dicat in nouiſsimis veſtris cum Dominus vos ad æternã fęlicitatem vocauerit, tunc pleniſsimum & perfectiſsimum erit gaudiũ veſtrũ, nihil tunc immodeſtum ſub intrabit, nihil immoderatũ eſſe poterit. In præſenti magna cura adhibenda eſt, ne quid ſit immodicũ: vnde idem Apoſtolus dicit 1. Cor. 7. nu. 30. qui flent tanquã nõ flẽtes, & qui gaudẽt tã quã nõ gaudentes. Niſi fallor de gaudio & fletu loquitur temporali, quæ non ſemper ſunt vitioſa: voluitq. ſapientiſsimus doctor aliquid indulgeri naturali affectui; noluit more vanorum ſtoicorum omnem animi affectum exterminare, ſed moderari, & æternæ fęlicitatis ſpe, ac recordatione mundanæ vanitatis, docet ad mediocritatem reuocare gaudiũ & fletũ, & his affectibus modum ponere. Neq. tantum in cauſa propria permittit moderatum fletũ & gaudium, ſed etiam in aliena, quia cũ ſimus vnius corporis membra, & ſi patitur vnum membrum compatiuntur omnia membra, neceſſe eſt, vt qui charitatem habet patienti proximo compatiatur. Dicit ergo Rom. 12. n. 15. Gaudere cum gaudẽtibus, flere cum flentibus. Sed nuſquam meminit riſus, qui eſt profuſi gaudij, & immoderati (ne dicam ſtulti,) ſignum. Raro contingit riſus honeſtus, & ex omni parte a vanitate alienus, propterea vir prudens ab omni riſu ſibi temperabit, ſicut viri ſancti multis rebus licitis ſibi interdicunt, vt tutius ab illicitis abſtineant. Legimus Danielem riſiſſe; prudentiſsimè quidem id fecit, neque tam fuit iſte riſus quam irriſio fraudum ſacerdotum impiorum, Dan. 14. num. 17. Magnus es Bel, (inquit

1. Cor. 12. v. 26.

(inquit Rex Babilonis)& non eſt apud te dolus quiſquam:& riſit Daniel, & tenuit regē ne ingrederetur &c. Riſit Abraham Gen. 17. num. 17. cecidit Abraham in faciem ſuam & riſit &c. honeſtus fuit riſus iſte, gaudium potius diceres. Sic etiam Iobi riſus ca. 29. nu. 24. ſi quando ridebam ad eos non credebant. Locus iſte indicat hominis grauitatem, á qua riſus videbatur alienus: vir tamen prudens ad conciliandos ſuorum animos & beneuolentia deuincendos, de vultus ſeueritate aliquid remittebat, & ſigna alacritatis præbebat ſumma cum modeſtia. Cōuenit cum Iobi hilaritate & modeſtia illud Eccli. 21. num. 23. Vir autem ſapiens vix tacite ridebit. Nota vix, & tacite de ſtulto dixerat, Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam. De muliere illa forti, cuius pretium rariſsimum eſt, dicitur Prou. 31. nu. 25. Ridebit in die nouiſsimo. Poſt multa eius ſtrenuitatis præclara argumenta, egregiaq. facinora, riſus non ei conceditur in hac vita, ſed in die nouiſsimo, peracto iam curſu, ſuperato iam hoſte, & extra aleam fortunæ, ſi ſic fas eſt loqui, conſtitutæ conceditur & promittitur riſus. Cum tam ridicula ſint hominum ſtudia nemo ſapiēs riſum poſſet cōtinere niſi charitas aliud ſuaderet. Sed de hoc dicemus ca. 3. v. 4. & cap. 7. num. 3. cum de luctu ſermo fiet. Illud hīc aduertendum, ſignum eſſe inſaniæ riſum in homine febri laborante, ſolent ridere phrenetici, & lugent parētes, omneſque chari ob eius inſaniam & in aliquibus ægrotis riſus ſolet eſſe ſignum lethale. Quid circa jocos & riſum in alijs religionibus præcipiatur meum non eſt inquirere. Legifer noſter B. Benedictus omnem riſum ab ore monachi extirpare voluit cū ait: verba ſcurrilia, & riſum mouentia in omni loco æterna clauſura damnam⁹, neq. ad huiuſmodi aperire os diſcipulo permittimus. Iudicauit vir ſanctiſsim⁹ eneruari animos, vir js aperiri ianuam, occludi virtutibus: deficere modeſtiam, debilitari ſpiritale gaudium, & religionis ſanctam grauitatem imminui huiuſmodi iocis, & rebus ridiculis. Ego ſic ſentio, & aſſeuerare non dubito cum in religione admittuntur repræſentationes iocoſæ & ridiculæ, & hæc, quæ tam maturo iudicio, tam graui decreto eliminanda curauit Patriarcha noſter, argumentum eſſe manifeſtum collapſæ religionis. Non eſt in hac parte audienda quorundam ridicula & ſtulta ratio aſſerētiū,

his

his repræſentationibus informari monachum ad dicẽdum pro cõcione. Informatur ſane ſeu potius deformatur vt ridiculus fiat; grauem modeſtáq. gerit perſonam concionator, aliter inſtituendus eſt, quam paraſiti.

Amar. i. Reputo proprie Dico, dicere autem ſæpe pro decernere, præcipere, iubere, cogitare, putare &c. vſurpatur. Meholel. i. Errans, inſaniens &c. vid. cap. 1. num. 17. Non poſſum probare Lorini ſententiam verbi Halal ſignificationes confundentis: Halal, inquit, vnde Halebujah lætiſſimum cantum fere vſq. ad inſaniam, ſed ſpiritualem & ſanctam. Halal ſignificat laudare & lætari, item inſanire, inique agere. Inſanirem ego ſi vbi eſt inſania laudem ſemper agnoſcerẽ, aut laudẽ cum inſania copularem. Inſanirem etiam ſi multis vellem dictũ hominis eruditi refellere.

In vltima parte verſus vulgatus ſenſum tenuit reſpiciẽs ad participium inſaniens, ſiue, Errans, & ideo vertit, quid fruſtra deciperis? poterat ſic vertere, quid hoc facis inſaniens? ſcilicet repetendo participiũ, per Zeugma. Simchah.
Simchah. Deliciæ hoc cap. 2. v. 1. Gaudium. v. 2. Voluptas v. 10. Lætitia. v. 26. Deliciæ. cap. 5. v. 19. Lætitia. cap. 7. v. 5. &c. cap. 8. num. 15. cap. 9. num. 7.

Inueſtigaui in corde meo abſtrahere (l. ad abſtrahendum) in vino carnem meam ducens in ſapientiam, & ad tenendum in ſtultitiam, vſq. quo viderem vbi hoc bonum filiorum Adam, quid facient ſub cælo numero dierum vitæ ſuæ. v. 3. He.

Cogitaui in corde meo abſtrahere a vino carnem meam, vt animum meum trãsferrem ad ſapientiam, deuitaremq́ ſtultitiam, donec viderẽ quid eſſet vtile filijs hominum quo facto opus eſt ſub cælo numero dierum vitæ ſuæ. Lat.

QVI a ſapientiæ ſtudio ad delicias defecerat: & exaſperatus indignatione, quæ comitatur ſapientiam; compunctuſq. dolore & labore, quem addit, qui ſcientiam auget, voluit experiri carnis voluptates, fruiq. bonis temporalibus, ſed cum huiuſmodi deliciæ curis non vacent, multis etiam doloribus implicentur, neq. animus in illis quietem inueniat, corpus vero imbecille reddatur, & ad humanas actiones ineptum,

ineptum,ſoleantq. voluptates morbis & doloribus non raro terminari: decreuit Salomon pedem referre, & palinodiam canere,rurſuſq. ſe ſe honeſto labori offerre,a ſe abdicare voluptates, quæ vini nomine ſignificantur, quod facile bibitur, guſtui eſt gratum ſed rationem obnubilat, caput grauat, oculis nocet, niſi ſit eius potus moderatiſsimus.Sobrietas meditationi & rerum conſiderationi conuenientiſsima. Decreuit igitur repudiare voluptates,abſtrahere a vino carnem & animum ſapientiæ ſtudio accommodare,nō iam deſiderio cognoſcendi rerum naturas,& ſpeculādi arcanas ſubtilitates, ſed quid homini expediat, quid homini faciendum ſit quoad vixerit, ne vanis curis inuoluatur obruatutque. Veram ſapientiam nemo adeptus eſt niſi prius bonos didicerit mores: neceſſe eſt, vt præcedat voluntas recta rectam intelligentiā. Nam vt indicaui ca.1.nu. 13. ille ſapienter inueſtigat rerum naturas,& ad ſapientiam ſapienter graditur, qui vitam ſuam iuxta legis diuinæ normam
Pſ. 118. componit, a mandatis tuis,inquit Dauid,intellexi.In
Sap.1.nu.4. maleuolā namq. animam non introibit ſapientia &c. illud ſapientiæ ſtudium eſt præſtantiſsimum, quo ducimur in cognitionem rerum vtilium: ſint res per ſe honorificentiſſimæ,ſi inutiles ſunt nobis,vanæ nobis ſunt. Diximus cap. 1. num. 2. vanos eſſe omnes homines in quibus non ſub- Sap.13.
eſt ſcientia Dei; hanc non habet iniqui. Diſputare poſſunt de rebus altiſsimis & diuiniſsimis, ſed non habent ſcientiam Dei, quæ prius docet bene viuere,quam ſubtiliter diſputare,& ingenio arcana penetrare. Contra omnes prauos dictum eſt Prou. 29.n. 7. impius ignorat ſcientiā.Nūquid non poteſt eſſe Philoſophus,Aſtrologus, atq. etiam Theologus? poteſt quidē, ſed ignorat ſcientiam Sanctorum: noluit intelligere vt bene age- Pſ. 35. v. 4.
ret. Ignorat quid vtile ſit hominibus, quod opus facto ſit ſub ſole, vt homo a vanitate tranſire poſsit ad veritatem. Multi inſani ſæpe proferunt ſententias ſapiētiæ cōformes, ſed ideo inſani reputātur,quia circa aliqua particularia errāt, & praue diſcurrunt. Quidam inſanus prudens in cæteris videbatur,ſed ſe reputabat Dei filium: hominem aggrediebantur quidam curioſi, & cum multa proponerent prudenter reſpondebat interrogantibus, ſed cum primum fieret mentio filij Dei, prodibat

Digitized by Google

bat inſania, & hominem præcipitabat, vt magna aſſeueratione affirmaret ſe eſſe filium Dei, nullum alium Deum habere filium. Sic nos plerumq. inſanimus, qui ſacra volumina euoluimus, de Deo multa publice & priuatim loquimur, ſed vbi ad illud vitium, quo laboramus peruētum fuerit, ruit omnis ſapientia, proſilit ſtultitia, quam quia imbelles ſumus tenere ac cohibere non poſſumus, non poſſumus inquam quia nolumus. Si poſt lautum prandium, poſt ciborum ſanorum delicatorumq. copiam aliquis calcē, aut teſtam manducaret, palam oſtenderet ſtomachum prauo humore infectum eſſe: id in fæminis non raro videmus, quæ comedunt carbones, lutum, & alia pernicioſa, quæ intemperies, ſiue morbus vocatur, malacia. Facile doctus medicus ex ciborum appetitu agnoſcet humorem prædominantē corpori eiuſq. malitiam: ita ex rerum agendarum iudicio cognoſcitur iudicij bonitas aut prauitas. Nemo eſt qui nō laudet virtutem, ſed rarus qui illam amplectatur. Omnes laudant & prædicant diuinæ legis ſanctimoniam: ſed rarus eſt, qui ad illius normam vitam inſtituat. Quapropter Deus indignatus ait Pſal. 49, v. 16. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu vero odiſti diſciplinam & proieciſti ſermones meos retrorſum, ſi videbas furem currebas cum eo &c. Qui è duobus aut pluribus vnum eligit, & alia contemnit, iudicat illud cæteris præferendum, qui præfert turpitudinem honeſtati, iuſtitiæ iniquitatem, ebrietatem ſobrietati neceſſe eſt vt peruerſum habeat iudicium, ſitque inſipiens. Ob hanc cauſam Salomon transferre voluit animum ſuum ad ſapientiam, non quamcumque, ſed illam qua ſciretur quid expediret homini, & ſic huic notioni laxaret habenas, vt ſimul ſtultitiam coerceret, vinciretq.

Pſ.49

Thur. i. cognoſco &c. vide. cap. 7. num. 26. Maſac. i. Abſtraho, hic. Traho. Deuter. cap. 21. num. 3. Iob. 21. num. 33. Cant. 1. num. 4. Iſa. 5. num. 18. Oſeæ. 11. num. 4. Extraho. Geneſ. 37. num. 28. Iob. 40. num. 20. Ierem. 38. num. 13. omitto alia ſignificata quia non ſunt neceſſaria. Aduertēdum hunc locum Hebræos & eorum ſequaces in contrario ſenſu vertere, ſcilicet, ad trahendum in vinum carnem meam. Quod R. Abraham ſic *Maſac.*

inter-

interpretatur, cum vidi ſapientiam ſolam generare doloré, & riſum non prodeſſe, ſcrutatus ſum viam, vt cõcordarem vtrumq. traxi igitur carnem meam (.i. corpus meum) in vinum, vt lætarer &c. vide Pagnini Theſaurum. Cũ olim conarer explanare hunc librum & ad hũc locum peruenissem, hæſi: nodum hunc non potui diſſoluere; Nam litera B. Beth præpoſitio nemo eſt qui neſciat ſignificare, in, ſic conabar difficultatem euadere, vt Abſtraherem in vino carnem meã i. vt corpus meum, quod in vino & voluptate erat, oblectabaturq. abſtraherem. Alio modo, hæc præpoſitio idé valet ſæpe, quod, contra, aduerſus, & ſic vertebam, vt traheré contra vinum. i. voluptates carnem meam. Item tertio ſequebar vocabulariorum doctrinã, S. Pagnini, Forſteri, & Cõplutenſium, in quibus affirmatur hanc prępoſitionem ſumi pro, Ex, e. De. Hoc conſentus Bellarminius facile ſe expediuit. 2. de Verbo Dei. cap. 9. idem amplexus eſt Lorinus in præſenti. Ego expenſis difficultatis cauſis retroceſsi, non enim quærebam vt mihi ſatisfacerem, ad hoc enim ſat erat vulgatæ editionis auctoritas, ſed a calumnijs Hebraizantium conabar noſtram verſionem vindicare: hoc nullus quod ſciam huc uſq. fecit. Dicet aliquis, ſi hæc præpoſitio etiam conſentiẽtibus Hebræis & euidenti ratione ſignificat, Ex, e, De, quid difficultatis eſſe poterit? nam ſi vertas, vt traherem ex vino carnem meam nulla manet ambiguitas. Ita videbitur tyroni, ſed non ei, qui loca S. Scripturæ attente conſiderauerit: qua propter miror viros doctos non animaduertiſſe, nodum minime hac ratione diſſolui. Coactus igitur ſum diligenter tota Biblia Hebræa euoluere, vt hanc difficultatem Deo duce ſuperaré, & Deo gratias quia ſuperaui vt indicabo. Sciẽdum ergo, in illis locis, quibus nodus hic diſſolui videtur præpoſitiones illas, ex, e, de, nequaquam eſſe idem quod a, vel Ab vt videbimus. Aduertendum etiam, Ex, aliquando ſignificare materiam aut quaſi materiam, aliquando terminum a quo, vt comedere ex cibo &c. facere ex auro: hic ſignificatur materia. Adducere ex Hiſpania, ex Italia &c. hic ſignificatur terminus à quo Nullus auté loc⁹, qui in dictionarijs ponitur, & a Bellarminio producitur fauet præſenti loco, quia in hoc ſignificatur ſeparatio rei a re: in illis autem nequaquã, neq. ſignificatur terminus a quo. Propo-

proponamus aliquot ne aliqua maneat dubitatio. Exod. 12. nu.45. non comedent ex co.H.in eo.item nu.48.ca.38. nu.8.fecit & labrum æneum cũ baſiſua de ſpeculis mulierum. Leuit.8.nu.32.quidquid reliquum fuerit de carne.Exo. 31. nu. 4. quidquid fabrefieri poteſt ex auro, &c.ca.33.n.12 & 17.noui te ex nomine. Sed ca.35.nu.32. reliquit phraſim ipſam Hebræam: Ad faciendũ inquit, opus in auro & argento, & ære.ideſt ex auro. Vide Iud.20.nu.21.nu.35.39.1.Paralip.18.nu.8.2. 2.Paral. 16.6.

Supereſt vt oſtendamus præpoſitionem Beth eſſe idem quod, Mi, ſiue Min, & ſignificare etiam, A, & Ab, quando his ſignificatur ſeparatio, & remotio & ita omnis remouebitur ſcrupulus, & Iudaizantium os obmuteſcet. Sunt huius rei plurima teſtimonia.2.Reg.22 n.9. Aſcendit fumus de(Heb. B.) naribus eius, & ignis a (Heb. M.) facie eius vorabit. Vtraq. prępoſitione idem ſignificatur, & ſignificatur ſeparatio, nam fumus, qui aſcendit a naribus vel de naribus ſeparatur, n.16. Ab(Heb.B)increpatione Domini, ab (Heb.M) inſpiratione ſpiritus eius 2. Reg.22.nu.16. Ab(B)increpatione Domini. Sed Pſalm. 17. y.16. Ab(M)increpatione tua Domine 4.Reg.14. num. 13. A.(B)porta Ephraim.idem narratur 2. Paralipo.ca.25. num. 23.A(M.)porta Ephraim. Iob. 4.nu.21.qui autem reliqui fuerint auferẽtur ex(B)eis, neque bene vertunt aliqui, Nonne profecta eſt dignitas eorum in eis? nam verbum proficiſcor ſeparationem ſignificat. Iob. 36.nu.15.eripiet de(B)anguſtia ſua pauperem.Ezech.9.nu. 6.A(M)Sanctuario meo incipite, & cœperunt a(B) viris ſenioribus. cap. 27.num. 12. A. (M)multitudine, &c. num.18. A(B) multitudine, &c. Ezech. 3.nu. 25. & non egredieris de (B)medio eorum. Peſsime vertit Ar.Montanus, non egredieris in medium eorum. Iere. 15. nu.14.& educã inimicos tuos de terra, quã neſcis. Etiam hic male vertit Arias Mont. Eccleſ.cap.5.num.14. nihil auferet ſecum de(B)labore ſuo itẽ ca.8.num.15.1.Paral.ca.24. n. 5. tam de (M) filijs Eleazar, quam de(B)filijs Ithamar. Deutero 24.nu.10. cum repetes a (B)proximo tuo. Iſa.21.num.1. ſicut turbines ab Africo veniunt. Ioſue 3.nu. 16.ab vrbe, quæ vocatur Adom H. in textu eſt Be Adom. & in margine, Me Adom. 4. Reg. 12. num. 9. Ad in textu eſt B. in margine M. & cap.23.num.33.Ne regnaret. pro Ne, in textu eſt B.in

F margi-

margine, M. Aduerte literam ſiue prępoſitionem, M habere vim negandi, & ſignificare, Ne, nequaquã, abſque &c. vt alibi indicauimus, & quia M. & B. ſunt eiuſdem ſignificationis etiam B ſignificat, Abſque vel ſine Dan. 11. n. 39. Gratuito H. Bemechyr. ideſt abſque pretio ſi vertas in pretio ſenſus erit contrarius. 2. Paral. 36. nu. 22. & 1. Eſdræ. 1. nu. 1. ſunt eadem verba, tantum differentia eſt quia, 2. Paral. per os. H. in ore 1. Eſdræ. ex ore. indifferenter enim vtitur S. Scriptura, B. & M. Arias Montanus Iſa. 24. nu. 2. Bo (ideſt, in eo) vertit ab eo? Hęc mihi ſufficere videntur ad conuincendum etiã hæreticum obſtinatiſsimum: quæ indicare volui ne ſtudioſus lector cogeretur hęrere dictionarijs, & mendicare apud nouos interpretes, quorum aliqui mirum dictu eſt quam ſint Hebraiſmorum ſectatores, quantum etiam iactent litteraturam Hebraicam, cum illorum ſcientia intra dictionaria contineatur. Sicut B. Beth ſignificat ſæpe A. ab, &c. ita M. ſignificat. In, ſed de hoc ſuo loco dicam.

Nahag. Nahag, ideſt tranſfero hic. perduco. pſalm. 77. v. 52. Adduco. Iſa. 63. nũ. 14. ca. 60. num. 11. Introduco. Deut. 28. num. 37. duco. 1. Reg. 30. nu. 2. Rego Iſai. cap. 49. nu. 10. pſal. 47. v. 15. Induco. Exod. 10. num. 13. Abigo. Gen. 31. num. 26. & 1. Reg. 23. nu. 5. Iob. 24. nu. 3. alia etiam ſignificat, ſed omnia in idem recidunt. Nota, non ſolum cor ducendum a voluptate ad ſapientiam, ſed regendũ, & abigendum, hoc eſt, vi quadam ducendum. Magna enim vi opus eſt: vt animus auocetur a corpore, & ad res honeſtas transferatur: reluctatur bonis conatibus praua carnis propenſio, prauaq. conſuetudo. Achaz, ideſt Deuito. propriæ ſignificat tenere appræhendere, &c. Contineo Ezech. 41. nu. 6. Teneo Gen. 25. num. 25 Exod. 4. nu. 4. Ruth. 3. nu. 15 &c. oppilare Nehem. 7. nu. 3. Duobus modis poteſt teneri, ſtultitia ne noceat, vel coercendo, vel cognoſcendo. Stultus ab ſtultitia tenetur, non illam tenet, ſtultitia paſsim vagatur & dominatur multis ſapiens illam tenet, illius vilitatem damnaque cognoſcit, & deuitat, illam cohibet, vincit, coercetque. *Achaz*

Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, plantaui mihi vineas. L. *Idem.* v. 4. He. Lat.

INCIPIT enumerare illa, quæ ſunt gaudij, voluptatis, deliciarumque materia, quæ ſibi contigerunt magnificen-

nificentiſsima,vt nemo à rege ſapiente & experto admonitus ſe ſinat illecebris capi: nemo noua cupiat experiri,quia nihil nouum erit, quod Salomon nō fuerit ſimile expertus.Non ſolum rebus naturalibus allicimur,ſed etiam artificialibus,imo maxima artiū pars; maxima artificum diligētia ſeruit noſtrę voluptati non neceſsitati;non parum emolumenti accreſcit artificibus ex praua hominum cupiditate.

Non contentus paterna domo Salomon ædificandis domibus operam dedit, præter templum illud decantatiſsimum,quod ſeptem annis;ędificauit.3. Reg.ca.6. ædificauit domum ſuam tredecim annis 3.Reg.7.nu.1. & domum ſaltus Libani, num.2.& domum filiæ Pharaonis, nu.8.Horum operum magnificentiam longum foret commemorare in pręſenti: extat ingens volumē ingenti otio confectum de rebus Salomonis, quod vel otioſum & vane curioſum lectorem delaſſare valeat,legāt hi, quibus otium & voluptas eſt legere Amadiſios, Orlandos, Gaipheros, Palmetinos, hæc ego puer legebam,quæ vero ſacra hiſtoria continētur apud alium legam ſi breuitate, perſpicuitate, iudicij maturitate me iuuare velit,non autē ob ruere multitudine: quæ ſi cui grata eſt,fruatur illa.

Aduerte:dicitur aliquis facere cum fieri iubet,neq.enim Salomon operi manum admouit,neque terram effodit vt vineas plantaret. *Facere, id eſt iubere.*

Ædificandi ſtudium primo improborum animos corripuit,a quo alieni fuerunt antiqui patriarchæ: de quibus & præſertim de Abraham loquēs Apoſtolus ad Hebr.11.nu.9.Fide,inquit,demoratus eſt in terra repromiſsionis,tanquam in aliena,in caſulis habitando cū Iſaac, & Iacob cohæredibus repromiſsionis eiuſdem: expectabat enim fundamēta habētem ciuitatem,cuius artifex & conditor Deus.Noe altare ędificauit ad Dei cultum,domum ædificaſſe neſcimus,Gen. 8.n. 20.Abraham Gen.12.n.7.& 8. & c.13.nu.18.Iſaac Gen.26.n. 25. Iacob.c.35.n.7.altaria ædificarunt.Contra Cain a cuius ſacrificio Deus oculos auerterat,relicta religionis cura, ædificauit ciuitatem:Gen.4.nu.17 & poſt diluuium conueniunt ſcelerati homines Gen.11.n.4. venite,inquiunt,faciamus nobis ciuitatem & turrim,&c.

Vide quam diſpar impiorū & piorum ſtudium, iſtis religioſa eſt ædificatio,illorū pro ſana. Conſidera etiam Salomonis vanam magnificentiā,

Digitized by Google

qui ſeptem annis ędificauit domum Domini, & tredecim annis domũ ſuam. Quid refe ram ſeptem orbis miracula ce lebratiſsima?opera ſane mag nis ſumptibus elaborata, quæ vaniſsimi homines fabricarẽt, ſtultiſsimi mirarentur, vana miracula & ſtultiſsima, vanita tis certiſsima argumenta. De hac re non ſemel ſe offeret di cendi occaſio. Domos primo ędificauit, quę ad oſtẽtationẽ opulentię ſeruirent, deinde vi neas ad voluptatem & alacrita tem, vinum enim curas pellit, & cor lætificat.

v.5. He. *Feci mihi hortos, & para diſos, & plantaui in eis lig num omnis fructus.*

Lat. *Fci hortos, & pomaria & conſeui ea cuncti generis ar boribus.*

VTINAM in hoc ſtudio & labore illam operam poſuiſſet Salomon, quam po ſuit in ædificandis phanis ido lorum in gratiam impiarum

3.Reg.11. fœminarum 3.Reg.11.num.7. Agricultura honeſtam affert voluptatem, neque modicam præbet materiam laudandi

Gen.2.15. Deum, qui primum parentem generis humani poſuit in para diſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum. Poteſt hoc ſtudium contaminare vanitas aut nimia curioſitas, aut melio rũ operũ negligentia, ſed nihil tam ſanctum, quod profanari non poſsit niſi rectum ſit ani mi propoſitum, & cætera ad ſint, quæ ad operis integrita tem pertinent.

Gan. & nu. plur. Ganym fœ ma fœminea Ganah num. plur. Ganoth. Hortus, hic, & Num. 24.n.6. Deu.11.n.10.3.Reg.21. nu.2.4.Reg.9.nu.27.ca.21.n. 18.26.&c. vbi eſt nomen Hor tus H. eſt. Gan. ſiue Ganah, præ terquam Cant.c.4.nu.12. Hor rus concluſus, &c. primo eſt Gan. ſecundo, Gal. paradiſus Gen.2.nu.8.nu.9.10.15.16.ca. 2.n.1.nu.2.3.8.10.23.24.c.13. nu.10. Ezech.28.n.13.ca. 31. num.8.& 9. *Gan.*

Pardeç. ideſt Paradiſus Cant.4.numer.13. emiſsiones tuæ paradiſus malorum puni corum. Saltus Nehem 2.num. 8.num. plur. Pardeçym. ideſt pomaria in præſenti loco, ali bi non inuenitur. *Pardeç.*

Feci mihi piſcinas aqua rum ad irrigandum ex illis ſyluam germinantẽ arbores. v.6. He.

Et extruxi mihi piſcinas aquarum vt irrigarem ſyluã lignorum germinantium. Lat.

SI AQVÆ deficiunt om nis viror arborum, & plantarum perit, fuit ergo curæ

curæ Salomoni, vt aquas quæ ex fonte Siloe manabant in piſcinas duceret,& conſeruaret, ad irrigandos hortos & pomaria. Meminit Ioſephus de Bello Iudaico lib. 6. cap. 6. ſtagni Salomonis. Neſcio an iſta ſit piſcina cuius mentio fit Nehem.2.num. 15.an num.16.duarum enim piſcinarum fit mentio,& muros piſcinæ Siloe in hortum regis,&c.item, vſque ad ſepulchrum Dauid,& vſque ad piſcinam,quæ grandi opere conſtructa eſt,4.Reg.18.nu.17.fit mentio aquęductus piſcinæ ſuperioris;puto hunc eſſe qui Nehem.2.nu.14.vocatur aquęductus regis. Sed huiuſmodi inueſtigationem relinquamus his, qui libros regum interpretantur:nobis ſatis eſt ſcire Salomonem piſcinas extruxiſſe ſiue iſtæ fuerint,ſiue aliæ.

Eccleſia. Quanto fuit magnificentius opus veri acD.Salomonis qui ædificauit ſibi ampliſsimã domum EccleſiamCatholicã, de qua dicitur Prou.9. Sapientia ædificauit ſibi domum exci dit columnas ſeptem.Immolauit victimas ſuas (H. victimã) miſcuit vinum & propoſuit menſam ſuam.De hac domo dicitur Baruch.3.nu.24.O Iſrael quam magna eſt domus Dei,& ingens locus poſſeſsionis eius. Innititur domus iſta ſeptem columnis,ideſt, ſeptẽ ſacramẽtis,& ſeptẽ donis Spiritus S.vnicam immolauit victimam,quę omnium victimarum fuit complementum, & quæ ſua perfectione omnes victimas ſuperauit. Eadem domus vinea vocatur de qua dicitur Iſa.5.Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei, (ideſt) in loco ſublimi, tuto munito,fertili,pingui.Sũt plures vineæ particulares Eccleſiæ,vnica eſt in hac vinea vitis quę innumeris palmitibus abũdans.Ego ſum,inquit Chriſtus,vitis & vos palmites, erat viris frondoſa Iſrael,& fructus eius adæquatus eſt ei: ſed fuit fructus immaturus & acerbus, nam expectauit Dominus, vt faceret vuas, & fecit labruſcas.Eccleſia vero vbi Chriſtus eſt vitis,& fideles ſunt palmites non ſunt in pretio frondes temporalis ornamenti & pulchritudinis, reſecantur falce verbi Dei frondes cum dicitur qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam & ſequatur me,itẽ beati pauperes ſpiritu,&c.Plãtauit D.Salomon hortos, & pomaria,tales ſunt animæ piæ Deum colẽtes,in quibus Deus virtutum pomaria plãtat. Diſcurre per omnes virtutes & v. be.es inutiles fructus in Eccleſia.Arbores omnis generis

Vinea Dei
Agricultura.
Ioan.15.
Oſeæ.10.
Iſa.5.v.4.

ſunt diuerſi perſonarum ſtatus, diuerſa officia, Religioſi, cõtinẽtes, cõiugati: Doctores, ſacerdotes, Epiſcopi. Hi qui vitæ incumbunt actiuæ, & qui vacant contemplatiuę. Piſcinę ſunt Doctrina Euangelica, & Chriſti merita. Magna piſcina & ſuperior eſt Baptiſmi Sacramentum, piſcina inferior eſt Sacramentum pænitentiæ vbi remittuntur peccata. Tam grãdem fabricam non exactione tributorum, non ſubditorum moleſta vexatione, ſed ſuis expenſis extruxit Chriſtus. Ipſe fecit piſcinas, hoc eſt, inſtituit ſacramenta: ipſe eſt piſcina ſuperior ſecundum diuinitatem: & piſcina, inferior ſecundum humanitatẽ: ipſe eſt fons Siloe, quod interpretatur Miſſus: ipſe ſanguine ſuo irrigauit ſyluã lignorum germinantiũ. Quid multa? ſufficiat nunc illud Eccli. 24. n. 40. Ego ſapiẽtia effudi flumina, ego quaſi trames aquę immẽſę de fluuio: ego quaſi fluui Dyorix, & ſicut aquę ductus exiui de paradiſo: dixi rigabo hortum meum, plantationũ, & inebriabo prati mei fructum. Cum Deus noſter Agricola ſit, & Chriſtus vitis, fons, aquæ ductus, piſcina: omnis plantatio, quæ iuxta aquas & fluenta gratiæ manet fęliciſsima erit. Apud Iſaiam ſic alloquitur Deus Eccleſiã ſpiritualem Ieruſalem ca. 60. n. 21 Populus autem tuus omnes iuſti in perpetuum hæreditabũt terram, germen plantationis meæ, opus manuum mearum ad glorificandum. & c. 61. nu. 3. vocabũtur in ea fortes iuſtitiæ, plantatio Domini ad glorificandum. Reperies in hoc horto palmam victricem, & ſemper ad ſublimia tẽdẽtem, ponderi minime cedentem: inuenies laurum ſemper virentem; & fulminis impetum nõ timentem; Inuenies oliuam vberem vnde charitatis oleũ producitur, quo pretioſa vnguenta conficiuntur.

Piſcina ſacra. *Sacramenta.* *4. Re. 18. 17* *Iſa. 7. nu. 3.* *Iſa. 8. nu 6.* *& Ioan. 9.* *Eccli. 24.* *Ioan. 15.*

Berecah, i. piſcina a verbo Barac. i. benedico vnde Beracah. i. benedictio, quę ſignificatio aptiſsime quadrat in piſcinas ſacras, hoc eſt in Sacramẽta: Chriſtus benedictus, & omnis benedictionis fons eſt. Quę maior benedictio eſſe poteſt quam per gratiam iuſtificantem fieri hominem Dei amicum, & æternæ fęlicitatis hæredem? Multo illuſtriores, maiorisque virtutis ſunt Chriſti piſcinę, quam illæ antiquæ, inter quas celebratur illa quæ Probatica vocabatur. Ioã c. 5. n. 2. Erat autem Ieroſolymis Probatica piſcina, quæ cognominatur Hebraice Bethſaida, &c. in hac vnus tãtum ſanabatur ęgrotus cũ aqua ab angelo moue-

Berecab. *Ioan. 5.*

moneretur, verum in Baptiſmo quicumque crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. Ibi ſalus corporis paulo poſt morte finienda conferebatur: hic vero ſanatur animus, vt ad vitam transferatur æternam. Mirabilis etiam eſt in alijs ſacramentis virtus, vt facile per ſe lector animaduertere poterit.

Grandis, pretioſa, mire virtutis piſcina erat latus Chriſti: ex quo promanauit ſanguis & aqua, his irrigatur ſylua lignorum germinantium: imo etiã fructificantium in tempore ſuo: iuxta huius aquæ decurſum plantata arbor non timebit cum venerit æſtus, folium
Pſal. 1. v. 13. eius nõ defluet, & omnia quæcunq. fecerit proſperabuntur. Sylua lignorum germinãtium Eccleſia eſt, vbi ſunt ſpecioſæ
Iere. 17. v. 8. arbores ac fructiferæ. Aduerte vbi dicitur Eſai. 61. n. 3. fortes iuſtitiæ: alij vertunt, Arbores iuſtitiæ. Dolendum maxime in tam fertili ſolo, vbi tam ſalubres & copioſæ ſunt aquæ tot areſcere plantas, tot interire arbores, quia multi ſunt, qui furtiuarum aquarum dulcedine capti, dũ auidius bibũt voluptates veneno infecti pereunt.

v. 7. He. *Acquiſiui ſeruos & ancillas, & filij domus fuit (pro fuerunt) mihi: etiam acquiſitio bouis & ouis multa fuit mihi præ omnibus, qui fuerũt ad facies meas in Ieruſalem.*

Poſſedi ſeruos & ancillas multamq. familiam habui, armẽta quoq. & magnos ouiũ greges vltra omnes, qui fuerunt ante me in Ieruſalem. Lat.

NVllius tãta eſt ſufficiẽtia, vt aliorum ope aut miniſterio non indigeat: ille putatur maior ac fęlicior, qui plurium miniſterio vtitur. Qui paucis contentus eſt maximis curis expeditur, nam ſeruorũ & famulorum multitudo magnam affert ſolicitudinem, magnamque moleſtiam, creſcit opulentia, rerum multarum poſſeſsio, creſcit quoque animi anxietudo, cura, ſolicitudoq. excolendi ſunt agri, vineæ pomaria, paſcẽda pecora, & eo vſq. prouecta eſt hominũ vanitas, vt non ſolum ad iſta ſerui aut famuli comparentur: ſed etiã ad oſtentationem. Niſi enim magna comitãte caterua prodeant nobiles ac diuites de ſui æſtimatione actum putãt, & animũ ſeruilis, vanitatiſq. ſeruus, ſeruorum numero nobilitatẽ ac potentiã metitur. Vilis ſane nobilitas, vilis potẽtia, quæ vili ſeruorũ cõditione decoratur & illuſtratur. Quod ſi

neceſsitas cogit maiores tali vti apparatu, non propterea glorietur, ſed tanto ſe a vera fęlicitate lõgius abeſſe doleát, quanto maiore neceſsitate cõguntur ſeruire tempori & rebus tẽpori obnoxijs. Salomon ſeruorum & ancillarum multitudinem coaceruauit, & omnium rerum abundantia ditiſſimus ac potentiſsimus fuit.

Chriſtus cęleſtis ac diuinus Salomon paupertatem prætulit opulentiæ, pauper fuit, paupertatem docuit, cui regnum cęlorum addixit, Beati, inquit, pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. *Matth. 5.* Charitatem præcipue commẽdauit, qua omnia fiunt communia, & multorum fit cor vnum & anima vna: ex vtriuſque virtutis coniunctione, ſimulque conueniente obedientia factum eſt in Eccleſia Chriſti, vt in magna paupertate magna eſſet rerum abundantia: vbi multi ſeruiunt, & nullus ſeruili conditione grauatur. *Religioſus ſtatus.* Vnus imperat non dominatione, neque ſeueritate, ſed charitate fraternitatis, nemo dominus nemo ſeruus vocatur, ſed omnes fratres ſunt, & qui ex fratribus præeſſe iubetur paterno affectu cæteros veluti filios regit. Hic eſt fęliciſſimus religionis ſtatus, hæc fęlicitas in religioſo conuentu reperitur, vbi qui prudẽtia, ac charitate, cæteriſque virtutibus alios ſuperat, ſuperior cõſtituitur. Remota itaque vanitate omnis regalis apparatus, frequentia, necnon opulentia in monaſteria confluit, vbi nõ eſt, Meum, aut, Tuum; ſed omnia ſunt communia, iuxta formam Apoſtolicam ab Heroicis temporibus in Eccleſia cõſeruatam, quæ præſcribitur Acto. 2. n. 44 Omnes inquit, qui credebant erant pariter, & habebãt omnia communia: poſſeſsiones & ſubſtantias vẽdebant, & diuidebant illa omnibus prout cuiq. opus erat. Nemo mihi obijciat quorundam prælatorum hypocriſim, auaritiam, ambitionem, arrogantiamq. Ego enim de ſtatu religioſo loquor, cui diabolus per impios miniſtros aduerſatur, quem ſumma vi labefactare conatur. Habet Chriſtus armenta, ſeu boum multitudinem, hoc eſt, prædicatores, qui in area dominica triturant, & triticum a paleis ſeparant, qui humani cordis terram aratro crucis proſcindunt, & ſemen verbi Dei ſpargunt, vt fructus vberrimus proueniat. Ouium greges ſunt minores & ſimpliciores in Eccleſia, quę eſt magnũ diuini paſtoris ouile. Qanah. i. emo, redimo, acquiro, poſsideo, quã late pateat *Qanah.*

verbi

Digitized by Google

verbi ſignificatio cõſtat ex illo loco Gen. 4. n. 1. peperit Cain dicens, poſſedi hominem per Deum. Ex quo ſequitur poſſidere non ſignificare dominiũ quale habet, qui emit rem aliquam. Præterea nomen Seruus non ſignificat empiitios, ſiue mancipia, ſed ad famulos & ſubditos, ac miniſtros extenditur. Familiam vocat domeſticos ſiue vernaculos, qui Hebraice dicuntur, filij domus. Gen. 15. num. 3. ecce vernaculus meus H. filius domus meæ. Aliàs vernaculus vocatur Ielyd Bayth. i. Natus domi, vt Gen. 14. num. 14. Leuit. 22. num. 11. Ierem. 2. nu.

Baqar. 14. Baqar. i. Bos ſæpe ſumitur collectiue, & ideo ſæpe vulgatus vertit armentum Gen. 13. num. 5. Exod. 29. num. 1. Leuit. 9. num. 2. &c. Hebræa dictio, inquit Lorinus, non tantum bouem, ſed collectiue ſignificat maiora animantia, quæ gregatim paſcuntur. Vtinam probaſſet Lorinus quod dicit, ſed nuſquã ſignificat equos, aſinos, camelos, mulos cũ hęc animantia gregatim paſcãtur. Semel vulgatus vertit, Bubalos Hamos. cap. 6. num. 13. ob ſimilitudinem, quam cum boue habet, imo videntur eſſe ſilueſtres boues. Facile eſt affirmare quod libet, ſed non facile eſt probare. Tſon. i. ouis,

Tſon. aries, grex, peccus, ſ. minutum, vt ſunt oues & capræ.

v. 8. He. *Coaceruaui mihi etiam argentum & aurum, & peculium regum, & prouinciarum: feci mihi cantores & cantatrices, & delicias filiorum Adam prædatricem & prædatrices.*

Lat. *Coaceruaui mihi argentum & aurum, & ſubſtantias regum ac prouinciarum: feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, ſcyphos & vrceolos in miniſterio ad vina fundẽda.*

QVANTÆ fuerint Salomonis opes videre eſt. 3. Reg. cap. 9. & c. 10. & 1. Paral. cap. 22. & cap. 29. & 2. Paral. cap. 8. & cap. 9. ex quibus illud huc afferendum, ex quo certa coniectura fieri poteſt. 2. Paral. cap. 9. num. 13. erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni per ſingulos annos ſexcenta ſexaginta ſex talenta auri: excepta ea ſumma, quam legati diuerſarum gentium, & negotiatores afferre conſueuerant, omneſq. reges Arabiæ, & ſatrapæ terrarum, qui comportabant aurũ & argentum Salomoni. & nu. 27. Tantamq. copiam præbuit 3. Reg. &c.

argen-

argenti in Ieruſalem quaſi lapidũ. Lege totũ caput. Loquẽs Eccleſiaſticus cum Salomone ait ca. 47. nu. 20. collegiſti quaſi aurichalcum aurũ, & vt plũbum compleſti argentũ. Multi ad certum numerum conati ſunt redigere diuitias Salomonis, & iuxta noſtri temporis monetarum valorem expendere, apud quos lector poterit ſatiare curioſitatem ſuam. Res ſane incerta eſt, quia monetarum, ponderum, & menſurarũ ratio perpetua numquam fuit. 2. Paral. ca. 9. nu. 26. exercuit inquit, etiam poteſtatem ſuper cunctos reges a flumine Euphrate vſq. ad terram Philiſthinorum, & vſq. ad terminos Ægypti. Ex his ſatis cõſtat Salomonem coaceruaſſe ſubſtantias regum & prouinciarũ: adde his aurum ex Ophir allatũ. 3. Reg. 9. nu. 28. Diuitias ſequuntur luxus, deliciæ, voluptates quæ omnia compræhendit Salomon muſica, & vaſis ad bibendum pulchris, & generali nomine Thahhanugoth i. Deliciæ. Vile eſt ſic diuitias coaceruare vt neſcias vti: vanũ vero eſt, ac pernicioſum ſic coaceruãdis incumbere vt oſtentationi luxuriæ volupratiq. ſeruiatur. Quot malorũ ſit cauſa opulentia eleganter ſcripſit Lucan⁹ loquẽs de bello ciuili, poſtquã retulit cauſas diſcordię inter Cęſarẽ ac Põpeiũ, ait:

Eccli. 47.

Lib. 1.

Hæ ducibus cauſæ ſuberant, ſed publica belli
Semina, quæ populos ſemper mer ſere potenteis.
Namque vt opes nimiæ mundo Fortuna ſubacto (cundis;
Intulit, & rebus mores ceſſere ſe
Prædaq. & hoſtiles luxum ſuaſere rapinæ.
Non auro tectiſve modus, menſaſq. priores
Aſpernata fames; cultus geſtare decoros
Vix nuribus, rapuere mares, fæcunda virorum,
Paupertas fugitur, toteq. accerſitur orbe,
Quo gens quæq. perit &c.

Superuacaneum duco inueſtigare proprietatẽ verborum Græcorũ ad exponẽdas huius libri ſentẽtias, & aliorum, qui primo Hebraice ſcripti ſunt, quod facere illi ſine culpa potuerũt, qui aut Hebræa ignorabãt, aut ex Græcorũ ſententia cõfirmare nitebantur veritatẽ editionis vulgatæ. Verum vbi nulla eſt diſcordia Latini & Hebraici textus, vanũ puto in his immorari niſi manifeſta vtilitas inuitet, ſicut ad conciliationẽ inuitat neceſſitas. B. Hieronymus ſuo ſæculo iure varias inducit verſiones, iure verba Græca examinat, quia multos timebat calũniatores, multorũ etiã iudicio ſatisfacere ſtudebat: mihi nũc ſatis videtur ſi latinorũ verborũ proprietatẽ ex

Hebræo

Hebræo pōderauero. Qui varias verſiones Gręcorū legere cupit adeat VaticanāLXX. verſionē cū annotationib⁹ Flaminij. ¶Çegulah,& in regimine Çegula. i. peculiū, peculiare, & quoniā antiquorū opes erāt armēta & greges ideo hoc nomē ſignificat ſubſtātiā, poſſeſſionēq. Qua propter Hebræi, vt indicat Pagninus, interpretātur Theſaurū, rē deſiderabilē, rē ſingularem, dilectā, glorioſamq. Exod. 19. nu. 5. eritis mihi in peculiū de cunctis gentibus Deut. 7. n. 6. vt ſis ei populus peculiaris &c. Vide etiā ca. 14. n. 2. ca. 26. n. 18. 1. Paral. c. 29. n. 3. Malach. 3. n. 17. Poſſeſsio. Pſ. 134. v. 4. quoniam Iacob elegit ſibi Dominus Iſrael in poſſeſsionem ſibi. Subſtantia in præſenti loco. Sarym. i. cantores. Saroth. i. cātatrices, a Sur. i. cano, cāto, laudo, hymnū dico. Syr. i. canticū. Decent ſanam ac ſobriam mentem diuina cantica: licet etiam ad leniendum animū mæſtum, leuandamq. vitæ moleſtiam adhibere muſica inſtrumēta, ſed indecora verba, cantilenæque animum eneruantes nuſquam licent: aliud eſt mederi morbo aliud indulgere voluptati. Innumeris machinis conatur diabolus expugnare animos noſtros; & ſicut hi, qui mutos tormentis bellicis, ſulphureiſque inſtrumentis euertere nituntur machinas coniungunt, vt citius corruat murus, maiorq. fiat apertura, qua irrum pere facilius poſsint milites, ita diabolus iunctis machinis nos impetit, impugnat, & proh dolor, ſæpius expugnat. Cibus medicamentum eſt quotidiani morbi, ſed iam non curamus reficere vires, fulcire corpus, ſed dum voluptatem quærimus corpora lædimus, animos eneruamus. Multiplicia excogitanit diabolus ciborum condimenta, quæ machinæ ſunt validæ, his acceſsit vini ſuauitas & copia: coniunctaque eſt muſicæ delectatio, vt animus voluptate oppreſſus ſenſuum fiat mancipium, & a menſa ad libidinoſos ſurgat congreſſus. Iſa. 5 num. 12. Cithara, & lyra, & tympanum & tibia, & vinum in conuiuijs veſtris, & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum eis conſideratis. Oppreſſus animus voluptate corporis non ſe attollit ad diuinorum conſiderationem: præter palati delectationē cātionū delinitus ſuauitate, cantatricū aſpectu & auditu illectus inſania corripitur, ſuiq. ac creatoris ſui obliuiſcitur. Primi muſicorū inſtrumētorū inuētores impij fuerunt Caini poſteri, Iubal enim Lamechi filius fuit Pater Canentiū in cithara & organo. Interierūt diluuio omnes Caini poſteri, ſed canen-

Çegulah. *Cantilena.* *Voluptas & eius inſtrumēta.* Iſa. 5. Gen. 4. 21.

canendi ars, ſtudiumq. non interijt, ſed Dei bonitate factum eſt, vt quod ad voluptatem carnales homines excogitauerãt, pietati ſeruiret & religioſum eſſet opus ſi ad Dei laudes transferretur canendas. Moyſes enim Domino cantauit carmen, & ad cantandum alios inuitauit, cantemus, inquit, Domino glorioſe enim magnificatus eſt. Maria quoq. Moyſi ſoror ſumpto tympano cæteris mulieribus præcinebat idẽ carmen, vt cantores & cantatrices Domini magnificentiã celebrarent. Diuino illi archimuſico Dauidi maxima cura fuit, vt eſſent in domo Domini cantores de quo vide 1. Paral. cap. 25. O ſingularem Dei prouidentiam D. Salomon Chriſtus fecit ſibi cantores, & cantatrices non ad carnis illecebras, ſed ad ſpiritus alacritatem, ac pietatem excitandam: innumera a primordijs naſcentis eccleſiæ fuerũt agmina monachorum conuenientium ad Dei laudes decantandas: cumque Dauidis Pſalmi iuxta interpretationem LXX. eſſent omnium memoriæ inſcripti, fieri non potuit, vt alia ex Hebræo Pſalmorum interpretatio ab eccleſiaſticis reciperetur. Canunt Clerici, canunt religioſi, canunt Moniales, & abundat eccleſia cantoribus

Exod. 15.

& cantatricibus, indecorumq. eſt religioſis nõ conuenire ad hoc ſanctum opus, niſi forte alijs pietatis operibus ſint impediti, quæ opera non quæſtu, non ambitione, non temporali emolumẽto metienda ſunt. Sed in omnibus adhibendus eſt modus, neq. artificioſis cãticis nimium vacare debet religioſus, ne a meliore ſtudio orationis, contemplationis, Sacręq. lectionis animus auocetur: qua de re vidẽdum eſt primum B. Gregorij decretum, vbi inter alia ſic ſcriptum eſt: vnde fit plerumq. vt ad ſacrũ miniſterium dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur; & cantor miniſter Deum moribus ſtimulet, cum populum vocibus delectat.

Thahhanugoth, i. deliciæ, voluptates, luxus, luxutiæ, Mollicies &c. verbũ Hhanag. i. Delector. Iob. cap. 27. num. 10. Pſ. 36. v. 4. v. 11. Iſa. 55. num. 2 cap. 58. num. 14. Delicijs affluo Iob. 22. num. 26. Iſa. 66. num. 11. quibus in locis ſumitur in bonum, & ſignificat honeſtas delicias. In præſenti autem in malum vſurpatur nomen deliciæ, quoniam ſunt filiorum Adam non filiorum Dei, ſunt deliciæ terrenæ ac viles, quales in domibus regum & diuitum reperiuntur.

Hhanag.

Sidah,

Sadad. Sidah. Sidoth, i. Scyphus Scyphi, vel Vrceol', Vrceoli. Si ex originali verbo Sadad nominis ſignificatio petēda eſt, proprie Sidah ſignificabit, Depopulatricē, vaſtatricem, & diſsipatricem: nā Sadad ſignificat vaſtare depopulari, diſsipare, de quo vide commentarium noſtrum Iob. 15. num. 21. Diſsipo Ezech. 32. num. 12. Confringo. ſ. ſulcos Oſeæ 10. nu. 11. Iob. 39. num. 10. Affligo. Prou. 19. num. 26.

Iudæorum ignorantia, vt in multis apparet etiam hoc loco manifeſta eſt: nam illorum diſſenſio ignorationis eſt argumentū; R.D. vt eſt apud Pagninum interpretatur Honorabilem, alij dicunt eſſe muſicū inſtrumentum, alij exponunt pulchram mulierem captam in prælio, quaſi Sedudah i. deprædata, rapta, & rectum eſt, inquit, vt fuerit inſtrumētum muſicum & ita exponunt doctores noſtri. Hæc ille. R. Abraham mulierē & mulieres captas: R. Sclomoh, currum & currus: aut quadrigam & quadrigas. ſ. opertas. LXX. Complutenſes, Pinceruam & ancillas pincernas: ſed Vaticani, miniſtrum vini & miniſtras. Aquila, minora vaſcula & crateras. Symmachus, Menſurarū ſpecies & appoſitiones. Chaldęus interpretatur, Siphones, i. canales, quibus aqua vel liquor defluit. Volui hanc varietatem verſionum indicare, vt magis illuſtraretur vulgata verſio quæ alijs præſtat. Nam vinum mentem turbat, deuaſtat iudicium, depopulatur ratiocinandi vim, quare per vaſa intelligitur etiam vinum. Parari ſibi fecit Salomō diuerſa vaſa pretioſa, pulchraq. quibus ad bibendum inuitantur etiam, quibus non eſt ſitis. Quamuis vulgatus verterit Scyphos & vrceolos, tamen in genere hæc nomina ſignificant omne genus, & omne inſtrumentum voluptatis, quod hominis mētem deuaſtat, euertitq. ſed vinum ad hoc efficacius eſt. Habac. 2. num. 5. vinum potantem decipit. Oſeæ. 4. num. 11. Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. Prou. 20. num. 1. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas, quicumq. his delectatur non erit ſapiens. Ad Epheſ. 5. num. 18. nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. Multa his ſimilia reperies, ex quibus conſtat appoſitiſsime vulgatum ſignificationem genericam contraxiſſe ad ſpecialem. *Vinum. Ebrietas.*

Multo aliter Chriſtus nobis parauit delicias, non ſibi, qui venit miniſtrare non miniſtrari, cuius deliciæ erant eſſe cū filijs hominum Prou. 8. n. 31. deli- *Matth. 20. 28. Prou. 8. 31.*

deliciæ Chriſti ſpirituales ſũt, ideoq. caſtiſsimæ, tales erant illæ de quibus dicitur Cant.7. num. 6. quam pulchra es, & quam decora chariſsima in delicijs (Thahhanugym) Salomonis deliciæ dicuntur Thahhanugoth genere fæminino; Deliciæ Chriſti Thahhanugym genere maſculino, ſunt enim viriles, ac fortes, quæ animum non debilitãt ſed corroborant conſule loca illa vbi eſt verbum Hhanag. i. delicijs affluo, de quo ſupra dixi, quæ loca delicias continent caſtas ſanctaſq. Nomina illa Sidah Sidoth videntur per appoſitionem explicare quales fuerint deliciæ Salomonis, videlicet, vaſtatrices, diſsipatrices &c. Sed habet etiam Chriſtus ſuos ſcyphos ſiue crateres, iſti diſſipant vitia, vaſtant carnis concupiſcentias, diripiunt omnia vana & noxia, quæ mentes noſtras inficiunt ac vulnerãt: illi crateres Salomonis, depopulantur caſtitatem, modeſtiam ſobrietatem omnem denique virtutem. Vnus ſcyphus calix ſanguinis Chriſti quia vnus tantum ſanguis eſt, ſed multi ſunt calices pro diuerſitate locorum, ſi continens, conſideres, multi ſunt: ſi rem contentam, vnicus eſt. Aptiſsime Calix ſanguinis Chriſti vocatur Sidah. i. captiuans, quia

Euchariſtia ſanguis Chriſti captiuitas illuſtris.

ſanguine Chriſti ſumus, redẽpti, & qui diaboli eramus captiui, a Chriſto liberati facti ſumus eius captura & captiuitas, ſic enim vocamur. Pſ.67.v. Pſ. 67.
19. Aſcendiſti in altum cepiſti captiuitatem &c. quod de Chriſto interpretatus eſt Paulus ad Epheſ. 4. num. 8 Aſ- Epheſ. 4.
cendens, inquit, in altum captiuam duxit captiuitatem &c. Iure belli ſumus Dei ſerui, qui etiam tales ſumus iure creationis, & ob ſummam Dei bonitatam ita captiui ſumus, vt noſtra captiuitas omni libertate præſtantior ſit; ſumus Dei magnificentia filij & hæredes Dei, cohæredes Chriſti qui nos redemit. Dicitur etiam calix Chriſti Sidah. i. deprędans, aut captiuans quia inter omnia fidei noſtræ myſteria hoc vocatur myſterium fidei. Hic eſt, inquit, calix ſãguinis mei, noui & æterni teſtamẽti myſterium fidei &c. hæc enim ſunt verba conſecrationis Calicis. Hic redigitur intellectus hominis fidelis in captiuitatem & in obſequium fidei. Vide Pauli poteſtatem 2. Cor. 2. Cor. 10.
10. num. 5. ad redigendum in captiuitatem omnem intellectum in obſequium Chriſti, nõ eſt hæc captiuitas vilis, ſed nimium glorioſa.

Et magnificatus ſum, & v.9. He. auctus

auctus ſum præ omni, qui fuit ad facies meas in Ieruſalem, in ſuper ſapientia mea aſtitit mihi.

Lat. *Et ſupergreſſus ſum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Ieruſalē ſapiētia quoque perſeuerauit mecum.*

MAgnitudo & incrementum Salomonis non ſolū ad opes, ſed ad omne, quod illuſtre, inſigne, magnificūq. eſt referendum puto. Quid ſignificet Gadal. i. magnifico, dixi Iob ca. 19. nu. 6. & Gadol. i. Magnus. Iob. ca. 1. nu. 3. & c. 3. nu. 19. Magnus dicitur æſtimatione, nobilitate, gloria, opulentia, potentia &c. cum opulentiæ & gloriæ magnitudine ad fuit etiam ſapientia magna: raro enim coeunt iſta nā diuitiarum curæ impediunt ſtudium ſapientiæ. Hāc diuinitus habuit infuſam Salomō, quę cū inter gratias gratis datas cōnumeretur, etiam in homine peccatore perſeuerat ſicut gratia curationū, & prophetiæ donum. Sapientia vero illa, qua ſola diuina dulceſcunt animo, quæ rerum diuinarum guſtū tribuit, & omne, quod a Dei voluntate abhorret inſipidum, inſulſum, amarum, noxiumque iudicat, ac reſpuit, nō reperitur niſi in anima ſancta: de qua dicitur Sap. 1. num. 4. in maleuolam animam non introibit ſapientia, neque habitabit in corpore ſubdito peccatis. Meminit hoc loco Salomon ſapientiæ ſuæ, vt fidem ad hibeamus homini magno & ſapienti, qui expertus fuit omnem rerum abundantiam & delicias, & per ſapientiam de rerum vanitate iudicare potuit. Duo verba Hebræa Gadal. i. magnifico, & Iaçaph. i. addo, adaugeo, augeo &c. verbo & nomine expreſsit vulgatus ſcilicet ſupergreſſus ſum opibus.

Sapientia duplex. *Sap. 1.*

v. 10. H. *Et omnia, quæ poſtulauerunt oculi mei non elongaui ab eis: non prohibui cor meū ab omni lætitia, quia cor meum lætatum eſt de omni labore meo, & hac fuit pars mea de omni labore meo.*

Lat. *Et omnia, quæ deſiderauerunt oculi mei non negaui eis, nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his, quæ præparaueram: & hanc ratus ſum partem meam ſi vterer labore meo.*

Oculi

OCVLI tãquã ſpeculatores in ſublimi reſident; omnium ſenſuum viſus princeps eſt, reliquis indicat quid appetendum aut fugiendũ prę ſertim guſtui & tactui, quorũ paſsiones vehemẽtes ſunt. Habet per ſe magnam oblectationem in colorum figurarum quę varietate, multitudine, pulchritudine. Vagandi licentiam dedit Salomon oculis ſuis, nullam voluptatis materiam illis ſubtraxit, oblitus diuini conſilij, & exempli, dum oculis laxat habenas in nefaria ſcelera, turpiſsimumq. ruit amorem. Exemplum Iobi ſequi debuerat, qui cap. 31. num. 1. ait, Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Vide quæ ibi a me dicta ſunt. Patris ſui exemplo cauere ſibi deberet, qui viſam Bethſabee ſe lauantem concupiuit, ad ſe venire fecit, adulterium cõmiſit, quod ſecutum eſt homicidium, vnde illum graues exceperunt calamitates, eique dictum eſt, nõ recedet gladius de domo tua vſq. in ſempiternum. Huius errati, & communis fragilitatis memor Deum precabatur, Auerte, inquiens, oculos meos ne videant vanitatem. Ergo magis cauendum ne videant iniquitatem, turpitudinemq. Cõſilium Dei, imo præceptum extat Num. 15. nu. 37. Dixit Dominus ad Moyſen: loquere filijs Iſrael & dices ad eos, vt faciant ſibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cum viderint recordentur omnium mandatorum Domini, nec ſequantur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes &c. Hebraice, pro, ne ſequantur &c. ſic eſt; & non explorabitis poſt cor veſtrũ, & poſt oculos veſtros, quos vos fornicantes poſt eos.

Oculi clandendi, & a vanis rebus auertendi.

2. Reg. c. 11.

Pſ. 118. v. 37.

Num. 15.

Omne pretioſum magna cura ſeruandum eſt, nihil in corpore pretioſius oculis, omne pretioſum ex commiſtione deterioris fit deterius; aurum quia omnia metalla excellit, cuiuſuis mixtura minuitur eius pretium, & ſicut illicita corporum cõmiſtio vocatur fornicatio, ita oculi dicuntur fornicari, vel homines fornicantur poſt oculos, quia amore miſcentur rebus caducis, vanis aut vilibus. Vt igitur cor immaculatum ſeruetur, oculi auocãdi ſunt ab iſtis, ſed quia eorum operatio facillima aliquid illis obijciendum, quo reprimatur eorum euagatio. Singulare remedium excogitauit Deus, ſcilicet fimbrias veſtimenti, in quibus ligarentur vittæ hyacinthinæ coloris cæleſtis, quibus inſpectis homines

nes recordarentur mandatorum Dei, quorum obſeruatio facit hominem regni cæleſtis participem. Dauid cum peccatus eſt Dominum, vt oculos eius auerteret ne viderent vanitatem, addidit: In via tua (vel vt eſt in H. in vijs tuis) viuifica me, ſignificare volens per oculos fornicantes mortem intrare, moriqne illum, qui intuitu vanitatis obliuiſcitur mandatorum Dei. Sed de oculis plura dicenda, v. 14.

Pſa. 118. 37.

Prudens homo ſenſibus ſuis imperat, ſenſus regit, & animo ſeruire facit. Imprudēter Salomon ſenſibus obſequitur: prudenter vero imprudentiam ſuam nunc accuſat. Multos habet vanitatis, & imprudentiæ imitatores, paucos vero prudentiæ. Illud etiam aduertendum, Salomonem nullam prætendere excuſationem vanitatis & culpę ſue, imo ſincere fatetur erratū ſuū, quod grauius in illo fuit, quia ſapientia eius perſeuerauit in illo, quod ideo dixit, vt grauitas culpæ appareret. Quiſquis rite confiteri deſiderat, & veniam a Deo impetrare Salomonem imitetur, & Dauidem qui aiebat. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Sic accuſat verus pænitens, aduerſum ſe loquitur, non ſicut Adam, qui vxorem ſuam accuſat imo Deum, qui illam ipſi ſociam dederat. Heua in ſerpentem reijcit crimen ſuum, & quia non dixerunt aduerſum ſe iniuſtitiam ſuam, acceſſerunt contra ſe Dei iuſtitiam atque vindictam. Nihil oculis negauit Salomon minime iam ſui compos, cordis voluptas ſequitur oculorum licentiam: putatque ſecum præclare agi ſi fruatur labore ſuo, ſunt enim gratiora, quæ proprio ſunt labore parta. Miſeri mortales de æterna quiete diffidentes, præſentem appetunt, & in illa ſe oblectant. Salomō oculos paſcit pulchritudine, cor cuius tradit lætitię, hanc ſuam partē reputat ſi fruatur rebus a ſe quæſitis aut comparatis. Quantum ab hac vanitate, imo perditione aberat pater eius, qui pſal. 72. v. 25. quid mihi, inquit, eſt in cęlo, & a te quid volui ſuper terram, defecit caro mea cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternū. Salomonis caro & cor reficiebatur reb⁹ vanis, & a Diuinis deficiebat, Dauidis caro & cor deficiebat reſpuēs omnē delectationē trāſitoriā, vt reficeretur diuinis donis. Idē Pſ. 118. v. 57. Portio, inquit, mea Domine, dixi cuſtodire legem tuam. D. legis cuſtodia

Non excuſanda peccata.

Confeſſio accuſatio. Pſa. 31. v. 5.

Gen. 3.

In Deo quieſcendum & oblectandum.

Pſalm. 118.

dia tribuit homini ius ad æternam hæreditatem: Dei gratia hominem præuenit, vt velit legem amplecti, eadem gratia vires ad agendum præbet, tandẽ gratia Dei vita æterna. Fatetur Salomon errorem ſuum, qui partem ſuam exiſtimabat mundanam lætitiam: ergo cũ Salomone reſipiſcamus, qui ſimili ſumus vanitate decepti.

Rom.6.v.23

Saal. Saal proprie ſignificat, quærere, inde fit vt ſignificet interrogare poſtulare precari, rogare & deſiderare, nam quæ deſiderãtur quęruntur, petuntur, poſtulantur: ideo vulgatus vertit deſiderate.

Atſal. Atſal. i. Reſeruo Gen. 27. nu. 36. Aufero Num. 11. n. 17. n. 25 Nego: hic. Aſylym, ideſt qui procul receſſerant, Exod. 24. n. 11. Longinqua Iſa. 41. num. 9. Manahh, ideſt priuo, nego, denego, abſcondo, aufero, cælo, abnuo, & c. exempla reperies. Iob. 20. nu, 13. in noſtro commentario.

V. 11. He. *Et reſpexi ego in omnia opera mea, quæ fecerant manus meæ, & in omnem laborem, quo laboraui ad faciendum, & ecce omnia vanitas, & afflictio ſpiritus, & non reſiduum ſub ſole.*

Lat. *Cumque me conuertiſſem ad vniuerſa opera, quæ fecerant manus meæ & ad labores in quibus fruſtra ſudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi & nihil permanere ſub ſole.*

QVid eſt quod agredienti Lot de Sodomis præcipit Angelus ne retro aſpiciat? Quid ꝙ eius vxor huius pręcepti contemptrix ac violatrix dat ſtatim pænas in ſtatuam ſalis conuerſa? Chriſtus etiam, nemo, inquit, mittens manũ ſuam ad aratrum & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei. Paulus quæ ſunt retro oblitus ad anteriora ſe extendebat. Salomon vero prudenter ac ſalubriter retro ſe reſpexiſſe affirmat, idem opus, eadem conſideratio, & cogitatio laudabilis aut vituperatione digna eſt pro diuerſitate finis, ac intentionis. Sincerũ eſt niſi vas quodcũque infundis aſceſcit ex rore apis mel conficit: aranea autem venenum. Num. 11. n. 5. quis dabit nobis ad veſcendum carnes: recordamur piſcium, quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porrique, & cępe, & allia: anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Man. En homines corrup-

Gen. 19.

Memoria præteritorum ſalubris aut noxia.

rupto ac deprauato iudicio recordantur Ægypti, & cum deberent recordari duriſsimę ſeruitutis, a qua tot prodigijs a Deo libertati ſunt reſtituti, ſolum recordantur rerum viliſsimarum, quarum appetentiam deprauatus affectus excitabat cumque ſuauiſsimum cibum haberent præſentem, retro reſpiciunt imprudenter & impudenter. Ad prudentem & ſalutarẽ præteritarũ rerũ recordationem nos inuitat Moyſes Deu. 32. num. 7. Memento dierum antiquorum cogita generationes ſingulas, interroga patrem tuum & annunciabit tibi: maiores tuos & dicent tibi, &c. & Dauid. Pſal. 104. v. 5. Memento te mirabilium eius quæ fecit, prodigia eius, & iudicia oris eius, &c. Lege totũ pſalmum & pſalm. 105. multi eundem hortum ad colligendas herbas aut flores ingrediũtur, ſed non eadem mente & fine, iuuenis ac puella vt texant coronas, & faſciculos amatorios componant: Medicus ſeu pharmacopola, vt faciat medicamina: ſic memoria rerum præteritarũ alijs prodeſt, alijs nocet. Peccator cui difficilis apparet virtus, qui futurorum bonorũ ſpẽ abiecit, qui tẽporaliũ deliciarum amore capitur præteritæ vitæ recordatur in malũ ſuum, dolet abſentiã voluptatis; aut recordatione ſe oblectat: ſic de illis, qui recordabantur peponum & alliorũ dicitur Pſalm. 77. v. 41. & conuerſi ſunt & tentauerunt Deũ & ſanctũ Iſrael exacerbauerũt non ſunt recordati manus eius, die, qua redemit eos de manu tribulantis, &c. ſic multis mortis meditatio ſalubris alijs vero noxia: de qua opportunius dicam ca. 7. nu. 3. Salomon conuerſus reſpexit omnia opera ſua, in quibus non attendebat voluptatem, ſed vanitatem, & voluptatis fallaciam. Ezechias recogitat annos vitæ ſuæ in amaritudine animæ ſuæ. (Iſa. 38. 15.) Vt recogitatio prę teritarum actionum ſit ſalubris requiritur firmum animi propoſitum bene viuendi, ſincerus virtutis amor, & peccatorum deteſtatio ac pænitẽtia, aliter iuuenis, aliter ſenex recordari poteſt ante actę vitę: ſunt aliqua vitia, quę perpetua obliuione inuoluere ſalubrius eſt, alia vero recordari prodeſt plurimum, quia animum vehementer pungunt, periculoſum eſt iuueni venereæ recordari voluptatis, fugienda eſt huiuſmodi conſideratio etiamſi inuoluatur aliarum rerum memoria, quæ animo moleſta ſunt, vt ſunt fraudes meritricum, graueolentia, turpitudo, vlcera, & carcino-

mata, vitæque diſcrimina, fu-
1.Co.6.v.18 gienda eſt perpetuo fornica-
tio, eiuſque recordatio exter-
minanda.

Cum Lot præcipitur ne re-
tro reſpiciat, fugæ matutitas intimatur, vt in monte ſaluum ſe faceret, qui enim properat, vt mortem euadat periculoſe ſubſiſtit ad reſpiciendum ea, quę poſt tergum relinquit. Docemur in hoc præcepto; vt quā citiſsime relinquamus malorum conſortium, & quam longiſsime ab illis recedere conemur: iam longe abſentes eorū interitum contemplari poterimus, & pro incolumitate noſtra Deo gratias agere. Ille regno Dei ineptus eſt, qui miſit manum ad aratrum & retro conuerſus, retro reſpiciēs prę-
teritarum voluptatum, & vanitatum recordatur; qui delicias cum amore memoria recolit, qui vero ita illas recogitat, vt deteſtetur, gaudeatque ſalutis ſuæ pericula euaſiſſe, & pro tāto beneficio gratias agit, hic aptus eſt reg-
Philip.3.13. no Dei. Beatus Paulus, cum eorum, quæ retro erant obliuiſcebatur, docet ſemper enitendum vt in virtute proficiamus neque attendere debemus quātum ſpatij emenſi fuerimus in perfectionis curriculo, ſed quātū ſuper ſit percurrendū: nam in via Dei non proficere eſt deficere: ſicut qui in ſtadio currit, & ad metā brauiumq properat: non curat relictum a tergo ſpatium, ſed curſum perficere magna contentione nititur. Verba Pauli ſunt: Non quod iā acceperim aut iā perfectus ſim, ſequor autē ſi quo modo compræhendam in quo & compræhenſus ſum a Chriſto Ieſu. Fratres ego me non arbitror compræhēdiſſe. Vnum autem, quę quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea vero, quæ priora ſunt extendens meipſum ad deſtinatum perſequor ad brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu.

Panah, quod hic vertit vulgatus, conuertere, & v.12. Trāſire: proprie ſignificat, reſpicere, circunſpicere. Itē parare, pręparare. Vide v.12.

Dicit Salomon feciſſe ma- Facere.
nibus ſuis, quod eius imperio factum eſt, vt indicet fuiſſe opera illa ſibi tā grata ac ſi manibus ſuis perfeciſſet. Fortaſsis
cum Dauid dicit manus tuæ Pſalm. 118.
fecerūt me, &c. item Iob, ideo hac loquendi forma vtuntur non ſolum vt oſtēdant Deum eſſe hominis plaſmatorē, ſed etiam vt illum ad beneuolentiam inclinent, vt eius miſerationem ad ſe trahant, omnis enim artifex opus ſuū in quo elaborauit diligit ac tuetur.

Notanda eſt phraſis illa, labo-

Facio. laboraui ad faciendum, pro quo vulgatus vertit fruſtra ſudaueram, vbi Lorinus de ſudore non ſine ſudore fruſtra tractat. *Hhaſah.* Verbum Hhaſah non ſolum ſignificat facere, ſed etiã perficere, exornare, illuſtrare neque modo huius verbi amplitudinem explicare volo, ſufficiant nunc hęc, quæ ſequuntur. 1. Reg. 12. nu. 6. Dominus, *Facit Deus.* qui fecit Moyſen & Aaron, ideſt illuſtrauit, honorificauit, amplificauit, &c. Pſal. 21. num. 32. Anunciabunt cæli iuſtitiam eius populo, qui naſcetur, quem fecit Dominus, i. elegit, exornauit, &c. Pſal. 117. v. 24. hæc eſt dies, quem fecit Dominus, ideſt ſingulari decore illuſtrauit, &c. Pſal. 36. v. 5. Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet: i. perficiet. Hinc fit vt verbum etiam ſignificet. Implere. Leu. 25. nu. 18. Num. 30. nu. 3. ca. 32 nu. 24. Deut. 4 nu. 6. ca. 11. nu. 32. ca. 24. nu. 8. ca. 26. nu. 16. ca. 29. nu. 9. ca. 31. nu. 12. c. 32. nu. 46. Iob. 5. nu. 12. Orno. 2. Para. 24. nu. 7. Ornauerunt phanũ Baalim. Perficio 3. Reg. 7. nu. 18. nu. 40. & perfecit omne opus. H (compleuit Calah) Hiram ad faciendum, ideſt perficiendum omne opus, &c. 1. Paral. ca. 28 nu. 10. confortare & perfice. Opere compleo. Ioſue. 22. nu. 5. ex dictis intelligemus illud. Gen. 2. nu. 3. quod creauit Deus vt faceret. i. creauit & ad perfectum duxit, fecit perfecit, exornauit, & in præſenti laborauit Salomõ ad faciendũ, i. perficiendum. Nihil autẽ tam accurate fit, nihil tã perfectum eſt, in quo nõ reperiatur vanitas, & afflictio ſpiritus, niſi ad Dei gloriam referatur: quia ſi in hac vita nihil reperitur, quod ſatiare poſsit hominis deſideriũ, & in quo quieſcere poſsit, veruntamen ſi propter Deum fit, non vana, ſed firma ac ſolida ſpe animus confortatur. Rehhuth, i. afflictio &c. ſup c. 1. v. 14. quidam vertunt, pactio ſpiritus, nam nomen poteſt deriuari a verbo Rahhah, i. paſco, depaſco, quod depaſcitur ſenſim conſumitur, curę autem rerum temporalium ſpiritum conſumũt *Cura ſæculi.* curæ cæleſtium ſpiritum reficiũt. Iithron, ideſt reliquũ, amplius &c. ſup. ca. 1 v 3.

Et reſpexi ego ad videndum ſapientiam & inſanias & ſtultitiam quia quid homo qui veniat poſt regem, qui iam fecerunt ipſum? v. 12. H.

Tranſiui ad contemplandam ſapientiam erroreſq & ſtultitiam (quid eſt inquam homo qui poſsit ſequi regem factorem ſuum?) Lat.

G 3 Diffici-

Difficilis ſententia & multitudine interpretationũ obſcurata magis: relictis varijs interpretum ſententijs conabimur aliquid lucis afferre: vnius tantum B. Hieronymi interpretationẽ referentes. Dicit autem (inquit Hiero.) ſe poſt delicias voluptateſque damnatas reuertiſſe ad ſapientiam perquirendam, in qua plus erroris, ſtultitiæque repererit, quam veræ certęq. prudentiæ. Non enim puto poſſe hominẽ tam liquido & pure ſcire ſciẽtiam creatoris, & regis ſui, quã ſcit ille qui conditor eſt. Itaq. & illa, quæ nouimus opinari nos potius quam tenere, & ęſtimare magis quã ſcire, quod verũ eſt. Hæc. Hieronym. Cognita rerum vanitate, & actionum noſtrarum, quæ ad Beatitudinem non diriguntur Salomon animum auocat a delicijs & ad ſapientiam transfert, cuius luce potuit videre quanta ſub nocte iaceret noſtra dies. Vidit in lumine ſapientiæ infinitos hominum errores, ſtultitiaſque, tam in ſpeculatricibus ſcientijs, quam in practicis ſiue his, quæ actiones humanas moderari documentis profitẽtur. Infinitę propemodum ſũt errantium opiniones maxime circa Diuinitatem, ac Dei naturam & prouidentiam, qua in re periculoſiſsime erratur, & perniciosiſsime in errore perſeueratur. Quid dicam de Philoſophorum ſectis, pugnãtibuſq. placitis? valde dolendũ eſt hoc diſsidium etiam Chriſtianorum ſcholas inuaſiſſe & contaminaſſe. Beatus Thomas nunquã putauit fore vt a ſe ſecta aliqua denominaretur, ſed homines contẽtioſi inuexerũt ſectarum nomenclaturas, vt alij dicerentur Thomiſtæ, alij Scotiſtæ, cum B. Thomas pro veritate certandum duxerit, neque per contẽtionem aliquid affirmauerit. Si quis aliud certa ratione inuenit alienum a placitis D. Tho. nequaquã alienum aſſeruit a mente S. Doctoris qui modeſtiſsimus ſemper fuit. Vbi diſcrepantes inueniũtur ſententię, neceſſe eſt, vt adſint aliqui errores: ſtultitia vero comes eſt pertinaciæ, qua aliqui non tam pro veritate, quam pro hominis auctoritate pugnant. Errorum igitur & ſtultitiarum multitudinem miratus Salomon exclamat, quis inquit, eſt qui his rebus inuolutus ac prępeditus poſsit ſequi regem ſuum, hoc eſt, Deũ factorem ſuum? quaſi dicat, cũ omne noſtrum ſtudium collocare deberemus, vt Deum cognoſceremus, & quæ ei ſunt placita faceremus, rebus inanibus vacamus. Propterea David precatur: Reuela, inquit, ocu-

Sectarũ multitudo.

Pſ. 118. v. 18

oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Itē, Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam & cuſtodiam illā in toto corde meo. Niſi Deus oculos reuelauerit, niſi intellectum dederit, erroribus inuoluemur & ſtultitijs implicabimur. Videtur etiam Salomō ſic argumentari, ſi circa res viſibiles tot ſunt errores, & ſic homines inſaniunt, quis poterit ſcire Dei arcana? Item, ille vere ſapiens eſt, qui Deum cognoſcit, cum ſit ſtultorum numerus infinitus, quis poterit cogitatione & affectu ſequi regem ſuum & factorem ſuum? Deponat omnes carnales affectus, deſpiciat omne, quod caducum & vanum eſt, recedat quam longiſsime a vanitate, vt inuenire poſsit veritatem. Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire; nemo ſimul ante & retro aſpicere poteſt.

Hæc mihi videtur plana & cohærens huius loci intelligentia: in verborum ponderatione magis elucidabitur.

Panah. Panah, ideſt aſpicio reſpicio, vnde Panym, ideſt facies, vultus, non ſolum ſignificat faciei conuerſionem, ſed totius corporis cum motu locali. Geneſ. 18. nu 22. conuerterunt que ſe inde & abierunt Sodomam. Hic non recte vertitur per verbum, Reſpicio. Deuteronom. 3. num. 1. itaque conuerſi aſcendimus per iter Baſan. 2. Reg. 1. num. 7. & Iob. 5. num. 1. commode verti poteſt per verbum reſpicio. Iſa. 45. n. 22. conuertimini ad me & ſalui eritis. Hoc loco, reſpicere ad Deū eſt cognitione & affectu ad Deū ire. Iere. 50. n. 16 vnuſquiſq. ad populū ſuū conuertetur. Ezech. 36. n. 9. Verto Num. 21. n 33. 1. Reg. 13. n. 18. 3 Reg. 2. n. 3. 4. Reg. 5. n. 12. Pro. 17. n. 8. Ier. 2. n. 27. verterūt ad me tergum. Item ca. 32. nu. 33. &c. Sequor. Deut. ca. 31. n. 18. Ezech. ca. 29. nu. 16. cum autē huiuſmodi verſio ſiue conuerſio ſępe motui locali iuncta ſit, optime poteſt verbum hoc verti per verbum, Tranſeo. Animi autem affectus motus vocantur & mores, ſtudia, actioneſque vię dicuntur, & homo dicitur ambulare vias bonas vel malas, abire in conſilio impiorum, aut ambulare in lege Domini. Quare Salomon reſpiciendo ad ſapientiam cōuerſus eſt, tranſiuitque a delicijs ad ſtudium ſapientię. Errores vide ca. 1. nu. 17. Pſ. 1. Pſ. 118

Vt ſequi poſsit, &c. venire ſiue ire poſt aliquem Hebraica phraſi eſt. Sequi, quod non tam ſignificat cognitionem, conſiderationemque, quam imitationem & obediētiā, & cū aliquo conſuetudinē *Ire poſt aliquem. Sequi aliquē.*

& conuerſationem, quæ cognitionem etiam includit, ſed perſe, & principaliter illam nõ ſignificat. Dicitur etiã de motu corporali, quo aliquem cõmitamur, & poſt illum pergimus. Neq. refert vtrum nomẽ Acharey iungatur verbo Bo, i. eo, venio, &c. an verbo Halac. vel Ialac eiuſdem fere ſignificationis. Gen. 24. n. 8. ſin autẽ mulier noluerit ſequi te, H. ire poſt te, n. 61. ſecutę ſũt virũ, H. abierunt poſt virum, c. 32. nu. 19. ſunt huius rei plurima exempla. Gen. 41. n. 19. H. aſcendentes poſt eas, nu. 30. H. ſurgent poſt eos. Exod. 14. nu. 28. H. venientes poſt eos. Hæc & ſimilia de motu locali, nunc de imitatione. Exod. 23. nu. 2. Non ſequeris turbam ad faciẽdum malum, H. non eris poſt multos, &c. De obediẽtia Deute. 7. n. 4. ſeducet filium tuum ne ſequatur me. H. recedere faciet filium tuũ a poſt me. Deu. 8. n. 19. ſecutus fueris deos alienos, ca. 13. n. 2. n. 4. Dominum Deum veſtrum ſequimini, ca. 28. num. 14. nec ſecutus fueris deos alienos. Iud. 2. nu. 12. n. 19 &c. 1. Reg 12. nu. 14. ſequentes Dominũ, H. poſt. (Achar) Dominũ. 3. Reg. 9. n. 6. non ſequẽtes me H. a poſt me. ca. 14. nu. 8 qui cuſtodiuit mandata mea, & ſecutus eſt me (H. ambulauit poſt me) in toto corde ſuo c. 18. n. 18. n. 21. &c. in nouo etiam teſtamẽto frequẽs eſt hęc phraſis Matth. 16. n. 24 tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me. c. 19. n. 21 27. Marci. 8. n. 34. Ioã. 8. nu. 12. qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Matt. 4. n. 19. venite poſt me, c. 16. n. 24. ſi quis vult poſt me venire, &c. Lucæ. 9. n. 23. &c Ex his colligo Salomonẽ in præſenti, per venire poſt regem & factorẽ intelligere obſequiũ, obedientiam erga Deum, & apud illũ ſanctam conuerſationem, a qua abſunt omnes mundani curis ſæculi inuoluti, vitijs corrupti, voluptatibus inſanientes. Admiratus igitur hominũ errores, inſaniam, ſtultitiamq. exclamat. Quis eſt homo qui veniat poſt regem factoremq. ſuum? David quoque miratus ait, Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Item: omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt &c. crediderim Salomonem ſpiritu prophetico de Chriſto fuiſſe locutum, qui habet in fæmore & in veſtimẽto ſcriptum, Rex regum & Dominus dominantium. Hunc regem is ſequitur, qui diuitias ſæculares reprobauit, delicias condemnauit, omnem mundanum faſtum calcauit. Hic rex docuit exẽplo & verbo

Pſalm. 4. v. 3
Pſalm. 13. 3.

bo paupertatē,humilitatē,mā ſuetudinē,caſtitatem,tēperan tiam,patientiam, charitatem. Inſanus non ſequitur ſapientem; vanus veracem, iniquus iuſtum: ſuperbus humilem: luxurioſus omnem luxum & delicias contemnentem. Sed ne homines aſſueti mundanis rebus, faſtui, pompæ, delicijs, cōtentioni, ſuperbiæ, cæteriſq. corruptelis aſpernarentur regem ſuum venientem manſuetum & pauperem, Dauid admonuit nos, & poſtquam illis verbis, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium, nos ab inſania & ſtultitia retrahere conatus eſt, ſtatim ſubijcit, ſcitote quoniam Dominus ſanctum ſuum mirificauit: nā ſi iacet in præſepio Angeli in cęlo canunt: Gloria in excelſis Deo &c. non erat ei neq. matri eius locus in diuerſorio: natus pannis inuoluitur, ſed poſt paucos dies a Magis adoratur: miracula numero, & qualitate inſignia indicāt Regis noſtri excellentiam & Diuinitatem. Sed propter id, quod ſequitur, per Regem factorem intelligere debemus Deum in perſonis Trinum, & in Diuinitate vnum, quem imitari debemus in eo, quo ſe imitandum nobis proponit, Sancti, inquit, eritis quoniam ego ſanctus ſum: ſanctimonia autem omnem excludit immunditiam & impuritatem, & omnem continet virtutem. Pro, factorem, in Hebræo eſt, Hhaſuhu id eſt, fecerunt ipſum, ſcilicet innuitur inſinuaturq. Trinitatis myſterium, quod multis in locis animaduertere licebit, vt cap. 12. num. 1. Memento creatoris tui. H. Borey ca. ideſt creatorum tuorum, ſi dicas nomen eſſe ſingulare & Iod eſſe paragogicum, obijciā tibi locum Iſa. 43. num. 1. hæc dicit Dominus creans te. H. Boraca. i. creator tuus numero ſingulari. Omitto nunc id, quod a multis obſeruatum eſt de nomine Elohim, quod eſt numeri pluralis & iungitur verbo ſingulari toto cap. 1. Geneſis & alibi ſæpe: alia efficaciora producamus teſtimonia, inter quæ primum occurrit illud Geneſ. 1. num. 26. faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, clarius adhuc Gen. 35. num. 7. ibi enim apparuit ei Deus. H. quia ibi reuelati ſunt ad eum Elohim. cap. 31. num 53. Deus Abraham & Deus Nachor iudicet (H. Iudicent) inter nos &c. abſit autem, vt vir pius Iacob Deorū multitudinem crediderit, aut falſo Deo honorem deferre voluerit, aut deferre ſe finxerit. Geneſ. 20. nu. 13. Poſtquā autem

Luc. 2. v. 14.

Leuit. 20. n. 7. 26.

Trinitas.

autem eduxit me Deus &c. H.& fuit quando errare(id eſt peregrinari) fecerunt me Deus. 1. Reg. 17. num. 26. qui exprobrauit acies Dei viuentis. H. viuentium. Item. num. 36.2. Reg. 7. num. 23. propter quam iuit Deus. H. iuerunt Deus. Ioſue 24. num. 19. Deus enim ſanctus H. ſancti. Pſal. 57. v. 12. vtique eſt Deus iudicans. H. Iudicantes. Pſal. 149. v. 2. lætetur Iſrael in eo, qui fecit eũ. H. in factoribus ſuis. Iſa. 54. n. 5. Dominabitur tui qui fecit te. H. Bohhalayc Hhoſayc id eſt poſſeſſores tui (vel mariti tui) factores tui. Vide etiam Pſ. 104. v. 27. Poſuit. H. poſuerunt. Iſa. 26. num. 1. Mitte. H. Mittite. Qua de re dixi libro de D. Nominibus, ſed quia lingua vulgari ſcriptus eſt & noſtris tãtum hoc notum foret ideo placuit hic breuiter hæc referre, vide Iſa. 54. num. 5. H. dominatores tui factores tui. Nollem videri nimium curioſus in hac obſeruatione, ſed tamen obſeruandum duxi, dictionem Cebar poſſe eſſe aduerbium, & poſſe eſſe aduerbium iunctum nomini, ita vt ſint duæ dictiones, ſiue littera vna, & dictio vna. Cebar vnica dictio ſignificat, Iam: Eccleſ. 1. num. 10. cap. 3. nu. 15. cap. 6. num. 10. ſi vero ſit dictio compoſita, littera Caph ſignificat, iuxta, quaſi, ſecundum. Bar. vero puritatem filium &c. & tunc ſic vertendum foret, quia quis (vel, quid) Homo, qui veniat poſt regem, quem ſecundum puritatem fecerunt eum? vel, quẽ quaſi filium fecerunt eum. Ex hac verſione, quæ Hebræo cõformis eſt, elegans ſenſus naſcitur. Miratur enim Salomon hominis ingratitudinem, inſaniam, ſtultitiamq. qui cum a Deo ſit factus purus, ſanctus rectus non vult intelligere vt bene agat, ſed ſic viuit, vt cõparetur iumentis inſipienti- Pſ. 35. v. 4.
bus. Vocatur homo a Deo ad Pſ. 48. v. 13.
vitæ puritatem. 1. Teſſalon. 4. num. 7. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem, creauit nos Deus, vt eſſemus non ſolum ſerui, ſed chariſſimi filij, hæredes Dei, cohæredes Chriſti, nos vero hanc dignationem contemnimus, impuram vitam viuimus, & relicta patris domo abimus in Luc. 15. 13.
longinquam regionem, vbi porcos paſcimus, & de ſiliquis *Bar.*
ſaturari cupimus. Quod Bar ſignificet, Filiũ habes. 1. Eſdræ. cap. 5. nu. 1. ca. 6. nu. 14. cap. 2. nu. 1. Dan. 7. n. 13. &c. inde Petrus dictus eſt Bar Ionah. i. filius columbæ. Bar. i. mundum Iob. 11. num. 4. Pſal. 23. nu. 4. &c.

4. genere fæm. Barah. id eſt lucidum. Pſ. 18. v. 9. Barey Leb. i. mundi corde Pſ. 72. v. 2. Recti corde. Bor. i. puritas Pſal. 17. v. 20. purum. Iſa. 1. num. 25. Mundiria. 2. Reg. 22. num. 21. Iob. 22. nu. 30. Bar. id eſt Dilectus. Prou. 31. nu. 2. Barah. i. electum. Cant. 6. num. 8. fecit ergo Deus hominem vt eſſet filius, dilectus, electus, mũdus, purus, rectus.

v. 13. H. *Et vidi ego quod eſt praſtantia ſapientia pra ſtultitia, ſicut praſtantia lucis pra tenebris.*

Lat. *Et vidi quod tantum pra cederet ſapientia ſtultitiam, quantum differt lux á tenebris.*

Vera ſapientia. MINIME aſſentiri poſſum his, qui putant Salomonem loqui de ſapientia humana præſertim ſpeculatrice, fortaſsis in ſapientiam illam aliqua ex parte conuenit hæc ſententia, quæ de vita rectè inſtituenda præcepta tradit, non enim loquitur ſapiens de ſapientia more Philoſophorum, quamuis a vere philoſophantibus ſapientia dici non poteſt, quæ cum ignoratione iuſtitiæ & prudentiæ *Sui ignorantia.* reperitur, qui autem prudens eſt, vir bonus eſt, certe qui ſe ipſum ignorat inſipiens eſt: quid ſapit, qui ſibi non ſapit? Homines natura omnibus viſibilibus præſtant, ſi ergo ſcio aſtrorum motus, orbium cæleſtium craſsitudines, planetarũm aſpectus, & influxus, ſi ad vnguem teneo lapidum proprietates, herbarum, plantarũ animaliumq. ſed me ipſum ignoro, inſipiẽs merito & imprudens iudicabor, quoniã diſcendi ordinem peruerto, & quod præſtantiſsimum eſt, mihiq. ad fęlicitatem neceſſarium ignoro. Mercator qui vilius venderet ſericum, aut pannũ ſerico & auro contextum, quam telã rudem & vilem, inſanus reputaretur. Deſiperet qui adamãtem aut pretioſum lapidẽ pro arena aut luto cõmutaret. Gallus gallinaceus pluris facit granum tritici quam vnionem, id enim ſibi vtilius. Peccator ob ſuæ dignitatis & fælicitatis ignorantiam vitijs ſe tradit, animum turpi affectu polluit, ergo ſtultiſſimus eſt. Audiamus Socratem apud Platonem de hac ſui notione diſſerentem: ſe ipſum, inquit, ignorare ſapere eſt, an deſipere? Deſipere: Seipſum itaque noſſe, ſapere eſt? eſt inquit. Hoc igitur vt videtur & inſcriptio, quæ in Delphis eſt, pręcipit. Prudentiam ſcilicet, & iuſtitiam colere. Hæc Socra-

tes, ex quo colligitur deſipere eum, ſeq. ipſumi gnorare, qui prudentiam & iuſtitiam non colit. Salomon ni fallor de illa ſapientia loquitur, quæ mentis intima illuminat, & affectus regit, vt homo agnoſcat ſe ad imaginem Dei factũ, & ad æternam fęlicitatẽ creatum, ad quam peruenire non poteſt niſi ſequatur regem factorem ſuum, cuius potentiã timeat, & bonitatem vnice diligat, principium enim ſapientiæ eſt timor Domini, vt ipſe docuerat Prou. 1. num. 7. Hæc ſapientia lux eſt, quæ extra Dei legem non inuenitur, de qua loquens Moyſes Deu. 4. num. 6. Hæc eſt, inquit, veſtra ſapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc, dicant: En populus ſapiens & intelligens, gens magna.

Prou. 6. Lex etiam lux eſt. Prou. 6. num. 23. Mandatum lucerna eſt, & lex lux &c. Omne peccatum tenebræ ſunt, & vmbra mortis, omnis peccator quatumuis ſapiens reputetur in tenebris manet, longe ergo a vera ſapientia abeſt, & niſi ſequatur regem factorem ſuum inſipiens erit, quoniam ſapientia ab ſtultitia differt ſicut lux a tenebris: Chriſtus autem dicit Ioan. 8. num. 12. Qui ſequi

Ioan. 8. tur me non ambulat in tenebris ſed habebit lumen vitæ, & c. 3. num. 19. Hoc eſt autem Ioan. 3.

iudicium, quia lux venit in mundum & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, erant enim eorum mala opera: omnis enim, qui male agit odit lucem &c. ex quibus conficio Salomonem de illa ſapientia loqui, quæ facit hominem obedientẽ factori ſuo, qui eſt lux indeficiens, via, veritas & vita.

Aduerte nomen Iithrõ ſignificare præſtantiam, excellentiam, abũdantiam: vt dictũ eſt cap. 1. v. 3. vulgatus vertit per verba, præcedo, differo.

Sapientis oculi eius in capite eius. & ſtultus in tenebris ambulans. & cognoui etiam ego quod euẽtus vnus euenit omnibus ipſis. V. 14. H.

Sapientis oculi in capite eius ſtultus in tenebris ambulat: & didici quod vnus vtriuſq. eſſet interitus. Lat.

PRÆCLARA ſane & ſapientiſsimo viro digna ſententia, diuinam quandam hic contineri Philoſophiam non ambigo, quam pro viribus eruere conabor Dei ope: Communis expoſitio eſt, ſapientem habere oculos in capite

pite,quia alta & cæleſtia contemplatur.Stulti vero quia terrena intuentur, amant, quæruntq. in pedibus oculos potius quam in capite habere putantur: oculos enim ſuos ſtatuerunt impij declinare in terram.Cæleſtia non curant,quia non amant,ſine vllo metu mala perpetrant,quia neq. Deum attendunt, nec eius iuſtitiam: terrena ſapiunt, ibi ergo habent oculos vbi pedes ſunt, non ergo in capite ſuo:Pronaq. cum ſpectent animalia cætera terrã,os homini(Deus) ſublime dedit cælumq. tueri iuſsit,& erectos ad ſydera tollere vultus. Probabilis quidẽ & elegans ſententia.quæ magnorum virorum auctoritate fulcitur: ſed aliquid ſecretius in illa latere exiſtimo,nam Prouer. 17. num. 24. oculi ſtultorum dicuntur eſſe in finibus terræ,quod ſtatim explanabimus,quare ſapientis oculi dicerentur eſſe in finibus cæli, ſiue in cælo, non autem in capite. Veneror quidem prædictam ſententiam, ſed aliquid non indignum ſcitu afferam.Latet in hac ſententia vis humani affectus,ſapientis indicatur modeſtia, tranquillitas animi,iudicij ſanitas ac rectitudo. Contra ſtulti declaratur turbulentia & inquietudo,voluntaria cæcitas, qui in media luce, quaſi in tenebris palpat & offendit, qui caret mente,oculiſq. & extra ſe poſitus eſt,& oberrat.Nullus ſenſus maiorem habet cum animo conſenſum, quam oculi, in his animi affectus potiſsimum conſpiciuntur, vt triſtitia,lætitia,indignatio,beneuolentia,ſuperbia,modeſtiaque. Cõferũtur oculi quo animus, a re pulchra, dilectaq. vix abducere oculos poſſumus: ſi quis attẽtiſsime rem aliquã intueatur,dicitur habere oculos in illa defixos(vulgo, enclauados) rei complacentia oculos videtur a capite ad rem amatam transferre, quid mirum ſi oculi caput deſerant, cum anima ſiue cor ibi ſit vbi eſt amor noſter? vulgata eſt iam illa D. Auguſtini ſententia, Anima magis eſt vbi amat quam vbi animat. Huius rationem elegantem indicat B. Bernardus, quia ibi potius dicendum eſt eſſe animam quó ſponte fertur, quam vbi inuita tenetur. Omnes res(inquit Aug.)quaſi locorum ordinis proprij, habent appetitus: nã veluti amores corporum ſunt momenta ponderum, ſiue deorſum grauitate,ſiue ſurſum leuitate nitantur:ita enim corpus pondere ſicut animus amore fertur quocumq. fertur. Amor dicitur transformare amantem in rem

Pſ.16. v.11.

Prou. 17.

Amoris vis.

De Ciuit. li. 11.ca.28.

rem amatam,hinc ſit, vt animus intelligendo non polluatur, ſed amando res pollutas, quia vt intelligamus rerum ſimilitudines ad nos trahimus, amando vero in res ipſas tranſimus, & ſi res ſunt deterioris conditionis a dignitate noſtra degeneramus, ſupra nos autem nihil melius eſt niſi angelica natura & Diuina:angelos non diligimus ſincere niſi Deum amemus ſuper omnia, quis enim vnquam angelum dilexit puro & caſto amore niſi ipſe ſanctus eſſet Deumq.ex to corde diligeret? multi dæmonum conſortium appetūt, quorum natura nobiliſsima eſt,ſed ob turpitudinem, aut turpe lucrum diaboli opē implorant.Sufficiat ad huius argumenti complementum illud Oſeæ. 9. nu. 10. facti ſunt abominabiles ſicut ea,quæ dilexerunt. H. fuerunt abominationes vel abominabiles ſecundū amorem ſuum, vel eorum.Cum igitur amor prauus animum ab amante ad rē amatam transferat, etiam oculi a capite recedunt & cor ipſum comitantur.De homine vehementi amore correpto dicere ſolemus.Anda fuera de ſi,ſi aliquē alloquimur,cuius animus a nobis alienatus eſt, neq. ad dicta attēdens,dicimus, Heus tu nō es hic,quia ibi eſſe putatur vbi eſt per cogitationem, cogitatio autem amorē ſequitur. Iam intelligere poſſumus cur ſtulti dicantur indigere, aut carere corde: de quo dixi ca.1.v.15.ſed aliquid dictis addendum eſt. Pſ. 84. v. 9. Audiam quid loquatur in me Dominus,quoniam loquetur pacem in plebem ſuam: & ſuper ſanctos ſuos,& in eos qui conuertuntur ad cor. In Hebræo eſt,& non conuertētur ad ſtultitiam. Idem eſt ſtultum eſſe & a ſe ipſo exire, à corde ſuo recedere:& ſtultitia eſt receſſus & alienatio á ſe ipſo, & à corde elongatio, ex quo ſequitur omnem peccatorem, qui Dei amicitiam violauit, ſtultum eſſe, aliquid enim amat extra ſe & ideo recedit à ſe.Dices fortaſsis,omnis culpa grauis naſcitur ex amore ſui, nihilq. eſſe pernicioſius quam ſeipſum amare, qui autem ſe amat in ſe manet, non à ſe recedit.Reſpondeo,Amor ſui per ſe bonus eſt, ſed nemo ſe ipſum recte amat, niſi qui Deum ſuper omnia amat, qui enim diligit iniquitatem odit animā ſuā. Amor ſui malus eſt cū ſe homo ſine Deo amat, cū ſeipſum habet tanquā vltimū amoris ſui finem: verum qui talis eſt pure & ſolitarie ſeipſum amare non poteſt,ſed aliquid amat propter ſe, & ideo recedit

Vide c. 6.v. 9.

Amor ſui.

Pſ.10.v.5.

recedit a ſe:amat aurum, honorem, voluptatem, vindictā aut aliquid huiuſmodi ordinans hæc ad ſe, amat honorem ſuum non Dei, gloriam ſuam, non Dei: pecunias nō propter charitatem aut religionē, aut laudem Dei, ſed propter ſuperbiam ſuam, tranſit ergo extra ſe, conuertitur ad ſtultitiam. An poteſt eſſe grauior ſtultitia quam ſic amare animā ſuā in hoc mundo vt in æternum perdat? magnus adeſt curarū tumultus, inquietū eſt cor peccatoris, non eſt pax impijs, impij quaſi mare feruens quod quieſcere non poteſt: vis ô homo audire Deū pacem loquentem? noli conuerti ad ſtultitiā: quid eſt non conuerti ad ſtultitiam? Redire & conuerti ad cor. Redite præuaricatores ad cor. Audi Auguſtinum: vide, inquit, te in te. Reuocatur ad ſe anima tua, quæ ibat a ſe, & ſicut a ſe ierat, ſic a Domino ſuo: ſe enim reſpexerat, ſibiq. placuerat, ſuæq. poteſtatis amatrix facta fuerat, receſsit ab illo, & non remanſit in ſe. Ideo & a ſe pellitur, & a ſe excluditur, & in exteriora prolabitur; amat enim mūdū, amat temporalia, amat terrena &c.

Iſa. 46.8.
De verbis D. l.3. Ser. 54.

Ergo qui à Deo recedit, á ſe recedit: qui ad ſe reuertitur ad Deum cōuertitur hoc aperte docet S. Scriptura 3. Reg. 8. num. 33. & agentes pœnitentiam. H. & reuerſi fuerint ad te, num. 47. & egerint pænitentiam. H. & reuerſi fuerint ad cor ſuum. 2. Paral. 6. num. 37. & conuerſi in corde ſuo. H. & reuerſi fuerint ad cor ſuum. Item, egerint pænitentiam. H. & reuerſi fuerint ad te. Vides pro eodem reputari reuerti ad cor ſuum, & reuerti ſiue conuerti ad Deum, quia vnum ſine altero eſſe non poteſt. Sapiens autem, qui ſequitur Deum regem & factorem ſuum, qui extra ſe non vagatur, ſicut in ſe permanet ita oculos in capite ſuo habet. Eſt cōpos ſui, & dominatur ſenſibus ſuis: ſi forte oculi per humanam in curiam & fragilitatē ab imperio rationis deflectāt, ſtatim eorū licētia coercetur, quid mirū ſi oculi abeāt & caput deſerant, ſi anim⁹ ab eſt, ſi homo á ſe alienatur, & extra ſe vagatur, nemoq. ſit, qui ſenſus regat? animus peccatoris ſeruus eſt dominorum, duram ſeruit ſeruitutem: ſenſus libere & miſerere vagantur: Vere odit animam ſuam iniquus, qui ſponte ſe in vilem ſeruitutem tradit, qui autem poſſeſſor eſt mentis diligit animam ſuam, & cuſtos prudentia inueniet bona. H. poſsidens cor diligens animam ſuam, cuſtodiens intelli-

Pænitentia.

Iſa. 49. v.7.

Prou. 19. 8.

intelligentiam ad inueniendũ bona. Talis eſt ſapiens ſuarum virium dominus, ſuorum ſenſuum rector, ſui cordis poſſeſſor. Iam intelligemus illud Prouer. 17. num. 24. oculi ſtultorum in finibus terræ. Hoc eſt, quam longiſsime ab eſt mens ſtulti: caret corde, caret recta cognitione. Meminiſſe etiam hic debemus illius perditi adoleſcentis, qui portionem ſubſtantiæ ſuæ petijt a patre, & abijt in regionem longinquã, & conſumptis omnibus coactus eſt paſcere porcos, tandem penuria, fame, calamitate punctus & in ſe reuerſus dixit: quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus &c. ad ſe reuertitur, qui extra aberrauerat, & errando perierat; ad ſe reuerſus agnouit miſeriam ſuam, paternæ domus abundantiam; in tenebris ambulauerat quandiu extra ſe fuerat, ſi oculos ſuos haberet in capite ſuo, videret, quia malum & amarum eſt homini relinquere Deum patrem ſuum clementiſsimum. Dictis duo obſtare videntur primum eſt, quia ſtultus & inſipiens dicitur carere corde, talis eſt omnis iniquus, quo ergo pacto dicitur redire ad cor ſi cor non habet? Reſpondeo, improbum habere cor & carere corde, quia ſine corde viuere non poſſet, ſed quia cor caret prudentia, iuſtitia, bonitate, quaſi non cor reputatur: habet cor animans: ſed non intelligens, viuit vita belluina non rationali, non diuina. Præterea ſcimus curas etiam licitas hominem diuidere. 1. Cor. cap. 7. num. 33. qui autem cum vxore eſt ſolicitus eſt, quę ſunt mũdi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Quid ergo dicemus de peccatore cuius cor diſtrahitur diſcerpiturq. innumeris curis, prauiſq. cupidinibus? Quare redire ad cor erit redintegrare diuiſum cor, vnire cor animale & rationale, congregare omnes curas, omnẽq. appetitum in vno amore creatoris ſummiq. boni, iuxta illud Eccli. 30. num. 24. Miſerere animæ tuæ placens Deo, & contine: congrega cor tuum in ſanctitate eius, & triſtitiam longe repelle à te. Aduerte, in ſanctitate Dei congregatur cor, quod in immunditia ſæculi diſtrahitur, & diſcerpitur. Non eſt alienum ab hoc illud quod Chriſtus dixit, qui non colligit mecum, diſpergit; Chriſtus charitatem vbiq. docet & commendat, quã omnia amãtium corda fiunt vnũ cor; ſic melius loquimur, quã ille qui dixit.

Nauis, quæ tibi creditum.
Debes Virgilium finibus Atticis
Reddas

Prou. 17.
Luc. 15. v. 13.
Ierem. 2. v. 19.
Hora. ode. 3

Reddas incolumen precor,
Et ſerues animæ dimidium meæ.
Amicum ſuum vocat animæ dimidium:melius ille, qui dixit, Amicus alter ego,nam vera amicitia non diuiſionem haber ſed vnionem: non eſt amicus dimidium animæ, ſed ipſamet anima.Tandem dico redire ad cor & redire ad ſe eſt nouum cor cōparare,quod Dei gratia & legitima pæniten tia obtinebimus. Docuit nos hanc cæleſtem Philoſophiam verus ille pænitens: Pſ. 50. v. 12.Cor mundum,inquit,crea in me Deus & ſpiritum rectū innoua in viſceribus meis. Creatur,& renouatur cor per gratiam, repurgata omni ſpurcitia,remota omni immunditia. Alterum dubium eſt, quo pacto oculi ſapientis in capite eius ſunt, ſi oculi ſequuntur cor, & cor potius eſt vbi amat? Si amamus cæleſtia, ſi diligimus Deum,cor erit in Deo non in nobis.Facile huic dubitationi ſatisfaciemus, ſi animaduertamus illud. 1. Ioan. 4. num. 16 Deus Charitas eſt,& qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo.Quid mirabilius hac transformatione? quid ſecurius quam in Deo manere? Quid opulentius, ſuauius, glorioſius quam Deum in ſe habere? vere regnum Dei in tra amantem eſt, quia Rex gloriæ in amante reſidet,vere anima iuſti ſedes eſt ſapientię: vere ſumus templum Dei, & ſpiritus Dei habitat in nobis ſi Deum toto corde diligimus. Ergo qui Deum diligit non extra ſe egreditur, quia intra ſe Deum habet : & quidqnid amat in Deo vel propter Deū amat,non a ſe recedit,oculi ſapiētis in ipſo ſunt,quia cor ſapientis ab ipſo non ſeparatur. Modeſtiſsimus eſt ſapiens, cuius modeſtia in oculorū quiete conſpicitur, de quo plura mox. Stultus autem in tenebris ambulat non deffectu lucis, ſed oculorum. Quia oculi eius in finibus terræ. Lux venit in mundum & dilexerunt homines magis tenebras quā lucem: lux in tenebris lucet,& tenebrę eam non compręhenderunt. Mementote iſtud & confundamini,redite pręuaricatores ad cor. Eſt hic maxime aduertendum verbum confundamini, ſicut ambiguum eſt Latine,ſic etiam Hebraice, nam poteſt eſſe verbum confundere,vel confundare, hoc eſt roborare,virilem eſſe,viriliter agere,confortare. Verbū Aſas,quod hoc tantum loco reperitur,aliqui deducunt ab Is i. vir, ideo vertunt viriliter agere, virili animo eſſe, viros ſe pręſtare. Si vero deriuetur ab Aſys,i.fundamentū.Vel ab

Luc. 17. v. 21
1. Cor. 3. v. 16. c. 6. v. 19
2. Cor. 6. v. 16.
Ioan. 1.
Iſa. 46. 8.
Aſas.

H æs,

æs,id eſt ignis (iuxta ſententiam R. Ioſeph; vt videre eſt apud Pagninum in theſauro) poteſt ſignificare fortitudinem, id eſt fortes eſtote quaſi fundamenta: vel rubicundi eſtote ſicut ignis, id eſt erubeſcite? & quia ignis illuminat, etiam vertere poſſumus illuminamini. Multiplex igitur ſenſus eſſe poteſt: ſcilicet, eſtote viri, qui a vobis exeuntes effæminati fuiſtis, turpe enim eſt a vitijs vinci, & in vilem ſeruitutem ſponte ire: eſtote fortes immobiles in virtute, in iuſtitia, in religione qui fuiſtis imbelles contra voluptates, neque peccato viriliter repugnaſtis: erubeſcite ob indignitatem veſtram, & ſeruilem pecato conditionem, fructus enim culpæ eſt erubeſcentia, & ſupplicium. Illuminati, a tenebris recedite in quibus propter ſtultitiam veſtram ambulaſtis, hoc fiet ſi ad cor reuerſi fueritis. Si ad Deum reuerſi fueritis, qui eſt lux vera,
1.Ioã.1.v.5. & nullæ in illo ſunt tenebræ.
Ioan.1.v.9. Sequimini Chriſtum regem,
Ioã.12.v.35 qui eſt lux, quę illuminat om-
Prou.4. 19. nem hominem venientem in
Eccli.21. 7. hunc mundum. Qui ambulat
Pſalm. 110. in tenebris neſcit, quo vadat, cum reuera properet in interitũ. Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant. Reuertamur ergo ad cor noſtrum, ad Deum ad lucem, qui timet Deum reuertetur ad cor ſuũ; Timor Dei initium eſt ſapientiæ, ergo qui timet Deum ſapiens eſt, oculos habet in capite, in luce ambulat. Solutũ eſt, niſallor, Salomonis ænigma: ſed adhuc non eſt exhauſtum. Aliqui per oculos intelligunt cognitionem & conſiderationem & per caput vbi omnes ſenſus vigent, vbi videtur reſidere intellectus intelligunt cõmunem officinam ſtudiorum, cogitationum, deliberationũ, intentionumq. Sapiens oculos habet in capite ſuo, hoc eſt ſibi ipſi attendit, mentẽ ſuã & cogitationes examinat, & diuinæ legis luce diligenter inſpicit, ſumptaq. lucerna verbi Pſal.118.v.105.
Dei omnes vias ſuas conſiderat, ſicut Dauid qui aiebat, lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen ſemitis meis: hoc lumine carent ſponte ſua ſtulti, ideo in tenebris ambulant. Talis eſt hypocrita, qui videt feſtucam in oculo alieno, & trabem in oculo ſuo non videt, oculos in capite ſuo non habet, vt ſeipſum cognoſcat illos in alienis operibus ponit grauis, duruſque ponderator alienæ vitæ.

Hunc locum ſancti tractãt iuxta ſpiritualem ſenſum de Chriſto, qui eſt caput Eccleſiæ ad

Epheſ. 1. numer. 22. cap. 4. numer. 15. cap. 5. num 23. ad Coloſſ. 1. nu. 18. &c. Cum ſi- lux mundi, qui in illo habet oculos lucem intuetur, in luce ambulat: ſtultus autem in tenebris, qui a Chriſto oculos auertit, quia in illo non inuenit carnales voluptates, perituras diuitias, vanam pompam, ſuperbum faſtum, quæ ſtultis cariſsima ſunt. Diuitię honores, ſcientia gloria ſine Chriſto tenebroſa ſunt, ſi a Chriſto hæc dantur, & iuxta Chriſti pręceptum poſsidentur & diſpenſantur lucis participationem habent.

Habere oculos in capite ſuo eſt Chriſtum imitari, & Chriſto duce ac præceptore omnia agere: ſicut pictores; qui ad aliquod exemplar intuentes imaginem pingunt: ſicut architectus, qui ſemper regula & perpendiculo vtitur: ſicut Nauclerus, qui manus gubernaculo admouet, & oculos in acu nautica atque charta defixos habet. Longum foret ſi vitæ Chriſti exemplis hoc illuſtrare vellem; illud tamen pręterire non poſſum nec debeo quod ad oculorum motum pertinere video, cuius rei exemplum habemus Ioan 6. numer. 5. Cum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum &c. Qui oculos ſubleuat demiſſo antea habebat, talis eſt hominis modeſti habitus: decet virum ſapientem oculos continere, neque ſine cauſa mouere. Prima oculorum poſitio eſt in terra, in qua ambulamus, cauenda ſunt offendicula. Prouerb. 4. num. 25. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos, dirige ſemitam pedibus tuis, & omnes vię tuæ ſtabilientur. De terra formati ſumus, in terram reuertemur; in terra iacent omnes maiores noſtri, corpora dico illorum: in centro terræ eſt locus damnatorum, vbi ſunt tenebrę horribiles, tormenta ęterna: hęc aſsidua meditatione verſare ſalutiferum eſt. Si in oculos incurrerit aliquid noxium non ſolum auertendi, ſed claudendi, ſunt ſatius eſt non videre, quam internum lumen animi fugare: Si oculus tuus ſcandalizat te erue eum, &c. claude primo hoc enim facilius eſt. Audi Iſaiam cap. 33. numer, 14. quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante, &c. Cum autem hominem muniſſet ad omnem difficultatem ſuperandam: inter alia dicit. Qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne

Prou. 4.

Matth. 18. 9

ne videat malum. Oculos ſi claudimus retinemus, ſi aperimus ad concupiſcendum, recedunt. Quid ergo, aut ſemper clauſos, aut ſemper demiſſos habebimus? minime, ſed quando ſubleuandi, quando ſurſum eleuandi ſunt cognoſcemus ſi in capite noſtro oculos deſigamus: ſubleuabat Chriſtus oculos, vt videret turbam ad ſe venientem, & iam neceſſitatem patientem, cuius remedio ſtatim incumbit. Subleuemus oculos cũ clemẽtia, leuet oculos noſtros charitas, & compaſsio indigentis cibo veſte conſolatione, conſilio. Leuemus oculos in cælum vt recordemur patriæ noſtræ, vt fęlicitatis æternæ recordatione, cuius non ſunt condignæ paſsiones huius temporis, gaudeamus in tribulationibus, ſcientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Leuemus oculos in cælum gratias agentes, ſic enim caput noſtrum faciebat, quod in pręſenti loco Ioã 6. non exprimitur, ſed id conſtat ex Matth. ca. 14. num. 19. Acceptis inquit, quinque panibus & duobus piſcibus aſpiciens in cælum benedixit & fregit &c. & Ioan. 11. num. 41. Ieſus autem eleuatis ſurſum oculis dixit. Pater gratias tibi ago quoniam audiſti me. Sint oculi noſtri in capite noſtro & ambulemus in lumine Dei noſtri. Audiant hoc pręlati capita conuentuum, & ſic vitam ſuam componant vt habere poſsimus oculos in capitibus noſtris, ſi ſe ad normam ſupremi capitis inſtituant, vt non cogamur aut oculos auertere, aut claudere. In Chriſto videmus humilitatem, modeſtiam, paupertatem, patientiam, charitatẽ, in prælato ſi contraria his animaduerterimus, rem monſtroſam abominemur: ambitioſus factus, arrogantia in pręlato abominatio eſt, monſtrum eſt, ſcandalum graue eſt. Quid tu ambitioſe caput eſſe niteris? An ignoras caput cæteris præſtare membris?

Ro. 8. v. 18.

Prælatus.

Tanta ne dementia cor tuum occupat, vt te ipſum reputes cæteris meliorem?

Tantam habes tui fiduciam, vt exiſtimes te poſſe animarum alienarum rationem reddere? iam tibi videris ſanctus, & de iudicio rerum tuarum ſecurus es?

Tute ipſum ſic iuſtificas, cum deberes tremendum Dei iudicium formidare?

In ſecunda parte verſus nõ modica eſt difficultas, cum enim tantum diſcrimen indicaſſet inter ſapientem & ſtultum, nunc quaſi omnia confundens, & dicta retractans ſapientem ſtulto ęqualem facit. Sed animaduertendum attente, & ſolerter conſiderandum Salomonem in hoc libro varios hominum affectus repreſentare: imo vnius hominis varias cogitationes, & tentationes, qui nunc diuinis rebus palmam tribuit, illiſque mirifice oblectatur, rurſus ſentit ſe carnalibus allici illecebris: nunc omnia ſumma ſapientia diſponi agnoſcit, rurſus occultis D. prouidentiæ iudicijs animus turbatur, & a luce ad tenebras ſubito rapi videtur: nunc ſpe ad ſuperiora attollitur, rurſus infimarum rerum cupidinem præter ſpem exorientem miratur ſcilicet homo nunquam in eodem ſtatu permanet. Audi Iobum cap. 7. num. 17. Quid eſt homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Viſitas eum diluculo, & ſubito probas illum. Audi Dauidem Pſalm. 29. v. 8. Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem: auertiſti faciem tuam a me, & factus ſum conturbatus. Salomon inuenta Sapientia exultabat, ſed recordatio communis miſerię exultationem interrumpit, à multis ſe abdicat voluptatibus ſapiens, multis ſe addicit laboribus & vigilijs; contra ſtultus libidinibus ſe tradit, delicijs vacat, indulget genio & vnus eſt vtriuſque interitus, eiſdem ſunt obnoxij calamitatibus, cum alter dignus ſit pręmio, alter ſupplicio. Sed hac conſideratione paulatim Salomõ aperit viam qua ducat nos in amorem melioris vitæ, & æternæ fęlicitatis. Docere etiam vult in hac vita nihil propter ſe expetendum, neque ſapientiam dignã eſſe in qua fęlicitatem conſtituamus. Quiſquis ergo ſapiẽs eſt ſequatur regem factorem ſuum qui peccatum non fecit, neque dolus inuentus eſt in ore eius, & tamen cum iniquis deputatus eſt, inter latrones ſuſpenſus & Crucifixus. Nemo ergo miretur ſi vnus eſt interitus ſapiẽtis & ſtulti, quãdo quidem Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia diro eſt ſupplicio affectus, & in cruce mortuus.

Homo mutabilis.

Iob. 14. 2. c. 7. nu. 17.

Qarah.

Qarah. ideſt contigit. Geneſ. 44. num. 29. & aliquid ei in via contigerit. Accidit. 2. Reg. 18. numer. 9. Accidit autem, vt occurreret Abſalom &c. H. occurrit Abſalom, vel caſu occurrit. Eſt hic Qara

pro, Qarah.ca.20.nu.1. Accidit autem vt ibi eſſet vir Belial.H.ibi occurrit (vel, caſu occurrit) vir Belial. Euenit. Eſth.6.nu.13.1.Reg 28.num. 10.Ierem.32.num.23.c.44.n. 22.Occurrit. Gen.24.nu. 12. ca.27.nu.20.Num.23.num.4.
Miqreh, nu.16.&c. inde Miqreh. ideſt
accidens, occurſus, euentus. Deut 23.nu.10. qui nocturno pollutus ſit ſomnio.H.qui nõ fuerit mundus accidente noctis. 1.Reg.6.n.9.caſu accidit. H.Accidens ipſum fuit nobis ca.20.n.26.quod forte euenisſet ei, quod non eſſet mundus. H.Accidens ipſum,&c.Eccleſ. 2.nu.14.Interitus,num.15.occaſus,ca.3. num. 19.Interitus, cap. 9. numer. 2. & numer. 3.vertit per verbum, Euenio. H. euentus vnus :vbi eandem quæſtionem, mouet, quæ in præſenti eius animum pulſat. Quoniam inter omnia, quæ homini contingunt mors eſt formidabilior ideo vulgatus vertit.Interitus LXX. OccurſusChaldæus: Accidẽs, qui pro in capite vertit. In principio. ſcilicet ſapiens contẽplatur.In principio id, quod futurum eſt in fine.Simile libertate poſſumus etiã vertere, ſapiẽtis oculi eius, in ſũma eius.Nã Ros,i. caput princeps, principiũ & ſummam ſignificat. Neque ſẽſus eſt abſurdus, ſapiens enim omnia confert in vnum, facit vnam ſummã rerum quas accipit, & ſummam colligit debitorum ſuorum: Iuſtus homo frequenter beneficia diuina in ſummum contrahit ad gratiarum actionem. Qui pænitentiam agit, ſummam facit ſuorum ſcelerum, vt conficiatur veniamque poſcat.Deniq.ſuarum actionum ſummam facit, vt ſciat quid deſit ſibi. Stultus in ſubtrahendo laborat, peccata ſua excuſat, vt diminuat: beneficiorum Dei obliuiſcitur, dixit iniuſtus vt de-
linquat in ſemetipſo non eſt Pſal.35.v.2.
timor Dei ante oculos eius. NempeDei iuſtitiam minuit, peccata auget, bona decurtat, minuit, extinguit.

Et dixi ego in corde meo, v.15. H.
ſecundum euentum ſtulti etiã ego eueniet mihi, & ad quid ſapiens fui ego tunc præſtantius? & locutus ſum in corde meo quod etiam hoc vanitas.

Et dixi in corde meo: ſi Lat:
vnus & ſtulti, & meus occaſus erit, quid mihi prodeſt, quod maiorem ſapientiæ dedi operam? Locutuſque cum mente mea, animaduerti, quod hoc quoque eſſet vanitas.

PER-

Mala & bona huius vitæ cõmunia cunctis.

PERGIT eadem cogitatione, eodemque argumento inſinuare eſſe diſparem conditionem ſapientis, & ſtulti, ſi enim differunt ſicut lux a tenebris, & in hac vita æqualiter omnia, ſiue indifferenter eueniunt ſapienti & ſtulto, ergo poſt hanc vitam ſors vtriuſque diuerſa erit. In præſenti vita morbus, tribulatio, perſecutio, carcer, exilium mors communia ſunt bonis, & ſceleratis, quod autem ad delicias & voluptates attinet improbi hic fruuntur abundantius, nam iuſti pro comparanda conſeruandaque virtute multa perferunt moleſta ac dura. Dicit ergo Salomon, ſi pares ſunt euentus ſapientis & ſtulti quorſum volumus ſapientiæ cum labore & moleſtia operam dare? Sed cum virtus pulcherrima ſit, & homini ſecundum rectam rationem viuere conueniat, vana eſt hęc cogitatio, quæ hominem ab ſtudio ſapientiæ auocare tentat nititurque. Animaduerti, inquit, hanc cogitationem eſſe vanitatem. Stultum ſane eſt velle metiri ſapientiæ & virtutis merita temporalium rerum copia aut inopia, proſperitate aut aduerſitate. Poteſt etiam eſſe alius ſenſus ſed minus commodus, vt vanitas referatur ad ipſius ſapientiæ ſtudium, quaſi dicat, vanitas eſt ſtudium ſapientiæ ſi præſens attendat emolumentum: nam qui ob temporale commodum dat operam ſapientiæ ordinem peruertit, & non quærit ſapientiam, ſed temporalem vtilitatem, cum neque ipſa per ſe ſapientia expetenda ſit, ſed omnia ad beatitudinem & vltimum finem referenda ſunt, ne euaneſcant. Paulatim auditorem deſponit ad id, quod cap. 12. dicturus eſt, Iother, ideſt amplius, abundantius, excellentius, &c. Vide cap. 1. numer. 3. idem enim ſignificat, quod Iether.

v. 16. H.

Quia non memoria ſapientis cum ſtulto in ſeculum, & in quo iam diebus venientibus omne oblitum eſt: & quomodo morietur ſapiens cum ſtulto.

Lat.

Non enim erit memoria ſapientis ſimiliter vt ſtulti imperpetuum: & futura tempora obliuione cuncta pariter opinent: moriatur doctus ſimiliter vt indoctus.

IN eodem argumento perſeuerat, tali cogitatione ſolet mens hominis exagitari, Tacite refutat eorum ſtudium, qui propa-

propagādi nominis cura ſūt ſoliciti, qui ſapientiæ ſtudent nō vt meliores ſint: ſequanturque factorem ſuum, ſed vt in ore hominum verſentur. Ab hac vanitate, ſtultaque cupiditate auocare conatur viros litteratos: ſi enim ob hanc cauſā multa tulit, fecitq. puer ſudauit, & alſit, ſciat breui periturā memoriam ſapientis & ſtulti. Si obijcias multorum memoriā tam ſapientum, quam ſtultorum, quæ a primis ſęculis hucvſque durat, & videtur duratura quamdiu homines vixerint: reſpondere poſſum iuxta id quod ca. 1. v. 11. dictum eſt. Sed nunc reſpondeo aſſertionem non eſſe vniuerſalem, ſed id affirmat Salomon, quod plerunque accidit, multorum enim ſapientū memoria deleta eſt, pauciſſimos nouimus eorum, qui præceſſerūt, qui ergo duraturę memoriæ ſolicitus eſt certus eſſe non poteſt vtrum permanſura ſit. Moritur doctus & indoctus vtriuſque memoria obliuioni abnoxia eſt, vaniſsimum igitur eſt ſic incūbere ſapiētię, vt velis per eam perpetuo celebrari. Argumentū etiā e contrario ducere poſſumus, nam quorundam ſapientum & inſipientum celebratur memoria; laudantur impijſsimi quidam a ſuis ſimilibus Mahometus a ſuis tanquam propheta colitur homo impuriſsimus ac mendaciſsimus: habent hæreſiarchæ ſui nominis propagatores, ergo ſtultum eſt id appetere, quod commune eſt iuſtis, ac ſceleratis. Egregiū ſane virtutis & ſapientiæ pręmium quod plerumque pendet ex ſtultorum impiorumque opinione. Prima capita vel. 1. Paralip. plena ſunt nominibus virorum ac mulierum, quorum nuda nomina habemus, plurium facta ignoramus. In memoria æterna erit iuſtus. Hāc non inani iactantia neque vana ambitione, ſed vulgaris nominis contemptu, & temporalis memoria, quantumuis diuturna deſpici merito debet. Pſ. 118. v. 7.

Et odi vitam, quia malum ſuper me opus, quod ſit ſub ſole, quia omnia vanitas, & afflictio ſpiritus. v. 17. H.

Et idcirco tæduit me vita mea videntem mala vniuerſa eſſe ſub ſole, & cuncta vanitatem & afflictionem ſpiritus. Lat.

QVISQ. eſt iuſtus rerum æſtimator non poteſt nō tædio vitæ huius affici. Si ſapiens eſt pauper, paupertas ipſa

ipſa & rerum penuria quæ hominem facit contemptibilem, grauis eſt. Quid ſi ad ſint morbi, infortunia calamitaſque? Sapientiſsimus Iob aiebat ca. 6. num. 7. quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt. Quis det, vt veniat petitio mea & quod expecto tribuat mihi Deus? & qui cæpit ipſe me cõterat, ſoluat manum ſuam & ſuccidat me? Si ſapiens diues eſt, ſcit diuitias eſſe ſpinas, inter quas illæſum verſari, & a pũctura vulnereque. liberum eſſe grande eſt miraculũ; quis eſt hic & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita ſua. Omnibus tamen comune eſt militare, Militia namque eſt vita hominis ſuper terrã; neq. ſolum eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mũdi rectores tenebrarũ harũ, cõtra ſpiritualia nequitię in cęleſtibus. Grauis quidem corporeæ pugna militia, nam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, hæc enim ſibi inuicem aduerſantur. Hoc duriſsimum eſt intra ſe habere hominem aduerſarium, quem cogatur nutrire & tueri, non enim licet carnẽ interficere, licet quidem mortificare, ſed quam difficile ſit

Lucæ. 8. v. 14.

Nil in vita tutum.

Eccli. 31. 9. Iob. 7.

Epheſ. 6. 12.

Vita militia eſt.

Gal. 5. num. 17.

in hac re modum ſeruare ne quid nimis ſatis notũ eſt. Hãc difficultatem eleganter Paulus docuit Rom. 7. nu. 23. video, inquit, aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infęlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? cum tamẽ gratia Dei per Ieſum Chriſtũ id poſsit efficere, vt mox ſubijcit Apoſtolus, quis hanc ſibi certo poteſt promittere, cui toties repugnauit, ingratuſq. fuit. Ergo cum miles quietẽ poſt victoriã optet, & belli finis pax ſit, quiſquis nouit quã fęlix ſit ſanctorum vita, quam ineffabile illius ſit gaudium, quam læta & ſecura quies, nõ poteſt non optare diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Nauta procellis exagitatus, tempeſtate iactatus optat tranquillitatem; etiam ſi mare quietum ſit, faueantq. venti ad optatum portum properat illuc eius tendunt deſideria. Moleſta eſt nauiganti maris malicia, qua cogitur ſtare loco neq ſinitur vltra progredi, ſic ſapienti affert tædium huius vitæ mora. Ex quo ſequitur infinitũ eſſe ſtultorum numerum, qui huius vitæ illecebris gaudent, qui ſenſum doloris amiſerunt, & a ſpinis, id eſt diuitijs, volup-

Rom. 7.

Phil. 1. num. 23.

tatibus,

tatibus, ſolicitudinibus huius ſæculi vulnerati non dolent. Videtur mihi in hac conſideratione aptiſsima Hippocra-
L.2. Aph. 6. tis ſententia, qui ab aliqua, inquit, corporis parte dolentis, fere dolorem non ſentiunt, ijs mens ægrotat. Hoc eſt, qui taliter affecti ſunt vt cauſam dolendi habeant neq. doleant inſania laborare manifeſtũ eſt. Innumeræ nobis cauſæ dolendi adſunt, in multis offendimus, ingratiſsimi Deo ſumus, totus mundus plenus eſt malis, impij pios perſecũtur; Tyranni dominantur libere: ſunt plurima, quæ hominem ſapientem dolore afficiunt, eiuſque animum exulcerant, ſed de his non ſemel occurret docendi occaſio.

v.18. H. *Et odi ego omnem laborem meum, quo ego laborans ſub ſole, quia dimittam illũ*
v.19. *homini, qui erit poſt me. v. 19. & quis ſciens, An ſapiens erit, vel ſtultus, & dominabitur in omni labore meo, quo laboraui, & quo ſapui ſub ſole, etiam hoc vanitas.*

Lat. *Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, quã ſub ſole ſtudioſiſsime laboraui, habiturus hæredem poſt me, quem ignoro, vtrum ſapiens an ſtultus futurus ſit, & dominabitur in omnibus laboribus meis, quibus deſudaui & ſolicitus fui: & eſt quidquam tam vanum.*

COMMVNIS parentũ cura filijs ſuis theſaurizare, videtur hæc ſolicitudo probabilis licitaq. verum plerumque vaniſsima, etiam, ſi omni fraude & iniuria careat, quia natura paucis cõtẽta eſt, velle autem filios ditiores relinquere videtur ex vano & fallaci amore huius ſęculi prouenire. *Diuitiarum cura ſuperuacanea.*

Qui diuitias hæredibus relinquit, peccandi materiam præbet, curis ſuperfluis illos onerat. Si ego hæreditati parẽtum meorũ aliquid addo, idq. honeſte facio, licebit etiam hęredi meo ſimili ſtudio augere rem; ſic ſequentes ſemper facient, tandemq. in infinitum hæc cura & induſtria progredietur, quod nemo non videt eſſe abſurdum vaniſsimumq. Sapiens ergo mediocribus cõtentus moderate laborabit, & hæredi ſuo laborare permittet, ſtultum enim eſt ſitire, eſurire, laborare vt alius luxurioſe viuat, bibat, comedat, requieſcat. Præterea cum incertum ſit qualis futurus ſit *Hæreditas.*

hæres

Digitized by Google

hæres ſtultũ eſt ob illius emolumentum cruciari, quod ſæpe vergit in detrimentum. Si hæres bonus eſt diuitiarum amore non tenebitur; ſi malus diuitias intemperantes, & imprudenter conſumet.

Non amat hæredem niſi, qui illum diuitem in bonis animi relinquit, optima hæreditas virtus; opes pluribus nocuerunt, quam profuerunt: Cura diuitiarum per ſe vana eſt, niſi optimo fine honeſtetur, vanior certe erit ſi hæredis cauſa ſuſcipiatur: ſi enim diuitijs pauperibus ſubuenire optamus, cur non id dum viuimus per noſmet facimus? ſi opulentia gloriam aucupamur, & intuentium oculos attrahere conamur vaniſsimi ſumus, & huius vanitatis hæredes inſtituimus, in quibus vanitatis noſtræ memoriam conſeruare exoptamus. Cum filiũ paruulum morientes relinquimus, tutores illi damus, vt erudiatur, & facultates adminiſtrentur; tutores autem quærimus viros bonos & prudentes: ſi ergo nos hæredis legitima cura tangit committamus bonam ſubſtantiæ noſtræ partem Deo, committamus illi hæredem noſtrum, hoc autem eleemoſynis & pijs operibus cõſequemur. De hoc vano ſtudio iterum redibit ſermo.

Sana. id eſt odiuit, odio habuit, hæc eſt communis verbi ſignificatio cap. 3. num. 8. ſed hoc cap. 2. v. 17. Tæduit. v. 18. Deteſtatus eſt, item. Prou. 5. nu. 12. ca. 13. nu. 5. ca. 8. nu. 13. Odiuit, deteſtatus eſt. Deſpexit Geneſ. 29. n. 31. contépſi habui. nu. 33. Aduerſatus eſt. Deut. 12. n. 31. Exoſum habuit. 2. Reg. 13. nu. 15. Oſeæ. 9. n. 15. Hhamal. i. laboro, & quia laborem ſudor comitari ſolet ideo hoc ca. 2. v. 11. ſignificat, ſudare, nu. 19, deſudare. Cruciare. num. 22. otiuſus. H. qui non laborauit. nu. 21. vide quæ dixi Iob. 3. v. 10. Hhamal nomen. i. labor paſſim. Induſtria hoc cap. 2. v. 18. dolor. Iob. 4. nũ. 8. Fraus, Prou. 24. num. 2. Iniuſtitia Iſa. 10. num. 1. Iniquitas, Habac. 1. num. 13. Miſeria, Iud. 10. num. 16. Sumitur ſæpe labor pro re labore parte, vt in præſenti. ca. nu. 10. Si vteret labore meo item num. 11. nu. 19. num. 24. &c. & alibi licet alia nomina Hebræa reſpondeant huic nomini latino. Pſal. 77. v. 46. dedit ærugini fructus eorum & labores eorũ locuſtæ. Hic eſt Iegyahh. id eſt labor. Pſal. 104. v. 44. labores (Hhamal) populorum poſſederunt. Pſal. 108. v. 11. diripiant alieni labores (Iegyahh) eorum.

Sana.

Hhamal.

Item

Salat. Item Pſ. 127. v. 2. &c. Salat, id eſt dominor, impero, poteſtatem habeo. Cum hac loquẽdi forma vtitur Salomon. ſ. dominabitur in laboribus meis: videtur inſinuare illum, qui alteri congregat diuitias ſeruum eſſe diuitiarum, qui vero illas diſtrahit, diſsipatq. eſſe dominum: reuera dominus eſt qui prudenter vtitur, qualis eſt liberalis, & munificus, prodigus ſeruus eſt vanitatis dum vane imperat opibus; auarus, & diuitiarum coaceruator viliſsimus ſeruus eſt earum. Miſerum & ſtultum eſt ſeruire vt alius male dominetur. *Chacam.* Chacam, id eſt ſapere, ſapientem eſſe: non ſemper in bonum accipitur, ſicut neq. ſapientia, neq prudẽtia, Rom. 8. num. 6. prudentia carnis mors eſt. 1. Cor. 1. num. 19. perdam ſapientiam ſapiẽtum & prudentiam prudentum te probabo. *Sapientia prudentia in malum quandoque.* Sapientia carnis inimica eſt Deo. Rom. 8. num. 7. & ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum 1. Cor. 3. num. 19. verbum hoc in malum accipitur Exod. 1. nu. 10. Venite ſapienter opprimamus eum. H. venite, vel agite ſapiamus ei, vel in illum. Sapiens ergo dicitur tam in bonum, quam in malum, quod eleganter ſignificatur Ierem. 4. num. 22. quia ſtultus populus meus me non cognouit, filij inſipiẽtes ſunt & vęcordes, ſapientes ſunt vt faciant mala, bene autem facere neſcierunt, ecce aſtutia, induſtriaq. ad malum vocatur ſapientia. propterea vulgatus hic vertit, ſolicitus fui. Non eſt ergo ſolida illorũ expoſitio, qui aſſerunt hoc loco Salomonem locutum fuiſſe de libris ſuis, in quibus laborauit: in hanc ſententiam illos traxit verbum Chacam, ſed potuerunt in loco tutiore permanere, nam Salomon ſapientiam vocat animi ſolicitudinẽ, ingenioſam quidem & artificioſam, ex quo fit, vt filij huius ſęculi prudentiores ſępe ſint, quam filij lucis in generatione ſua. *Luc. 16. 8.*

Aduertendum etiam eſt Salomoni in regno ſucceſsiſſe Roboam filium ſuum hominem ſtultum: de Salomone & eius filio loquens Eccleſiaſticus cap. 47. num. 27. &c. dereliquit poſt ſe de ſemine ſuo, gentis ſtultitiam, & imminutum a prudentia, Roboã &c. *Eccli. 47. 27.* ſiue naturali prudentia nouiſſet Salomon filij ſui inſipientiam, ſiue prophetico ſpiritu: merito ſibi diſplicebat, & laborem ſuum deteſtabatur.

Et conuerſus ſum ego ad deſperare faciendum cor meum ſuper omnem laborem **V. 20. H.**

quo

quo laboraui ſub ſole.

Lat. *Vnde ceſſauit renūciauitque cor meum vltra laborare ſub ſole.*

EX attenta & prudenti finis conſideratione aut remittitur, aut intenditur conatus agendi, ſi finis aliquid præclarum eſt, ſpeſq. adeſt indubitata perueniendi ad finē, vis & conatus acuitur, roboratur, firmaturq. contra ſi labor inutilis, aut finis labore indignus reputatur, vires debilitantur opus intermittitur; ſic Salomon conſiderauit laboris & induſtriæ magnitudinem, finem, verò incertum & vanum: merito igitur ceſſare decreuit. Mira eſt noſtra ſtultitia, aut infidelitas, quæ parit peſsimam deſperationē. Quî fieri poteſt, vt animaduertamus finem malorum & bonorum, & confiteamur vias noſtras in præcipitium tendere, neq. tamē reuocemus pedem? aut deeſt ſalubris & prudens conſideratio, aut ineſt pernicioſa incredulitas. Vocatur famelicus ad epulas, vadit hilaris, ſed ab amico fideli admonetur adeſſe venenum, ſibique ſtrui inſidias, mauult famem certam & præſentem tolerare, quam periculo ſe exponere. Expedit viatori viam carpere, negotij grauitas illum ad feſtinandum ſtimulat, ſed nouit viam a prædonibus infeſtari, qui omnes præter euntes trucidant: ſubſiſtit quouſq. melior properandi adſit occaſio. Omnes ſumus viatores, omnes fœlicitatem quærimus, cur ſcientes & prudentes eligimus iter deuium, quod ducit ad mortem, & relinquimus viam vitæ? Prou. 12. v. 28. O miſerrimam ſtultitiam, ô ſecretam ac latentem infidelitatem; vel conſiderandi negligentiam? Salomon relictis voluptatibus, cōuerſuſq; ad ſapientiam animaduertit laboris ſui vanitatem, laborare ceſſauit. Pater eius ait, cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua. Pſ.118.59. Viæ hominis aliæ ſunt neceſſariæ: aliæ voluntariæ; aliæ honeſtæ eſſe poſſunt, aliæ plerumque ſunt vanæ ac noxiæ, viæ ſunt actiones, ſtudia, negotia, mores: Dauid omnia Dei lege moderari ſtudet, nihilq. agere, quod ſit auerſum a teſtimonijs Diuinis. Tunc diuitiarum comparatio honeſta erit ſi ad Dei laudem dirigatur: ille honos decet virum bonum, quo Deus honoratur: ſiue comedamus, ſiue bibamus, ſiue neceſſaria vitæ curemus omnia in gloriam Dei faciamus. 1.Cor.10.v.31. Sunt aliquæ viæ hominis voluntariæ & noxiæ vt ambitio, auri ſtudium,

ſtudium, vindictæ cupido: eminentioris loci appetitus, ab his auertendi pedes, & conuertendi in teſtimonia Domini, in

Prou. 3. 17. vias pulchras & ſemitas pacificas: nam viæ illæ hominis

Prou. 2. 13. 15. carnalis ſunt ſanguinariæ, turbulentę, infames tenebroſæ

Prou. 12. v. 28. peruerſę. Iter deuium ducit ad mortem. Attendamus vias noſtras, ceſſemus vane laborare, renunciemus ſæculo, conuertamus pedes in teſtimonia Domini, & docebit nos vias ſuas humilitatem, modeſtiam, æquitatem patientiam, charitatem.

Çabab. Çabab id eſt Reuertor, verto, conuerto, auerto, propriè eſt circuire, circumducere; plus ergo ſignificat, quam vulgatus expreſsit vertens, ceſſaui. Quare ſic poſſumus vertere, circunduxi ego ad deſperare faciendum cor meum. Quaſi dicat cor meum quaſi equus laxatis habenis ferebatur curſis huius ſæculi, properabat ad mortem, animaduerti ego periculum & circunduxi cor meum, conuertique illud in contrarium. Quod autem hoc verbum ſignificet circumducere habes Exodi. 13. num. 18. Deuter. 32. num. 10. 1. Reg. 5 n. 8. n. 9. Verti etiã poteſt, circuiui ego. &c. id eſt animo omnia luſtraui & conuerſus ſum.

Iaas. Iaas, id eſt Deſpero. 1. Reg. 27. num. 1. Ierem. 2. num. 25. cap. 18. nu. 12. Vulgatus ſenſum vertit Renunciat cot laborare ſub ſole, ſi conſiderat illa, quæ ſunt ſupra ſolem; ad quæ Dei gratia nos inuitat, & trahit, hæc certam in nobis ſpem fęlicitatis generat, & omnis vana ſpes huius ſæculi ruit.

Quia eſt homo laborans in ſapientia, & in ſcientia, & in ſtrenuitate, & homini, qui non laborauit in ipſa dabit ei partem ſuam: & etiam hoc vanitas & malum magnum. v. 21. H.

Nam cum alius laboret in ſapientia, & doctrina, & ſolicitudine homini otioſo quaſita dimittit; & hoc eſt vanitas, & magnum malum. Lat.

Diues. IAM de hac re ſupra dictum eſt; ſed idem repetit, quo memoriæ firmius hęreat. Laborat homo omni conatu, ſumma vigilancia, magnumq adhibet ſtudium, omnis ingenij vires intendit, vt diteſcat, & tandem diuitiæ perueniunt ad hominem otioſum, & ſępe luxurioſum. Certe huiuſmodi ſapientia & ſcientia, ſtultitia eſt: hæc ſolicitudo, ſpina pungens eſt: hæc ſtrenuitas, eſt imbecillitas animi ferueutis rebus caducis, & laborantis ad luxum & otium

& otium hæredis indigni. Poſt quam Dauid generali ſententia damnauit hominum vanitatem inquiens, veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Pſ. 38. v. 6. ſtatim ſubijcit, veruntamen in imagine pertranſit homo ſed vt fruſtra cõturbatur: theſaurizat & ignorat cui cõgregabit ea. H. quis congregans ea. Quaſi dicat, tota hominis vita vanis rerum imaginibus plena eſt, vane tumultuantur homines, magnis ſe exponunt periculis ob imaginariam exiſtimationem honoris, quẽ opibus fulcire nituntur, & ſui memoriã volunt æternitatis conſecrare ſi poſteros relinquant opulentos, verum fallit illos ſępe ſpes iſta vana, ignorant enim qualis futurus ſit hæres, & laborant, vt alij ſint otioſi ſtultorum & ſtulte laborantium diuitias excipiunt deſidioſi, luxurioſi, tandem in poteſtatem veniunt adulatorum, mercatorum, meretricum ac lenonum.

Ciſron. Nota. Malum id eſt labor, dolor, afflictio. Ciſron, id eſt ſolicitudo. Induſtria. ca. 4 v. 4. vide ibi.

v. 22. H. *Quia quid exiſtens homini in omni labore ſuo, & in afflicti one cordis ſui qua ipſe laborans ſub ſole?*

Lat. *Quid enim proderit homini de vniuerſo labore ſuo, & afflictione ſpiritus, qua ſub ſole cruciatus eſt?*

CVM omnia agant propter finem, homo vero finem ipſum agnoſcat, & media eligat, totuſq. vtilitati intentus ſit, proprijſq. commodis magna contentione incumbat, dolendum eſt ſic deſcipere, vt nihil emolumenti conſequatur, vita tranſit veluti vmbra, breues dies hominis ſunt, Iob. 14. v. 2. 5. breui viuens tempore repletur multis miſerijs, cumq. interierit non ſumet omnia (i. nihil) neque deſcendet cum illo Pſ. 48. v. 18. gloria eius; ſi ſibi laborat, moderatus ſufficit labor: ſi alijs, ſtultum eſt ſe ipſum excruciare propter indignum hæredẽ, aut quem ignorat qualis futurus ſit. Dormierunt ſomnum ſuum & nihil inuenerunt om Pſ. 75. v. 6. nes viri diuitiarum in manibus. Exibit ſpiritus non ſolum Pſ. 145. v. 4. pauperis, ſed etiam diuitis & principis reuertentur in terrã ſuã, in illa die peribũt omnes cogitationes eorũ. Quid igitur profuit laborare ſub ſole? laboremus ſupra ſolẽ, ambulemus in luce Dei noſtri, theſau rizemus in cęlis. Matth. 6. v. 19.

Rahhjon. i. afflictio, malignitas ſiue malitia &c. idem ſignificat, quod Rehhuth de quo dictum eſt c. 1. v. 14. Rahhjon etiam repetitur. c. 1. n. 17.

Quia

v.23.H. *Quia omnes dies eius dolores & ira afflictio eius, etiam in nocte non quieuit cor eius, etiam hoc vanitas ipſa.*

Lat. *Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit: & hoc non ne vanitas eſt?*

Diues. HÆC ſententia præcipue tangit diuites, quorum vita magnis exagitatur curis: nã ſi vita ipſa calamitoſa eſt, & multis plena malis, quanto erit miſerior vita diuitum, qui coguntur multa & facere, & pati moleſtiſsima? luctandum eſt cum fluctibus, pugnãdum cum hoſtibus, linquenda do-
Vita malis plena. mus paterna & patria, impiger extremos currit mercator ad Indos per mare, pauperiem fugiens per tela per ignes. Heu quibus fraudibus agendum, quę machinæ excogitandæ, vt lucrum ſuccedat. De communi vitæ tumultu & periculo di-
Epiſt.108. xit Seneca alloquens amicum ſuum, & quemlibet in illo hominem, ſciat, inquit: ſe veniſſe tonat vbi fulmen: ſciat ſe veniſſe vbi luctus, & vltrices poſuere cubilia curæ; Pallenteſq. habitant morbi, triſtiſq. ſenectus. In hoc contubernio vita degenda eſt. Effugere iſta non potes: contemnere potes. Qui cupit neceſſe eſt vt timeat, inter timorem & ſpem animus cruciatur. Multa retardant conatus noſtros: multa votis contraria eueniunt: & quid quiſque vitet nunquam homini ſatis cautum eſt; domi & foris omnia ſolicitudine, ſuſpicione, timore pulſantur, hinc oritur animi perturbatio, indignatioq. his carnificibus torquetur cor vt quieſcere non poſsit etiam noctu, quando quietis cõceditur ſpatium. Rex ille Magnus Aſſuerus noctem ducebat inſomnẽ, Eſth.6.
cuius acquirendi, augendique opes deſiderium qui euiſſe videbatur, qui magnis affluebat delicijs, plurimaſq. curas a ſe relegare poterat; quid ergo mirum ſi illorum cor non quieſcat, quod deſiderium, ſpes, timor indignatioq. concutiunt, & conturbant? Occupatio Eccli.40.
magna creata eſt omnibus hominibus, & iugum graue ſuper filios Adam a die exitus de ventre matris eorum, vſq. ad diem ſepulturæ in matrẽ omnium. Cogitationes eorum & timores cordis, adinuentio expectationis, & dies finitionis: a reſidẽte in ſede glorioſa, vſq. ad humiliatum in terra & cinere: ab eo, qui vtitur hyacintho & portat coronã, vſq.

ad

iracundia perſeuerans,& contentio: & in tempore refectionis in cubili ſonius noctis immutat ſcientiam eius, &c. ſit locus iſte vice commentarij. Macobym, ideſt, dolores: a, Caab, ideſt doleo. Cahhaç nomen ideſt Indignatio. vide c. 1.n.18. Hhinjan. ideſt Afflictio &c. ſup.c.1.v.13. vulgatus in præſenti Cahhaç, & Hhinjan vertit vno nomine Latino, Ærumnæ.

v. 24. H. *Non bonum in homine (niſi) quod comedat & bibat, & videre faciat animam ſuam bonum in labore ſuo: etiam hoc vidi ego, quod de manu Dei ipſum.*

Lat. *Nonne melius eſt comedere & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis? & hoc de manu Dei eſt.*

SI hæc ſententia ſine aliquo addito legatur, interroganter legenda eſt. Ego addidi (Niſi,) Quod ſententia iſta intelligatur de recto vſu rerum temporalium, id aperte probat: quod Dei beneficium eſſe dicitur. Deus nobis contulit temporalia bona non ad luxuriã, non ad arrogantiam, & vanam oſtentationem, ſed vt ſapienter vtamur ad vitæ neceſſaria, noſtrę inquã vitæ, & proximi. Duo ſunt cauenda extrema vbi adeſt rerum abundantia, alterum eſt ne ob ſordidam auaritiam fraudemus nos ipſos rebus neceſſarijs aut honeſtis: alterũ ne opulentiã oſtẽtemus, aut luxurioſe viuamus.

Intẽperãtia. Luxus.

Non ego (vt inquit Horatius) auarum Satyra.1.

Cum te veto fieri, vappam iubeo, ac nebulonem.

Decet herum cibo vti meliore quam ſeruum: decet cultiore indui veſtimento: dandum aliquid eſt tempori, ætati, dignitati perſonæ: ſed cauendum eſt nequid nimis. Horret frigore pauper, & tu ſingulis diebus mutas veſtimenta. Menſa tua oneratur ciborum copia, ceſſura voracibus famulis, paraſitis, & meretricibus, ad quas etiam perueniunt ciborum reliquiæ per manus ſeruorum intemperantium: & interim fames multos torquet pauperes. Sine ſale cibus eſt inſipidus, ſed nõ pro copia ſalis condiẽdum eſt alimentum; non plus ſalis adhibet coquus vbi ſal abundat & vili ſtat. Temperãdus eſt cibus nõ peruertẽdus: ſic veſtes ſtragula, ornamenta, ſupellex neceſsitate aut honeſtate ac decoro metienda ſũt, non diuitiarum copia. Comede igitur & bibe, quod ſatis eſt, quod decet, & ita comede

I vt

vt oſtendas animæ tuæ bonum non tantum corpori. Ita comede & bibe vt non grauetur corpus crapula & ebrietate, animuſque ineptus reddatur rebus ſuis agendis. Alendum corpus vt ſeruiat animo: prudens enim homo comedit non ſolum, vt viuat, ſed vt bene viuat, hoc præſtat frugalitas & ſobrietas. Miror ſæpe non ſolum laicorum epulas, ſed aliorum, qui deberent eſſe exemplar temperantię, qui corpus non reficere, ſed onerare opprimereq. videntur, cibo rũ dulcedine & vini ſuauitate, nõ comedere ſed certare putes: tãdẽ finito cibo ſe inuitant ad quietẽ: ſi quis de re aliqua agere velit, reſpondent famuli Herum ſuum quieſcere. Dic obſecro qualem ſubijſti laborem, qui te cogat quieti vacare? Laborabas quidem cum corpus reficere deberes, & laſſas vires reparare. Nihil ante cibum laboraſti, & poſt cibum quietem quęres? Oſtende quæſo animæ tuæ bonum. Fruſtra dicam, ſed tamen dicendum eſt, fruſtra inquam dicam, quia nemo meum accipiet conſilium, cum Chriſti doctrina non recipiatur. Qui vult animæ ſuæ bonum oſtendere in ſe ipſo accipiat mutuum ſobrie viuat, & quod ſobrietate lucratus fuerit tribuat pauperibus, audiatque Chriſtum dicentem. Luc. 14. numer. 12. Cum facis prandium, aut cœnam, noli, vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites ne forte & ipſi reinuitent, & fiat tibi retributio; ſed cũ facis conuiuiũ voca pauperes, debiles claudos & cœcos: & beatus eris &c. huiuſmodi affirmatio & negatio eſt ſimilis illi, Miſericordiam volui & non ſacrificium: vbi negatio æquiualet affirmationi cum incremento ſequentis affirmationis, ideſt ſacrificium volui, ſed magis miſericordiã: ita ſi inuitaueris amicos &c. inuita potius pauperes, ſic oſtendes animæ tuæ bonum, quia Deus retribuet tibi quidquid pauperi contuleris. Cum animaduerteris hanc vitæ rectitudinem ne inſoleſcas, ſed agnoſce Dei beneficium, & gratias age ei, qui tibi dedit honeſtum diuitiarum vſum: ſi ob diuitias fęlix putabatis, ſcito tunc fore te beatum cum Dei dono illis bene vſus fueris, ſine quo tibi fuiſſent opes in detrimentũ & ruinam. Iad. ideſt Manus, ſignificat Magnificentiam Eſth. 1. num. 7. cap 2. nu. 18. Munus 3. Reg. 10. numer. 13. Munere regio. H. manu regis. Quia manus eſt actionum noſtrarum generale inſtrumen-

Luc. 14.
Manus.

frumentum, idem ſumitur pro opere, virtute, poteſtate &c. & aperire manum eſt liberalis, contrahęre, claudere, retrahere, eſt auari, aut bene facere nolentis. De quo opportunius dicam, nunc dicta ſufficiant & illud Pſa. 103. v. 28. aperis in manum tuam & imples omne animal benedictione.

v 25. H. *Quia quis comedit, & quis feſtinabat foras præ me?*

Lat. *Quis ita deuorauit, & delicijs affluit vt ego?*

SI ſingulas huius loci explanationes recenſere vellem importunus merito iudicaret: quid neceſſe eſt Græcorum ſententias adducere ſi habemus fontem ipſum vnde petenda eſt legitima interpretatio. Aliqui ita Hebręa tractant vt prodant ignorantiam ſuam, quæ ex dictionarijs Hebraicis pendet.

Senſus Salomonis niſi fallor hic eſt, vt ſeipſum accuſet, ſicut iam facere cæperat: & exemplo ſuo alios a vanitate & ſtulta cura ſæculi auocet. Damnauit ſtudium cumulandi, coaceruandique diuitias, ſiue cum auaritia ſit coniunctus ſiue cum prodigalitate: ſiue ſuſcipiatur deſiderio mundanæ glorię ſiue deliciarum, & theſaurizandi poſteris ſuis in quibus theſaurizantis nomen conſeruetur. Laudauit prudentem & honeſtum diuitiarum vſum. Nunc ita à ſe repellit auaritiam, vt accuſet delicias, & voluptates quibus non leuem operam dedit. Quis, inquit, ſic comedit? Quis ſic ſui oblitus extra ſe vagatus eſt? Quis in rebus ex- 3.Reg.10.5.
ternis ita ſe oblectauit? Inter alia, quæ admirata eſt Regina Saba fuerunt cibi menſę eius, ordines miniſtrantium, veſteſque eorum & pincetnas, & 3.Reg.4.num.22. Erat, inquit, cibus Salomonis per dies ſingulos triginta chori ſimile, & ſexaginta chori farinæ, decē boues pingues, & viginti boues paſcuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum, atque bubalorum & auium altilium. De numero vxorum & concubinatum, & deprauato amore mulierum lege. 3.Regum capit. 11. Ad plenam huius loci intelligentiam explicandæ ſunt voces illæ Iachus Chuts, in quibus, pręter paranomaſiam, in eſt elegans ſignificatio. Chus, aliqui Iudæo- Chus.
rum interpretantur: Sentire.

ſed nullo efficaci exemplo id probare poſſunt:fatentur tamen omnes verbum ſignificare feſtinationem,accelerationẽ,velocitatem.Feſtiuo Deutero 32.num 35.Iob.31.nu.5. pſal.69.v.2.Iſa.ca.8.nu.3.c.28 nu.16.Habac.1.num.8. Subito facio Iſa.60.num.22. Conſpicio,ideſt feſtino.Pſal.21. v. 20.ad defenſionem meam conſpice.Reſpicio. pſal.39.v. 14. pſal,70.v.12.Intendo.Pſal.37. v.23. Chuts, ideſt foras, foris, extra,platea. In hoc nulla eſt difficultas.Foris Leuit.18.nu. 9.Deut.23.nu.13.Cumq.ſederis.H.in ſedendo te foris (vel, extra)nu.12.ad quem egredieris ad requiſita naturæ. H. & egredieris illuc foras. Iud.12. nu.9.quas emittens foras,&c. H.& triginta filias miſit foras (Hachutſah) & triginta filias adduxit filijs ſuis de foris (Hachuts)eſt ergo feſtinare foras idem quod delicijs affluere,nam vt dixi,v.14.qui amat temporalia,aut voluptates & delicias extra ſe egreditur: cũ reſipiſcit ad ſe reuertitur.Con fitetur Salomon, & accuſat non ſolum voluptates ſuas, ſed harum copiam,& celeritatem,qua illas quærebat. Si liber iſte continet Salomonis pænitentiam hic videmus accuſationem & damnationem vitæ præcedentis. Quidquid

Delicia, voluptas.

ſit,hoc exemplum imitandum eſt pęnitenti, qui non ſolum culpam, ſed culpæ circunſtantiam debet confiteri: non ſolum, quæ mutat peccati ſpeciem, ſed quæ neceſſaria eſt ad iudicium ſacerdotis, qui opportunum debet adhibere remedium pęnitenti.

Quia homini, qui bonus ad facies eius dedit ſapientiam & ſcientiam, & lætitiam, & peccatori dedit afflictionem ad addendum & congregandum ad dandum bono ad facies Dei: etiam hoc vanitas & afflictio ſpiritus. v.26.H.

Homini bono in conſpectu ſuo dedit Deus ſapientiam & ſcientiam,& lætitiam:peccatori autem dedit afflictionem & curam ſuperfluam, vt addat & congreget, & tradat ei,qui placuit Deo,ſed & hoc vanitas eſt, & caſſa ſolicitudo mentis. Lat.

Diuinus concionator auditorum animos a vanitate ad veritatem,a rebus caducis &noxijs adDeũ transferre ſtudet:indicata enim vanitate &. ſpiri-

Cura cupiditas. & ſpiritus afflictione oſtendit tranquillitatis originem, cauſamque tumultus, ſolicitudinis perturbationis humanæ, vt ad Deum tanquam ad primum noſtræ fęlicitatis principium recurramus. Illumq. iratum placare conemur: & propitium bonis operibus, animique gratitudine, gratiarumq. actione ſemper conſeruare ſtudeamus. Deus enim propitius & clemens ſibi obtemperantibus, & de vera fęlicitate cogitantibus, ac ſolicitis adeſt adiutor ac protector, dat veram ſapientiam & ſcientiam atque lætitiam, vt in tenebris huius vitæ inoffenſo pede ambulēt: vt prudenti rerum temporalium vſu oſtendant bona animæ ſuæ: vt ſint ſpe gaudentes (Rom. 12. v. 12.) & in tribulatione patientes, exiſtimentque omne gaudiũ cum honeſti cauſa, & ob virtutis incrementum conſequutionemque in varias tentationes inciderint, ſemperque in Domino gaudeant. Magna & præcipua ſapientiæ pars eſt ſcire, quid nobis a Deo donatum ſit vt dicitur Sap. 8. num. 21. & vt ſciui quia aliter non poſ(Sap. 8.)ſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ ſcire cuius eſſet hoc donum. Adij Dominum & deprecatus ſum illum, &c. Contra peccatorem diuinis promiſsis diffidentem, & temporalibus curis implicitum Deus punit dimittens illum vt ſequatur deſideria ſua, & abeat in adinuentiones ſuas, (Pſ. 80. v. 13.) qui lætatur cum male fecerit, & exultat in (Prou. 2. v. 14.) rebus peſsimis, quem Deus iratus non reprimit, quoniam traditus in reprobum ſenſum, ſeruatur ad diem malum: & quoniam Deum prius dereliquit, confundetur, & quia a Deo receſsit in terra ſcribetur: (Ier. 17. v. 13.) delebitur de libro viuentium & cum iuſtis non ſcribetur. Qui amat ægrotum lethargo laborantem magna cura illum a ſomno excitat, ſed ſtultus & ingratus ægrotus contumelijs afficit illum, qui de ipſius ſalute ſolicitus eſt, qui iratus recedit & permittit ægroto in vtramque aurem mortiferum ſomnum dormire: ſuauis eſt ægroto ſomnus, ſed lethalis: ita Deus iratus permittit malos curis ſuperfluis & ſpiritus afflictione diſcruciari. Agnoſcamus iræ diuinæ cauſam eſſe peccata noſtra: cum animaduertimus nimia nos ſolicitudine temporalia quærere, & rem ex animi ſententia cadere, formidemus Dei indignationem, qui ob ſcelera noſtra dat nobis curam ſuperfluam, hoc eſt, ſinit nos curis ſuperfluis iactari, & in illis delectari, cum vero votis

non ſuccedunt res, & curæ, ſtudia induſtriæque euaneſcunt, ſubitque animum rerum præſentium diſplicentia, vitęque tędium. Agnoſcamus Dei erga nos beneuolentiam, qui non ſinit nos in rebus vanis & noxijs ex ſententia agere. Felix enim neceſsitas, quæ nos ad meliora compellit. Afflictio illa & curarum ſuperfluitas maiore eſt vituperatione digna, quæ in coaceruandis diuitijs ponitur conſumiturque: quæ cum grauem faciat ſtragem in omnibus gentibus, nulli maius detrimentum attulit, quam genti noſtrę, cuius tellus cum ſit venarum argenti ferax, neque auro careat, cuius gratia barbarę olim gentes in Hiſpaniam irrumpebant. Veruntamen non contenta gens noſtra domeſticis opibus ad extremas ignotaſque mundi partes nauigationē ſuſcepit, duabus validiſsimis munita machinis, hoc eſt, cupiditate & crudelitate, quibus animas ſuas, & corpora Indorum perdiderunt. Infinitę inde diuitiæ allatæ ſunt, ſi quęras vbi ſunt. tranſierunt in hoſtium noſtrorum poteſtatem, regeſque noſtri grādi, plerumque ære alieno oppreſsi ſunt, vt vix regales redditus ſufficiant adſoluēdum. Iuſto ſane Dei iudicio laboramus in coaceruandis diuitijs, quibus alij fruantur. Vtinam iuſti tollerent ſpolia impiorum, & decantarent victricem manum Domini. Sed proh dolor proh pudor, infideles, & hæretici vt plurimum diteſcunt opulentia noſtra, clamat enim Indorum ſanguis, qui in effodiendis opibus è terra mori coacti ſunt. Vtinam iuſto cuſtodiretur ſubſtantia peccatoris; ſed ad confuſionem noſtram impij ſubſtantiam Hiſpanorum deglutiunt. Vtinam oculos velint aperire conſiliarij ſtatus regni vt animaduerterent Deum nobis ita iraſci, vt ſit vehementer propitius, qui fruſtrationē curarum & laborum noſtrorum inducit, vt reſipiſcamus: & ſolam Dei gloriam præ oculis habeamus: ſic fiet vt neque ſæculares, neque religioſi ad Indos properent propter diuitias infauſtas, & tū ni materiam mali, ſed prima cura ſit Euāgelij propagatio, quę ideo fortaſſe non peruenit ad gentes inopes, quia per homines auaros ſæpe defertur. Eligantur ad hoc opus viri omni cupiditate vacui, qui ſi dignoſci facile non poſſunt inter illos, qui diuitias poſsidere poſſunt eligantur illi, quorum paupertas omni ſuſpicione caret. Multi tales ad Indos peruenerunt,

Margin notes: 2. Mach. 6. — Sap. 10. v. 20 — Prou. 13. 22

tunt, ob quorum ſanctimoniam Deus omnem furorem ſuum non effundit, imo patienter expectat pœnitentiam noſtram, & gentium illarum conuerſionem.

CAP. TERTIVM.

v. 1. He. *Omnibus tempus, & tempus omni voluntati ſub cælis.*

Lat. *Omnia tempus habent, & ſuis ſpacijs tranſeunt vniuerſa ſub cælo.*

Tempus opportunitas.

TEMPVS, occaſio, opportunitas rebus omnibus ſub ſole conuenit. Nihil eſt ęternum in hoc mundo, non ergo hic fęlicitas inueniri poteſt, quod enim mutabile eſt fęlicē facere non poteſt, metus ſi quidem vel certitudo ſeparationis a re dilecta animum turbat. Qui omnium humanarum curarum ſub cœlo vanitatem demonſtrare aggreſſus eſt, cōuenienter admonet omnia eſſe cæli volubilitati obnoxia, omnia mutari, ac finiri, vt in aduerſis homo non deſperet in proſperis non inſaniat elatione, ſed prudenter ſeipſum muniat ad conflictum inſultantis fortunæ, quæ apud ſtultos in precio eſt, & ab ſtultis incuſatur, qui ignorant, vel non conſiderant, quod omnibus notiſsimum & in promptu eſſe deberet, ſcilicet omnia tempus habere, ſed huius temporis ſpatium in aliquibus rebus determinatum plerumque eſt; in alijs vero incertum & ignotum, Dei tamen beneplacito moderatum, ordinatumque, vt nemo merito conqueri poſsit ſi negotia aliter terminentur quamvellet, quia omnia tempus habent iuxta Dei voluntatem, non humanam. Hoc optime mēti fixum habebat Iob, ideo ſubito rebus omnibus & liberis deſtitutus ac ſpoliatus ſapientem effudit pectore vocem, Dominus, inquit, dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt, &c. Stulta ac Iob. c. 1. v. 21.

cœca gentilitas fortunam Deã faciebat, eandemque cœcam, & inconſtantem, quam inſaniam quidam illorum reprehendit inquiens.

Iuuen.Saty. 14.10. *Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia, ſed te.*

Nos facimus Fortuna Deam cœloque locamus.

Prudentis eſt conſiderare ſe eſſe mortalem & mutabilem; rerum ſucceſſus eſſe incertos, neque prudentia poſſe omnia præuenire, quę impedimento eſſe poſſunt conatibus noſtris, ſcit prudens Dei arbitrio & prouidentia omnia regi, nobiſque res commiſſas ac veluti mutuo traditas, repetendas vero pro arbitrio commodantis, qui ab alijs citius, ab alijs tardius repetit mutuum, neminique iniuriam facit cum repetit, neque accuſari propterea debet, ſed pro tempore vſuræ conceſſę gratias agere omnes debemus.

Noſtrum erit opportunitatem bene agendi captare: occaſionem non prætermittere, ſedulam diligentiam adhibere, euentum Deo committere, a quo humili prece poſtulandum vt aperiet oculos noſtros ne occaſio & opportunitas elabatur. Melius ſapiamus quam gentes, & Diuinam prouidentiam veneremur non ſcrutemur, illiſque armis animum muniamus, quæ tempori non ſunt ſubiecta, virtutes inquam amplectemur, quod magis decet hominem Chriſtianum, quam illum, qui dicebat.

Fortuna ſæuo læta negotio, & Horat.lib.3 Od.29.
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna
Laudo manentem: ſi celeres quatit
Pennas reſigno, quæ dedit, & mea
Virtute me inuoluo, probamque
Pauperiem ſine dote quæro, &c.

Contra mutabilitatem ſtat inuicta virtus.

Pretioſiſsima res eſt tempus, ſed adeo ſumus ſtulti vt illud nihili æſtimemus: teſtes huius rei ſunt communes vulgi voces (vtinam ſolius vulgi, neque cum illo connumerarentur hi, quibus omne tempus diuino cultui dicandum foret) quid ſibi volunt voces illæ, *Paſſamos tiempo.* Cum res ludicras agimus, cum ludimus tunc tempus tranſimus. Stultorum vox eſt. *Paſſatiempo.* Nunquid tempus eſt aliquid fixum, aut tardum, quod ad celeritatẽ vrgere conemur? dic mihi homo inſaniens nũ eſt tibi moleſtum viuere, vt optes tempus tranſire: ſed vt

video

video, & omnibus notum eſt; iſti, qui quærunt *paſſatiempos* vitam vehementer amant præſentem, ac delicijs affluentem. Ergo iuxta Apoſtoli conſilium magis deberent tempus redimere. Videte, inquit, fratres quo modo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes; redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Nunquid captiuum eſt tempus? á cuius poteſtate redimendum, & quo pretio? Audi homo *de paſſatiempo*, audi tu, qui ludo vacas, qui delicijs diſſolueris, qui curis & ſolicitudinibus ſæculi implicaris, tu captiuũ facis tempus: turpi lucro, luxuriæ, ludo, ambitioni, latrocinio, calumniæ ſubiectum tempus, redimendum eſt, quoniam dies mali ſunt, pleni moleſtia, anxietudine, curis rerũ neceſſariarum, ab his etiam redimendum tempus, vt negotia animæ tractentur: auocandus animus à rebus temporalibus, vt cũ Deo agamus de ſalute animi? Malis actibus nullũ tẽpus debet concedere homo, ab his totũ tẽpus eſt redimendum. Sunt aliqua opera neceſſaria, quibus corpori ſeruire cogimur, & rebus temporalibus operam dare, ab his etiam tempus redimendum, vt Deo vacemus, & ſi opus eſt pretium huius redemptionis,

Epheſ. 5. 16.

Vide Senecã lib. 1. Epiſt. 1.

ſit diſpendium alicuius commodi temporalis, quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas; ne ergo iacturam faciamus bonorum ſpiritualium tempus redimamus, in quo poſſimus conſcientiam noſtrã ſcrutari, in quo Deo pro acceptis beneficijs gratias agamus, & gratiam ad bene agendum & in bono perſeuerandum inſtanter deprecemur. Heus tu homo *de paſſatiempo*, caue ne tempus acceptabile prætereat, & ſera inutiliſq. pœnitentia te occupet, quærite Deum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt, derelinquat impius viam ſuam &c. hodie vocaris, hodie inuitaris a Deo, ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies ſalutis. Negligis, dabis huius negligentiæ & contemptus pœnas. Omnia tempus habent caue ne iſtud ſit tempus, in quo Deus tibi voluit veniam dare, alias non daturus. Dices mihi, ego ſcio quia in quacumq. hora ad Deum conuerſus fuero & egero pœnitentiam veniam impetrabo: fateor, ſed vide ne illo errore te ipſum perdas, putans in ſolo tuo arbitrio eſſe tuam ſalutem poſitam: niſi enim

Matth. 16. v. 26.

Pænitẽtia accelerãda.

Iſa. 55. v. 6.

enim Dei gratia te præueniat, niſi Deus cor tuum emolliat veram pœnitentiam agere non poteris: nullum eſt momentum vitæ in quo homo conuerti non poſsit, ſed iſta poſsibilitas pēdet a beneplacito Dei: nunquid tibi Deus reuelauit momenta, quibus te ad ſalutem vocabit? nunquid omni momento, Deus emollit cor peccatoris? ſi ita eſt, quomodo indurauit cor Pharaonis? An ignoras terribiles illas Pauli voces, propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam &c. Itē Propter quod tradidit illos Deus in paſsiones ignominiæ. Itē. Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant, quæ non conueniunt. Ergo quia omnia tempus habent, & tu ignoras tempora, & momenta, vtere præſenti opportunitate, ne prætermittas ſalubrem occaſionem, quæ fortaſsis reparari non poteſt.

Rom. 1. 24.

Nu. 26. nu. 28.

Magnam feciſti temporis iacturam, redime quod reliquū eſt. Libet hic apponere Auſonij epigrāma, quod nobis pueris dū grammaticæ operam daremus, dictabat Magiſter Barradas, qui poſtea euaſit inſignis Theologus; quod attinet ad ſententiā multo eſt Auſonio antiquior. Occaſio pingitur fronte capillata, occipite calua, inſiſtens rotæ, & talaribus voluctis.

Auſonius.

Cuius opus? Phidiæ, qui ſignum pallados eius.
Qu'q. Iouem fecit, tertia palma ego ſum.
Sum Dea, quæ rara & paucis occaſio nota.
Quid rotulæ inſiſtis? ſtare loco ne queo.
Quid talaria habes? volucris ſum, Mercurius, quæ
Fortunare ſolet, tardo ego cum volui.
Crine tegis faciem? cognoſci nolo. Sed heus tu,
Occipite caluo es? ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? dicat tibi; Dic rogo quæ ſis?
Sum Dea cui nomen nec Cicero ipſa dedit.
Sum Dea, quæ facti, non factiq. exigo pœnas,
Nempe vt peniteat ſi Metanæa vocor.
Tu modo dic quid agat tecum? ſi quando volaui
Hæc manet, hanc retinent quos ego præterij.
Tu quoque dum rogitas, dum per contando moraris,
Elapsā dices me tibi de manibus.

Vides amice occaſionē ſequi pænitentiam? Timēdum eſt ne ſit ſera & inutilis; cauendū eſt ne ſubito præoccupati die mortis nullum ſit ad pænitentiam ſpatium. Ecce pater familias exit

Matth. 20.

exit primo mane conducere operarios in vineã ſuã. Nõ poteſt Chriſtianus, interroganti cur ſit otioſus, reſpondere, quia nemo nos conduxit. Vigilat Dominus vt te cõducat, vt te ad fęlicitatem inducat: & tu laborare renuis? tu quæres *paſſatiempos*? merces non datur
Rom. 4. v. 4. otioſis, ſed operãtibus. Vocauit te primo mane, ſi non veniſti, veni nunc hora tertia, vel ſexta: ſi vocantem ſecutus es, cur ad otium & ad res inutiles, imo vehementer pernicioſas reuerſus es? quid tibi diſplicuit in Deo Optimo Maximo? Omnia tempus habent, redime tempus, ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nũc dies ſalutis, qui non eſt hodie cras minus aptus erit, niſi Dei clemẽtia gratis te redimere tunc velit. Duobus nominibus vtitur hic Salomon, quæ tempus
Zeman. ſignificant: alterum eſt, Zeman, quo volunt aliqui ſignificari, Tempus determinatum. Nehem. 2. num. 6. conſtitui ei tempus. H. Dedi ei tẽpus ſcilicet determinatum Eſth. 9 n. 27. & certa expetunt tempora &c. H. & iuxta tempus eorum in omni anno & anno. num. 31. ſuo tempore. H. Bizemaneyhem, id eſt in temporibus ſuis. In lingua Chaldaica dicitur, Zimna, Primi Eſdræ 5. num. 3. &c.

Verbum Zaman, id eſt ſtatuo. 1. Eſdræ. 10. num. 14. in temporibus ſtatutis. H. Hhithym Mezumanym. i. Tempora ſtatuta. Nehẽm. 10. nu. 34. per tẽpora à temporibus anni vſq. ad annũ. H. ad tempora ſtatuta anni in anno c. 13. nu. 31. in tẽporibus conſtitutis. H. Behhithym Mezumanoth. vbi participium eſt fęmininũ, quod 1. Eſdræ. 10. num. 34. erat Maſculinum.

Alterum nomen eſt, Hheth & num. plur. Hhithym, hoc nomen eſt commune in hac ſignificatione: ſignificat etiam opportunitatem Pſ. 9. v. 10. Adiutor in opportunitatibus. Hhithoth, genere fæm. i. tempora opportunitates. Item Pſ. 9. H. 10 v. 1. deſpicis in opportunitatibus. *Hheth.*

Chephets. i. voluntas. Pſ. 1. v. 2. 2. Reg. 23. nu. 5. Nehem. 9. nu. 37. Pſ. 15. v. 3. &c. Verbum Chaphats ſignificat velle, voluntatem habere Pſ. 146. v. 10. Non in fortitudine equi volũtatẽ habebit. H. volet. Ezech. 18. n. 23. Nũquid volũtatis meę eſt mors impij? H. Nũquid volẽdo volã mortẽ impij? Chaphetſah. i. voluntariũ. 1. Paral. c. 28. nu. 9. De verbo dixi Iob. 40. v. 12. quod etiam ſignificat, Amare diligere, placere, complacere, Delectari &c. poteſt voluntas & complacẽtia *Chephets.*

tia ad hominem, & ad Deum referri, vt ſit ſenſus. Non debet homo, ſi recta ratione regitur, res ſuæ ſubijcere voluntati neq. idem ſemper velle, aut pro arbitrio ſuo nunc hoc nunc illud velle quia omnia habēt tempus determinatum, & cuiq. voluntati & complacentiæ præfixus eſt terminus, & ſtultum erit velle rerum naturas & qualitates mutare: Hyems (vt ait Seneca) frigora adducit, algendum eſt: æſtas calores refert æſtuandum eſt: &c. item, Natura hoc, quod vides regnum mutationibus temperat. Nubilo ſerena ſuccedunt: turbantur maria cum quieuerunt: flant inuicem venti; Noctem dies ſequitur &c. Ad hāc legem, inquit, animus noſter aptandus eſt, hanc ſequatur, huic pareat: & quæcumq. fiunt debuiſſe fieri putet, nec velit obiurgare naturam. Optimum eſt pati, quod emendare non poſsis, & Deū quo auctore cuncta proueniūt ſine murmuratione comitari. Malus miles eſt, qui imperatorem gemens ſequitur &c. ſi vero hæc voluntas & complacentia Dei ſit, idem conficitur, vt ſcilicet ſerui pareamus Domino; ignari ducem ſequamur ſapientiſsimum, qui nos in hanc infimam mundi regionem induxit ne ſuperbiremus, quibus incumbit parendi neceſsitas, non regendæ vniuerſitatis facultas data eſt; nati ſumus ea conditione quæ placuit rerū omnium conditori & moderatori, qui optimus & ſapientiſsimus vtilitati noſtræ conſulit, nobis ſat eſt ſcire ſic placuiſſe Deo, cuius prouidentia reguntur omnia: hanc quidam philoſophi fatū nominarunt, quod animaduertere volui propter id, quod ex eodem Seneca ſubijciam, & ex Cleante deſumpſit. Duc me, inquit, parens celſiq. domitor poli, quocumq placuit; nulla parendi mora eſt: Adſum impeger. Fac nolle, comitabor gemens, maluſq. patiar, quod pati licuit bono. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt &c. Si ergo omnia, quæcumque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, noſtrum erit diuinę obſequi volūtati. Iniquus & ſtultus eſt, qui leges domino dare vult cum ſit ipſe viliſsimus & ignauiſsimus ſeruus. Sciamus tempus omnibus eſſe determinatum iuxta Dei beneplacitū, & pareamus gratiaſq. ſemper agamus, ſic tranquillam vitam piamq. viuemus.

Seneca. l. 18. epiſt. 108.

Pſ. 113. v. 3.

v. 2. He. *Tempus naſcendi, & tempus moriēdi: tēpus plātādi, & tēpus euellendi plantatū.*

Hoc

HOC eſt primum cuiuſq. rei tempus, a quo incipit Salomon enumerate temporũ varietates. Hoc tempus non in poteſtate eſt hominis, ſed in Dei voluntate. Stulti quidam tempus natiuitatis ſuæ deſpiciunt, & alio mallent naſci tẽpore; Deus autem conuenientiſsimum cuiuſq. natiuitati tẽpus decreuit. Vtrũ autẽ aliud tempus mihi fuiſſet conueniẽtius, Deus ſolus ſcit, illud ſcio hoc eſſe Dei prouidentiæ aptiſsimum; ſi mea negligentia, aut malitia ineptum mihi fit, ego luam pœnam, qui committo culpam. Homines illi, qui Christi opera calumniari auſi ſunt, quiq. peccatum illũ maximũ non haberent ſi Chriſti doctrinam nõ audiuiſſent, & miracula non vidiſſent; non ſuæ natiuitatis tempus iure accuſare poſſunt, ſed arrogantiã, inuidiam, malitiamque ſuam. Eſt ergo tempus vnius cuiuſq. natiuitati a Deo conſtitutum, idem de cæteris rebus intellige, ne fertilitatis aut ſterilitatis tempora tuo iudicio metiaris Viciſsitudo illa fertilitatis & ſterilitatis Ægyptiacæ Ioſephum illuſtrauit, & euexit ad inſignem gloriam, Iacobum cum filijs ſuis compulit in Ægyptum deſcendere, vbi vehementer multiplicati ſunt, & inde cum magna ſubſtantia egreſsi ad promiſſam terram remearunt. Tunc nati ſunt Iſaac, Samuel, Samſom quando Dei virtus manifeſtaretur, eiuſque potentia celebraretur maiore cum laude, maioreque pietate. Quando venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum de muliere, factum ſub lege; tunc paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Pijſsimo tenebantur deſiderio huius natiuitatis Sancti Patres, ideoq. clamabant, vtinam dirumperes cælos & deſcenderes, ſed tempus naſcẽdi filium Dei de Virgine nondum aduenerat.

Ioan. 15. v. 22.

Gen. 41. &c.

Gal. 4. nu. 4.

Naſcimur quando Deo placet, naſcimur morituri, & ſicut non naſcimur propria voluntate, ita non morimur quã do volumus. Eſt tamen magnum diſcrimen inter natiuitatem & mortem, quia vt naſceremur nihil fecimus, vt autem moriamur citius aut tardius aliquid efficere poſſumus; & multi ſua intemperie mortem accelerant, non pauci ſeipſos aut ferro, aut laqueo, aut præcipitio interimũt. Cum autem mortales ſimus & vitę vſuram mõ commodato acceperimus a Deo, efferamus libenter vitã ei, qui dedit, & cum iuſſerit imperator, miles relinquat militiam.

Illud Dei gratia in noſtra eſt poteſtate, vt recte viuamus, & in-

in Domino moriamur, ſic enim ad quietem euocabimur, & calamitoſam vitam cum fęlici, temporalem cum ęterna commutabimus.

Horat. *Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.*
Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur hora.

Certum & indubitatum eſt nobis eſſe moriendum, ſed quando hinc migrandum ſolus ille nouit, qui habet imperium vitæ & mortis, penes Dei voluntatem, qui me naſci voluit, eſt tempus vitæ definitum, & præfixa mortis hora. Moritur quis recens natus, alius infans, alius puer, alius adoleſcens, alius vir, alius ſenex aut decrepitus iuxta Summi Rectoris prouidentiam, quæ miſericordia & iuſtitia temperatur. Vnius vita Dei iuſtitia decurtatur, alterius vero Dei miſericordia. Gen. 7. Vniuerſale diluuium omnes præter Noe domum, conſumpſit. Diuino iudicio adulti puniti ſunt, paruulis peccandi materia ſubſtracta eſt: grandiores natu ſi diuitus vixiſſent maiorem damnationem incurriſſent. Idem conſidera in Pſ. 54. v. 24. conflagratione Sodomæ. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, Deo ſcilicet vindicante plurium ſcelera, ſed non omnium: tempus enim moriendi Dei prouidentia terminatur. Percuſſit Deus duos filios Iudæ Her, Gen. 38. 6. & Onan; horum vitam Dei iuſtitia breuiauit, quæ miſericordiam ſibi habuit adiunctam, miſericordia enim Domini fit, vt peccata finiantur. Ille tamen pura inſignique Dei clementia mortuus eſt in iuuentute, de quo ſcriptum Sap. 4. eſt Sap. 4. num. 10. Placens Deo factus eſt dilectus, & viuens inter peccatores tranſlatus eſt: raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Tempus moriendi eſt, quod Deus ſtatuit ſiue iuſtitia, ſiue miſericordia, ſiue vniuerſali prouidentia, cuius decreto ſtatutum eſt omnibus ſemel mori.

Tempus plantandi &c. Hoc per cõparationem dictum puto: quaſi dicat, ſicut prudẽs agricola non ſẽper ſeminat, neque ſemper plantat, ſed ſingula ſuis facit temporibus; & euellit plantas, colligit fruges, ſic Deus vniuerſalis agricola plantat quoſdam vt viuant, & euellit, vt alij plantentur, opportunitatem vero ipſe nouit. Vel, qui plantat & qui euellit eſt ipſe homo, quem Deus in hoc mundo collocat tanquam agricolam. Primum hominem

minem Deus poſuit in paradiſo vt operaretur & cuſtodiret illum, quem Deus plantauerat ab initio: ſed inde expulſus ob inobedientiam cogitur
Gen. 3.18. in ſudore vultus ſui veſci pane: cui dixit Deus. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: ſpinas & tribulos germinabit tibi. Tempus plantadi virtutes, & euellendi vitia, aut vitiorum propenſiones, tota vita eſt, quia in multis offendimus omnes. Sed huic expoſitioni videntur repugnare verba ipſa, quæ de euellendo quod plantatum eſt aperte loquuntur; ſed poſſumus dicere alium plantare virtutes, alium vitia, & qui plantat virtutes euellit quod plantatum eſt ab inimico; & ita nemo euellet quod a ſe recte plantatum eſt. In hoc genere agriculturæ non prius eſt euellere plantas noxias, quam plantare fructiferas, ſed plantando bona, euelluntur mala, non enim poteſt homo a culpa mundari niſi per Dei gratiam.

Poteſt etiam hæc ſententia ad prædicatores pertinere, quorum eſt prius euellere, eradicare, deſtruere, quam plantare & ædificare in ani-
Ierem. 1. mis auditorum iuxta illud Ierem. 1. numer. 10. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas & deſtruas, & diſperdas, & diſsipes, & ædifices & plantes, ſed qui hoc facit prius debet in ſe plantare virtutes, vt ædificet & plantet exemplo & verbo, & cum Paulo poſsit dicere, imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti, ne audiat grauem Dei reprehenſionem dicentis; quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meũ per os tuum? tu vero odiſti diſciplinam &c. Pſ.49. v.16.

Poteſt etiam hæc ſententia ad ingratos & rebelles referri, quos Deus plantauit, ſed quia expectauit fructum, & ſteriles facti ſunt, ideo euelluntur. Conqueritur Dominus. Iſa.5.
Iſa. cap. 5. de vinea ſua, quam electam plantauit, & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Et Ierem. 2. numer 21. Ego te plantaui vineam electam; omne ſemen verum, quo modo ergo conuerſa eſt mihi in prauum vinea aliena? quos plantauerat euulſit Deus quando in captiuitatem deduci voluit, iuxta illud 3. Reg. 14. numer. 15. & percutiet Dominus Iſrael ſicut moueri ſolet arundo in aqua: & euellet eos de terra bona hac &c.

vide

vide Ierem. 12.num.14. &c.c. 24.n.6.c.31.n.28. Plantauerat Deus Saulem quando regem conſtituit;euulſit cum reprobauit.Pulchra plantatio eſt religioſus,hoc lignum plantatũ ſecus decurſus aquarum, fructificabit humilitate, patientia,charitate.Si autem irrepſerit ambitioſa arrogantia excidetur, & in ignem mittetur.
Matth. 3.10 Quid ſi loquatur Salomon de bellico tumultu,quando hoſtium impetus omnia vaſtat,vt oſtendat quantis vita noſtra ſubiaceat incommodis, quot malis præmatur,vt a vanitate ad crudelitatem irrumpant inſani homines,quibus dominãdi libido dominatur; ex quo oſtenditur ſolicitudinis humanæ vanitas,laborat enim ædificando, ac plantando, quod non raro,neque ſero hoſtes inuadunt deſtruuntque,primamque irruptionẽ faciunt in hortos,pomaria, ſiluas,deinde ad muros applicant arietes, machinaſque, quibus ingentia ædificia corruant. Fortaſsis prophetico ſpiritu iam præuidebat Salomõ opera illa magnifica,quæ ca. 2. recenſuit,tradẽda fore ſæuis hoſtibus Chaldæis. Hinc mihi pater ingreſſus ad ſenſum ſequentis verſus.

v. 3.He. *Tempus occidendi,& tempus ſanandi: Tempus deſtruendi, & tempus ædificandi.*

CVM homicidium diuina, & naturali lege interdictum ſit,niſi is qui publica pollet auctoritate iudicet e republica eſſe,vt inſignis peccator morte mulctetur; non poſſumus hanc ſententiam priuato homini aptare, ita vt liceat aliquando aliquem occidere,niſi aliter tueri vitam propriã non poſsit.Tunc enim licet vnicuique aggreſſorem cum moderamine inculpatæ tutellæ occidere. Erit igitur tunc tempus occidendi cum aliter ſeruare vitam meam non poſſum. Erit tẽpus occidendi quando graſſatores viarum compræhenduntur:quando hi,qui deliberato animo aliquem occiderunt,neci dantur;horum occiſione ſanatur reſpublica, & multorum vulnera alligantur. Nulli priuato ob vindictam, vel ob latrocinium conceditur tempus occidendi. Ad publicam poteſtatem ſpectat punire ſæuos homicidas, publicos latrones, Chriſtianiſsimi regni infamatores. Antiquiſsimum eſt hoc malum, apud quoſdam & remedio carere nõ putatur ab his, qui iniquas leges tueri nolunt:mulctentur

bonis ipſi homicidię & fautores eorum, latronumque, & omnia protinus erunt pacata; puniantur ſeuere receptatores niſi aperte probent vim ſibi factam quę conſtantem virum ſuperaret, alioqui omnes hac fraude eludent iudicum diligentiam. Occiſio & ſanitas ad eundem reſpectu eiuſdem referri non poteſt, bene tamen reſpectu diuerſorum: qui corpore occiditur, corpore ſanari non poteſt. Poteſt tamen animo: quare danda opera eſt, vt qui iudicis ſententia morti addicitur, ſanetur animo, quod in noſtra Hiſpania diligenter obſeruatur. Decet reipublicę rectores non ſolum occidere eos, qui digni ſunt morte, ſed etiam pauperum & infirmorum curam habere: multa in hanc rem inſtituta ſunt hoſpitalia, ſed nullibi maior viget diligẽtia & charitas erga ęgrotos pauperes, viduaſque quam in illa confraternitate, quam in Luſitania vocãt. *De la miſericordia.* Sed hanc ſententiam cum poſtrema præcedentis expoſitione coniungo & de bello intelligo, quaſi dicat Salomon: Deus vitam hominibus tribuit, ſed ſæuitia eripitur, eſtque tempus aliud moriendi a natura præordinatum, ſed crudelitate hoſtis aliud tẽpus ſtatuitur. Diuitius viueret Abel niſi inuidia Caini crudelitas illi vitam præripuiſſet. Gen. 4. Sed cum in bello vtrinque cadant, aut vulnerentur multi, prima victorum cura eſt occiſio hoſtium, deinde ad ſanandos ſuos conuertuntur. Poſtquam autem magna per circuitum ciuitatum fit ſtrages, & vt dixi euelluntur arbores, in muros fit irruptio, quibus deſtructis in ciuitatem ipſam irruit furor vincentium, ferroque & igni omnia vaſtantur. Poſtea de reparandis ruinis agitur, niſi hoſtis iudicet omnia funditus euertenda.

Occidens Dominus primogenitos Ægyptiorum ſanabat Hebræorum puſillanimitatẽ: occidens Pharaonem & exercitum eius in mari rubro, ſanabat Hebræorum diffidentiam. Occidens in deſerto omnes, qui egreſsi ſunt de Ægypto præter Ioſue & Caleb ſanabat filiorum ipſorum infidelitatem. Occiſi ſunt multi ad ſepulchra concupiſcentiæ, vt in alijs ſanaretur immoderata appetentia. Sic dum alij dant pœnas rebellionis, inobedientiæ, ambitionis, alij ſanantur.

Mors eſt ſeparatio animæ a corpore. Sanitas eſt humorum & qualitatum temperies iuxta cuiuſque animalis naturam. Hæc ſi ad animum tranſ-

enim Dei gratia te præueniat, niſi Deus cor tuum emolliat veram pęnitentiam agere non poteris: nullum eſt momentum vitæ in quo homo conuerti non poſsit, ſed iſta poſsibilitas pēdet a beneplacito Dei: nunquid tibi Deus reuelauit momenta, quibus te ad ſalutem vocabit? nunquid omni momento, Deus emollit cor peccatoris? ſi ita eſt, quomodo indurauit cor Pharaonis?

Rom. 1. 24. An ignoras terribiles illas Pauli voces, propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam &c. Itē Propter quod tradidit illos Deus in paſsiones ignominiæ. Itē. Tradidit illos Deus

Nu. 26. nu. 28. in reprobum ſenſum, vt faciant, quæ non conueniunt. Ergo quia omnia tempus habent, & tu ignoras tempora, & momenta, vtere præſenti opportunitate, ne prætermittas ſalubrem occaſionem, quæ fortaſsis reparari non poteſt. Magnam feciſti temporis iacturam, redime quod reliquū

Auſonius. eſt. Libet hic apponere Auſonij epigrāma, quod nobis pueris dū grammaticæ operam daremus, dictabat Magiſter Barradas, qui poſtea euaſit inſignis Theologus; quod attinet ad ſententiā multo eſt Auſonio antiquior. Occaſio pingitur fronte capillata, occipite calua, inſiſtens rotæ, & talaribus volucris.

Cuius opus? Phidiæ, qui ſignum palladosꝰ eius,
Quiq; Iouem fecit, tertia palma ego ſum.
Sum Dea, quæ rara & paucis occaſio nota.
Quid rotulæ inſiſtis? ſtare loco nequeo.
Quid talaria habes? volucris ſum, Mercurius, quæ
Fortunare ſolet, tardo ego cum volui.
Crine tegis faciem? cognoſci nolo. Sed heus tu,
Occipite caluo es? ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? dicat tibi; Dic ergo quæ ſis?
Sum Dea cui nomen nec Cicero ipſe dedit.
Sum Dea, quæ facti, non factiq; exigo pœnas,
Nempe vt peniteat ſi Metanœa vocor.
Tu modo dic quid agat tecum? ſi quando volaui
Hæc manet, hanc retinent quos ego preterij.
Tu quoque dum rogitas, dum per contando moraris,
Elapsā dices me tibi de manibus.

Vides amice occaſionē ſequi pænitentiam? Timēdum eſt ne ſit ſera & inutilis; cauendū eſt ne ſubito pręoccupati die mortis nullum ſit ad pænitentiam ſpatium. Ecce pater familias exit Matth. 20.

exit primo mane conducere operarios in vineã ſuã. Nõ poteſt Chriſtianus, interroganti cur ſit otioſus, reſpondere, quia nemo nos conduxit. Vigilat Dominus vt te cõducat, vt te ad fęlicitatem inducat: & tu laborare renuis? tu quæres *paſſatiempos*? merces non datur otioſis, ſed operãtibus. Vocauit te primo mane, ſi non veniſti, veni nunc hora tertia, vel ſexta: ſi vocantem ſecutus es, cur ad otium & ad res inutiles, imo vehementer pernicioſas reuerſus es? quid tibi diſplicuit in Deo Optimo Maximo? Omnia tempus habent, redime tempus, ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nũc dies ſalutis, qui non eſt hodie cras minus aptus erit, niſi Dei clemẽtia gratis te redimere tunc velit. Duobus nominibus vtitur hic Salomon, quæ tempus ſignificant: alterum eſt, Zeman, quo volunt aliqui ſignificari, Tempus determinatum. Nehem. 2. num. 6. conſtitui ei tempus. H. Dedi ei tẽpus ſcilicet determinatum Eſth. 9 n. 27. & certa expetunt tempora &c. H. & iuxta tempus eorum in omni anno & anno. num. 31. ſuo tempore. H. Bizemaneyhem, id eſt in temporibus ſuis. In lingua Chaldaica dicitur, Zimna, Primi Eſdræ 5. num. 3. &c.

Rom. 4. v. 4.

Zeman.

Verbum Zaman, id eſt ſtatuo. 1. Eſdræ. 10. num. 14. in temporibus ſtatutis. H. Hhithym Mezumanym. i. Tempora ſtatuta. Nehẽm. 10. nu. 34. per tẽpora à temporibus anni vſq. ad annũ. H. ad tempora ſtatuta anni in anno c. 13. nu. 31. in tẽporibus conſtitutis. H. Behhithym Mezumanoth. vbi participium eſt fęmininũ, quod 1. Eſdræ. 10. num. 34. erat Maſculinum.

Alterum nomen eſt, Hheth & num. plur. Hhithym, hoc nomen eſt commune in hac ſignificatione: ſignificat ętiam opportunitatem Pſ. 9. v. 10. Adiutor in opportunitatibus. Hhithoth, genere fæm. i. tempora opportunitates. Item Pſ. 9. H. 10. v. 1. deſpicis in opportunitatibus.

Hheth.

Chephets. i. voluntas. Pſ. 1. v. 2. 2. Reg. 23. nu. 5. Nehem. 9. nu. 37. Pſ. 15. v. 3. &c. Verbum Chaphats ſignificat velle, voluntatem habere Pſ. 146. v. 10. Non in fortitudine equi volũtatẽ habebit. H. volet. Ezech. 18. n. 23. Nũquid volũtatis meę eſt mors impij? H. Nũquid volẽdo volã mortẽ impij? Chaphetſah. i. voluntariũ. 1. Paral. c. 28. nu. 9. De verbo dixi Iob. 40. v. 12. quod etiam ſignificat, Amare diligere, placere, complacere, Delectari &c. poteſt voluntas & complacẽtia

Chephets.

Digitized by Google

tia ad hominem, & ad Deum referri, vt ſit ſenſus. Non debet homo, ſi recta ratione regitur, res ſuæ ſubijcere voluntati neq. idem ſemper velle, aut pro arbitrio ſuo nunc hoc nunc illud velle quia omnia habét tempus determinatum, & cuiq. voluntati & complacentiæ præfixus eſt terminus, & ſtultum erit velle rerum naturas & qualitates mutare: Hyems (vt ait Seneca) frigora adducit, algendum eſt: æſtas calores refert æſtuandum eſt: &c. item, Natura hoc, quod vides regnum mutationibus temperat. Nubilo ſerena ſuccedunt: turbantur maria cum quieuerunt: flant inuicem venti; Noctem dies ſequitur &c. Ad hāc legem, inquit, animus noſter aptandus eſt, hanc ſequatur, huic pareat: & quæcumq. fiunt debuiſſe fieri putet, nec velit obiurgare naturam. Optimum eſt pati, quod emendare non poſsis, & Deū quo auctore cuncta proueniūt ſine murmuratione comitari. Malus miles eſt, qui imperatorem gemens ſequitur &c. ſi vero hæc voluntas & complacentia Dei ſit, idem conficitur, vt ſcilicet ſerui pareamus Domino; ignari ducem ſequamur ſapientiſsimum, qui nos in hanc infimam mundi regionem induxit ne ſuperbiremus, quibus incumbit parendi neceſsitas, non regendæ vniuerſitatis facultas data eſt; nati ſumus ea conditione quæ placuit rerū omnium conditori & moderatori, qui optimus & ſapientiſsimus vtilitati noſtræ conſulit, nobis ſat eſt ſcire ſic placuiſſe Deo, cuius prouidentia reguntur omnia: hanc quidam philoſophi fatū nominarunt, quod animaduertere volui propter id, quod ex eodem Seneca ſubijciam, & ex Cleante deſumpſit. Duc me, inquit, parens celſiq. domitor poli, quocumq placuit, nulla parendi mora eſt: Adſum impiger. Fac nolle, comitabor gemens, maluſq. patiar, quod pati licuit bono. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt &c. Si ergo omnia, quæcumque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, noſtrum erit diuinę obſequi volūtati. Iniquus & ſtultus eſt, qui leges domino dare vult cum ſit ipſe viliſsimus & ignauiſsimus ſeruus. Sciamus tempus omnibus eſſe determinatum iuxta Dei beneplacitū, & pareamus, gratiaſq. ſemper agamus, ſic tranquillam vitam piamq. viuemus.

Seneca. l. 18. epiſt. 108.

Pſ. 113. v. 3.

Tempus naſcendi, & tempus moriēdi: tēpus plātādi, & tēpus euellendi plantatū. v. 2. He.

Hoc

Digitized by Google

HOC eſt primum cuiuſq. rei tempus, a quo incipit Salomon enumerare temporũ varietates. Hoc tempus non in poteſtate eſt hominis, ſed in Dei voluntate. Stulti quidam tempus natiuitatis ſuæ deſpiciunt, & alio mallent naſci tẽpore; Deus autem conuenientiſsimum cuiuſq. natiuitati tẽpus decreuit. Vtrũ autẽ aliud tempus mihi fuiſſet conueniẽtius, Deus ſolus ſcit; illud ſcio hoc eſſe Dei prouidentiæ aptiſsimum; ſi mea negligentia, aut malitia ineptum mihi fit, ego luam pœnam, qui committo culpam. Homines illi,
Ioan. 15. v. 22. qui Chriſti opera calumniari auſi ſunt, quiq. peccatum illũ maximũ non haberent ſi Chriſti doctrinam nõ audiuiſſent, & miracula non vidiſſent; non ſuæ natiuitatis tempus iure accuſare poſſunt, ſed arrogantiã, inuidiam, maliciamque ſuam. Eſt ergo tempus vnius cuiuſq. natiuitati a Deo conſtitutum, idem de cæteris rebus intellige, ne fertilitatis aut ſterilitatis tempora tuo iudicio metiaris. Viciſsitudo illa fertilitatis
Gen. 41. &c. & ſterilitatis Ægyptiacæ Ioſephum illuſtrauit, & euexit ad inſignem gloriam, Iacobum cum filijs ſuis compulit in Ægyptum deſcendere, vbi vehementer multiplicati ſunt, & inde cum magna ſubſtantia egreſsi ad promiſſam terram remearunt. Tunc nati ſunt Iſaac, Samuel, Samſom quando Dei virtus manifeſtaretur, eiuſque potentia celebraretur maiore cum laude, maioreque pietate. Quando venit pleni- Gal. 4. nu. 4.
tudo temporis miſit Deus filium ſuum factum de muliere, factum ſub lege; tunc paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Pijſsimo tenebantur deſiderio huius natiuitatis Sancti Patres, ideoq. clamabant, vtinam dirumperes cælos & deſcenderes, ſed tempus naſcẽdi filium Dei de Virgine nondum aduenerat.

Naſcimur quando Deo placet; naſcimur morituri, & ſicut non naſcimur propria voluntate, ita non morimur quãdo volumus. Eſt tamen magnum diſcrimen inter natiuitatem & mortem, quia vt naſceremur nihil fecimus, vt autem moriamur citius aut tardius aliquid efficere poſſumus; & multi ſua intemperie mortem accelerant, non pauci ſeipſos aut ferro, aut laqueo, aut præcipitio interimũt. Cum autem mortales ſimus & vitę vſuram cõmodato accepimus a Deo, offeramus libenter vitã ei, qui dedit, & cum tulſerit imperator, miles relinquat militiam.

Illud Dei gratia in noſtra eſt poteſtate, vt recte viuamus, & in-

in Domino moriamur, ſic enim ad quietem euocabimur, & calamitoſam vitam cum fęlici, temporalem cum ęterna commutabimus.

Horat. *Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.*
Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur hora.

Certum & indubitatum eſt nobis eſſe moriendum, ſed quando hinc migrandum ſolus ille nouit, qui habet imperium vitæ & mortis, penes Dei voluntatem, qui me naſci voluit, eſt tempus vitæ definitum, & præfixa mortis hora. Moritur quis recens natus, alius infans, alius puer, alius adoleſcens, alius vir, alius ſenex aut decrepitus iuxta Summi Rectoris prouidentiam, quæ miſericordia & iuſtitia temperatur. Vnius vita Dei iuſtitia decurtatur, alterius vero Dei miſericordia. Gen. 7. Vniuerſale diluuium omnes præter Noe domum, conſumpſit. Diuino iudicio adulti puniti ſunt, paruulis peccandi materia ſubſtracta eſt: grandiores natu ſi diuitus vixiſſent maiorem damnationem incurriſſent. Idem conſidera in Pſ. 54. v. 24. conflagratione Sodomæ. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, Deo ſcilicet vindicante plurium ſcelera, ſed non omnium: tempus enim moriendi Dei prouidentia terminatur. Percuſſit Deus duos filios Iudæ Her, Gen. 38. 6. & Onan; horum vitam Dei iuſtitia breuiauit, quæ miſericordiam ſibi habuit adiunctam, miſericordia enim Domini fit, vt peccata finiantur. Ille tamen pura inſignique Dei clementia mortuus eſt in iuuentute, de quo ſcriptum Sap. 4. eſt Sap. 4. num. 10. Placens Deo factus eſt dilectus, & viuens inter peccatores tranſlatus eſt: raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Tempus moriendi eſt, quod Deus ſtatuit ſiue iuſtitia, ſiue miſericordia, ſiue vniuerſali prouidentia, cuius decreto ſtatutum eſt omnibus ſemel mori.

Tempus plantandi &c Hoc per cōparationem dictum puto: quaſi dicat, ſicut prudēs agricola non ſēper ſeminat, neque ſemper plantat, ſed ſingula ſuis facit temporibus; & euellit plantas, colligit fruges, ſic Deus vniuerſalis agricola plantat quoſdam vt viuant, & euellit, vt alij plantentur, opportunitatem vero ipſe nouit. Vel, qui plantat & qui euellit eſt ipſe homo, quem Deus in hoc mundo collocat tanquam agricolam. Primum hominem

minem Deus poſuit in paradiſo vt operaretur & cuſtodiret illum, quem Deus plantauerat ab initio: ſed inde expulſus ob inobedientiam cogitur
Gen. 3.18. in ſudore vultus ſui veſci pane: cui dixit Deus. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: ſpinas & tribulos germinabit tibi. Tempus plantadi virtutes, & euellendi vitia, aut vitiorum propenſiones, tota vita eſt, quia in multis offendimus omnes. Sed huic expoſitioni videntur repugnare verba ipſa, quæ de euellendo quod plantatum eſt aperte loquuntur; ſed poſſumus dicere alium plantare virtutes, alium vitia, & qui plantat virtutes euellit quod plantatum eſt ab inimico; & ita nemo euellet quod a ſe recte plantatum eſt. In hoc genere agriculturæ non prius eſt euellere plantas noxias, quam plantare fructiferas, ſed plantando bona, euelluntur mala, non enim poteſt homo a culpa mundari niſi per Dei gratiam.

Poteſt etiam hæc ſententia ad prædicatores pertinere, quorum eſt prius euellere, eradicare, deſtruere, quam plantare & ædificare in ani-
Ierem. 1. mis auditorum iuxta illud Ierem. 1. numer. 10. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices & plantes, ſed qui hoc facit prius debet in ſe plantare virtutes, vt ædificet & plantet exemplo & verbo, & cum Paulo poſsit dicere, imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti, ne audiat grauem Dei Pſ.49. v.16. reprehenſionem dicentis; quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meũ per os tuum? tu vero odiſti diſciplinam &c.

Poteſt etiam hæc ſententia ad ingratos & rebelles referri, quos Deus plantauit, ſed quia expectauit fructum, & ſteriles facti ſunt, ideo euelluntur. Conqueritur Dominus. Iſa.5. Iſa. cap. 5. de vinea ſua, quam electam plantauit, & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Et Ierem. 2. numer 21. Ego te plantaui vineam electam, omne ſemen verum, quo modo ergo conuerſa eſt mihi in prauum vinea aliena? quos plantauerat euulſit Deus quando in captiuitatem deduci voluit, iuxta illud 3. Reg. 14. numer. 15. & percutiet Dominus Iſrael ſicut moueri ſolet arundo in aqua: & euellet eos de terra bona hac &c.

vide

Digitized by Google

vide Ierem. 12. num. 14. &c. c. 24. n. 6. c. 31. n. 28. Plantauerat Deus Saulem quando regem conſtituit; euulſit cum reprobauit. Pulchra plantatio eſt religioſus, hoc lignum plantatũ ſecus decurſus aquarum, fructificabit humilitate, patientia, charitate. Si autem irrepſerit ambitioſa arrogantia excidetur, & in ignem mittetur.
Matth. 3. 10 Quid ſi loquatur Salomon de bellico tumultu, quando hoſtium impetus omnia vaſtat, vt oſtendat quantis vita noſtra ſubiaceat incommodis, quot malis præmatur, vt a vanitate ad crudelitatem irrumpant inſani homines, quibus dominādi libido dominatur; ex quo oſtenditur ſolicitudinis humanæ vanitas, laborat enim ædificando, ac plantando, quod non raro, neque ſero hoſtes inuadunt deſtruuntque, primamque irruptionē faciunt in hortos, pomaria, ſiluas, deinde ad muros applicant arietes, machinaſque, quibus ingentia ædificia corruant. Fortaſsis prophetico ſpiritu iam præuidebat Salomō opera illa magnifica, quæ ca. 2. recenſuit, tradēda fore ſæuis hoſtibus Chaldæis. Hinc mihi pater ingreſſus ad ſenſum ſequentis verſus.

v. 3. He. *Tempus occidendi, & tempus ſanandi: Tempus deſtruendi, & tempus ædificandi.*

CVM homicidium diuina, & naturali lege interdictum ſit, niſi is qui publica poller auctoritate iudicet è republica eſſe, vt inſignis peccator morte mulctetur; non poſſumus hanc ſententiam priuato homini aptare, ita vt liceat aliquando aliquem occidere, niſi aliter tueri vitam propriã non poſsit. Tunc enim licet vnicuique aggreſſorem cum moderamine inculpatæ tutellæ occidere. Erit igitur tunc tempus occidendi cum aliter ſeruare vitam meam non poſſum. Erit tēpus occidendi quando graſſatores viarum compræhenduntur: quando hi, qui deliberato animo aliquem occiderunt, neci dantur; horum occiſione ſanatur reſpublica, & multorum vulnera alligantur. Nulli priuato ob vindictam, vel ob latrocinium conceditur tempus occidendi. Ad publicam poteſtatem ſpectat punire ſæuos homicidas, publicos latrones, Chriſtianiſsimi regni infamatores. Antiquiſsimum eſt hoc malum, apud quoſdam & remedio carere nō putatur ab his, qui iniquas leges tueri nolunt: mulctentur bonis

bonis ipſi homicidię & fautores eorum,latronumque, & omnia protinus erunt pacata;puniantur ſeuere receptatores niſi aperte probent vim ſibi factam quę conſtantem virum ſuperaret, alioqui omnes hac fraude eludent iudicum diligentiam. Occiſio & ſanitas ad eundem reſpectu eiuſdem referri non poteſt, bene tamen reſpectu diuerſorum: qui corpore occiditur,corpore ſanari non poteſt.Poteſt tamen animo:quare danda opera eſt, vt qui iudicis ſententia morti addicitur,ſanetur animo,quod in noſtra Hiſpania diligenter obſeruatur. Decet reipublicę rectores non ſolum occidere eos, qui digni ſunt morte, ſed etiam pauperum & infirmorum curam habere: multa in hanc rem inſtituta ſunt hoſpitalia,ſed nullibi maior viget diligētia & charitas erga ęgrotos pauperes,viduaſque quam in illa confraternitate,quam in Luſitania vocāt. *De la miſericordia.* Sed hanc ſententiam cum poſtrema præcedentis expoſitione coniungo & de bello intelligo,quaſi dicat Salomon:Deus vitam hominibus tribuit, ſed ſæuitia eripitur, eſtque tempus aliud moriendi a natura præordinatum, ſed crudelitate hoſtis aliud tēpus ſtatuitur. Diutius viueret Abel niſi inuidia Caini crudelitas illi vitam præripuiſſet.Sed cum in bello vtrinque cadant, aut vulnerentur multi, prima victorum cura eſt occiſio hoſtium,deinde ad ſanandos ſuos conuertuntur. Poſtquam autem magna per circuitum ciuitatum fit ſtrages,& vt dixi euelluntur arbores,in muros fit irruptio, quibus deſtructis in ciuitatem ipſam irruit ſuror vincentium, ferroque & igni omnia vaſtantur. Poſtea de reparandis ruinis agitur, niſi hoſtis iudicet omnia funditus euertenda. Gen. 4.

Occidens Dominus primogenitos Ægyptiorum ſanabat Hebræorum puſillanimitatē: occidens Pharaonem & exercitum eius in mari rubro,ſanabat Hebræorum diffidentiam. Occidens in deſerto omnes, qui egreſsi ſunt de Ægypto præter Ioſue & Caleb ſanabat filiorum ipſorum infidelitatem.Occiſi ſunt multi ad ſepulchra concupiſcentiæ, vt in alijs ſanaretur immoderata appetentia.Sic dum alij dant pœnas rebellionis, inobedientiæ, ambitionis, alij ſanantur.

Mors eſt ſeparatio animæ a corpore.Sanitas eſt humorum & qualitatum temperies iuxta cuiuſque animalis naturam.Hæc ſi ad animum transferan-

ferantur, inueniemus ibi ſpiritualem mortem & ſpiritualem ſanitatem. Vita animæ Deus eſt, ſicut vita corporis eſt anima. Tempus occidendi fuit quando per inobedientiã homo receſsit a Deo in Paradiſo quem Deus morte mulctandum ſtatuit, & iuſtitia expoliauit, ſic per vnum hominem peccatum intrauit in mũdum, & per peccatum mors, & in omnes mors per tranſijt, quia in illo omnes peccauerunt. Sed ſicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes viuificabuntur. Cum primum incipit homo viuere vita corporis, moritur anima ob peccatum originale: tempus illud eſt, tempus occidendi. Tempus ſanandi & viuificandi eſt tempus gratiæ, Chriſtus eſt Auctor vitæ ſanamur per baptiſmum & alia ſacramenta. Nunquid ante Chriſti aduentũ ſanitas non erat? erat quidem ſed in virtute eius paſſionis: de qua re videndus Apoſtolus Rom. 3. a verſu 20. &c.

Rom. v, v. 12

Acto. 3. v. 15.

Rom. 3.

Eſt etiam tempus occidendi ſiue occiſionis ſpiritualis, non qua Deus ab anima ſeparatur, ſed qua ſpiritus ab anima diuiditur, qua mens hominis iuſti ad altiora eleuatur: mors iſta ſanctorum eſt, qua mundo moriũtur, & Deo perfectius viuunt. Paulus ad Coloſſ. 3. de hac morte, quam diuina ſequitur vita, quoniam interitus carnis eſt ſpiritus viuificatio, & diuiſio ſpiritus ab anima eſt diuinioris vitę participatio: loquens inquam de hac morte præmittit, ſi conſurrexiſtis, inquit, cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quęrite vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, nõ quæ ſuper terrã. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in Deo. Ita viuunt viri perfecti in hoc mundo, vt mortui videantur. Quoniã ſenſuum actiones ſiue paſsiones habent mortificatas: non illos monet auditus infamiæ aut calumnię, obturant aures ſuas ne audiant ſanguinem, claudũt oculos ſuos ne videant malum, mortificãt carnem ſuam cum cõcupiſcẽtijs, ſic viuũt Deo, & ad æternam vitã cõpendio properãt. Idem Paulus Rom. 8. n. 13. Si ſpiritu inquit, facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et ad Coloſſ. 3. n. 5. Mortificate, inquit, membra veſtra, quæ ſunt ſuper terrã: fornicationem, immunditiam &c. Quod autem ab anima diuidatur ſpiritus docuit idem Paulus ad Hebr. cap. 4. nu 12. Viuus inquit, eſt ſermo Dei, & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti,

Coloſ. 3.

Iſa. 33. v. 15

Rom. 8.

Coloſſ. 3.

Hebræ. 4.

ti,& pertingẽs vſq.ad diuiſionẽ animæ & ſpiritus &c. Quãdo aliqua vnita ſunt vnum ſine altero moueri non poteſt, vt ergo doceret Paulus ſic mẽtem aliquando eleuari in contemplatione, vt omnium corporalium obliuiſcatur, & a corpore videatur ſeparata, dicit
Trẽ. 3. v. 28. diuidi ſpiritum ab anima. Sedebit ſolitarius & tacebit quia leuabit ſe ſupra ſe: & ipſe Apoſtolus quando raptus eſt in tertium cœlum ſic eleuatus eſt vt
2. Cor. 12. ignoraret vtrũ in corpore, an extra corpus fuerit. Pater familias ſedens imperat domeſticis, & aliud agens multa facienda præcipit, ſi ſeruo eſſet alligatus & præciperet ei de ambulare, aut currere, neceſſe foret, vt ipſe idem faceret aut violenter traheretur: ſi ſpiritus eſt animæ vnitus, hoc eſt, ſi ſuperior animi pars, quę diuinis rebus conſpiciendis & conſulẽdis vacare poteſt, & debet: ei parti quę corpus informat, & corporis paſsionibus hæret. & quodãmodo ſeruit, vnita eſt ſeruire ſæpe cogitur, tepit humi, turbatur diſtrahitur, ſi vero liber ſpiritus regendę animę præſit mirabiles habet circa diuina operationes, mirabilem vitam viuit, ſed vita hæc abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Qui ſic viuit, mundo moritur, qui ſic occidit ſeipſum cęleſti gaudet ſanitate.

Ad mores referri poteſt deſtructio vitiorum, & virtutum ædificatio, ſicut plantatio & euulſio. Per totam vitam in hac ædificatione laborandum eſt, ædificamus nos metipſos & proximos noſtros: ſed proximum ędificare non poſſumus niſi prius vitia noſtra deſtruamus, ſicut de plantatione dictũ eſt ſupra. 1. Ioan. 3. nu. 8. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli. Perfecte deſtruit non ſolum vitia, ſed vitiorum fundamenta, qui Chriſtũ imitatur, qui à Chriſto diſcit paupertatẽ, mãſuetudinem, humilitatem, patientiam, charitatem: hęc eſt, quę ædificat ſed de hoc alias, ne longiores ſimus.

Tempus flendi, tempus ridendi: tempus plangendi, tẽpus ſaltandi. v. 4. He.

QVID eſt, quod riſui tẽpus datur cũ c. 2. Riſũ errorẽ reputaue rit? dicere poſſemus nõ hic cõcedi tẽpus, vt licite ridere quis poſsit, ſed indicati quid homines faciãt, quid ſibi ipſis permittãt: indicari etiã humanę vitæ inconſtantiã & vanitatem, quæ nunc fletu, nunc riſu inuoluitur, & nõ in

eodem ſtatu permanet. Sed quia cap. 2. v. 2. dixi, non omne lætitiæ ſignum quale eſt modeſtus riſus, damnari; neq. omnem ridentem inſanire: dico, nunc indicari a Salomone nō omne tempus aptum eſſe luctui, aut riſui, ſed ratione omnia moderanda eſſe. Inſaniat quiſquis temporum ſeriem cōfundit, qui ibi ridet vbi flendum foret. Ridiculus eſſet & ineptus, qui nuptiale conuiuium intraret lacrymis perfuſus nulla compulſus neceſsitate. Democritus fertur ſemper riſiſſe:

Iuuen. Saty. 10.

Ridebat curas, necnon & gaudia vulgi.
Interdum & lacrymas.

Sic inſanire putabat homines, & tam ludicra ac ridicula agere & ambire, vt riſum tenere non poſſet, aut riſu omnia digna iudicaret.

Perpetuo (inquit Iuuenalis) riſu pulmonem agitare ſolebat
Democritus, quamquam non eſſet vrbibus illis
Prætexta, & trabea, faſces, lectica, tribunal, &c.

Puerili mēte præditus erat: ſed meliore Heraclitus perpetuo flebat, de quo idem Poeta ait.

Mirandum eſt vnde illi oculis ſuffecerit humor.

Non quia ludicra & ridicula faciant pene omnes, ideo nobis ridendum eſt. Vetat hanc animi leuitatem, ne dicam crudelitatem, natura, lex, & Chriſtiana charitas, quę in maiori proximi inſania maiorem præcipit doloris & compaſsionis affectum. Si filius viri nobilis dementia corripiatur, domi retinetur ac ligatur ne in publicum prodiens aliquid indecore agat: ſi ruptis vinculis egrediatur, & luto volutetur, accurrunt pueri, riſu & clamore exultant, viri tamen modeſti ac graues, & qui inſanientis parentem nouerunt, dolent, & ne lacrymas emittant ſibi vim faciunt. Si homo ridicula facit dū nimia ſolicitudine diuitas aggregare curat: ſi filius prodigus paterna bona dilapidat, ſi ſcortatur, ſi furatur: ſi religioſus humilitatē & paupertatē profeſſus honores & dignitates ambit: ſi Eccleſiaſticus ſimoniæ ſcelere ſe contaminat, quis vir bonus & Chriſti ſeruus non graui mærore conficiatur? De fectio tenuit me, inquit Dauid pro peccatoribus derelinquētibus legem tuam. Cum tot Pſ. 118. v. 53. ſint ſtulti quærentes ſibi noxia, cum tot ſint peccatores Dei legem contemnētes, quis locus, quæſo manet riſui cum paſſim occurrat cauſa fletus? fratres ſumus omnes eandem Dei imaginam habemus, pari:

paris ſum⁹ naturæ, & Chriſtianitatis nobilitate decorati, ſi videmus fratres inſanientes, indecora, turpiaque agentes, & in his eorum vitam periclitari, nunquid lacrymas continebimus? continemus quidem quia pectus charitate vacuum eſt, aut quia ſimilis nos inſania vexat, & cum dolendi cauſas internas habemus nec tamen dolemus, non eſt mirũ ſi aliena mala animum noſtrum non tangant. Indignum eſt, vt principis viri filius fiat tonſor, aut ſutor aut mulio, maxime ſi id vitio & prauitate animi faciat. Quis principis amicus non doleret vicem de prauati adoleſcentis? ſumus filij Dei, ſi filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohęredes autem Chriſti, & ab hac dignitate & nobilitate degenerantes, terrena ſic quęrimus ac ſi nulla eſſet certa ſpes cęleſtiũ: & hanc communem calamitatem nullis lacrymis proſequimur, neque vllum doloris ſignum damus. Rideat ſæcularis phreneſi exagitatus, ſed tibi religioſe nullum vacat tempus ridendi. Rides? tu etiam phreneſi laboras. Ridendi materiam præbent ſcurrilia & ioci, de quibus ſic B. Ambroſius: L.1.off.c.23 Multa, inquit, præcepta de ratione dicendi dant ſæculares viri, quæ nobis prætereunda arbitror, vt de iocandi diſciplina: nam licet interdum honeſta ioca ac iucunda ſint, tamen ab Eccleſiaſtica abhorrent regula: quoniam quę in ſcripturis ſanctis non reperimus, ea quomodo vſurpare poſſumus? &c. Item, væ vobis, qui ridetis quia flebitis, ait Dominus: & nos ridendi materiam requirimus, vt hic ridentes, illic fleamus? Non ſolum profuſos, ſed omnes etiam iocos declinandos arbitror &c. Sint honeſta aliquãdo ioca ſęcularibus, ſed religioſis qua ratione honeſta eſſe poſsint non video. Nolo cum hominibus acutis contendere, qui ſæpe contra conſcientiam aliqua probant quæ placent, ne tales exiſtimentur eſſe quales ſunt; ſunt enim ridiculi & vani, attamẽ cupiũt videri boni & graues. Interrogent ſeipſos quando ridendi materiam quærunt, aut oblatam libentiſſime arripiunt, quo fine, quo animo, qua neceſsitate id agant. Vide capit. 2. v.2.

Natura comparatum ęſt vt fletus pręcedat riſum, imo totum vitæ huius tempus ęſt tempus flendi: cum naſcimur ingredimur lacrymarum vallem, ideo plorat infans cum naſcitur. Sap. 7. numer. 3. & Sap.7. ego natus accepi communem

rum occurret dicendi occa-
ſio.

Adde his,non ſolum mun-
dum iſtum eſſe lacrymarum
vallem,ſed exilium & captiui
tatem , vbi memoria patriæ
pungit animum & elicit fle-
tum.Iuſtius hic flere debemus
Pſal. 136. 1. quam illi,qui dicebant, ſuper
flumina Babilonis illic ſedi-
mus,& fleuimus dum recorda
remur tui Sion.

Ordo,in his ſeruandus eſt;
vt fletus riſum præcedat , tri-
Pſalm. 29. 6. ſtitia gaudium,labor quietem.
Ad veſperum demorabitur fle
tus,& ad matutinum lætitia.
Vita præſens veſperum eſt,
matutinum eſt vita futura,quę
ſpe hic inchoatur per gratiam,
Rom. 12. 12 ideo ſpe ſumus gaudentes,
qui in tribulatione ſumus pa-
tientes.Numeratio dierum in
Gen. 1. Sacra Scriptura incipit a veſ-
pere & finitūr in mane. Mun-
dani aliter numerare volunt
incipiunt a mane, a riſu, a io-
cis,a temporali gaudio,idcir-
co illos manet æterna nox,
æterna triſtitia & miſeria
fletus nunquam finiendus,
nulla conſolatione mitigan-
dus. Non ſolum riſus do-
Prou. 14. 13. lore miſcebitur,ſed omnino fi
nietur, & extrema gaudij lu-
ctus occupabit. Quod Salo-
mon dicit, Riſus dolore miſ-
cebitur &c.ſic ex Hebræo pro
prie vertemus. Etiam in riden
do, vel propter ridere dole-
bit cor : & nouiſsimum eius
lætitiæ luctus. Sic expoſcit or
do legitim⁹,vt qui diē a mane
numerare cępit in veſpere fi-
niat.Ioan.16 num. 20. Amen Ioan. 16.
amen dico vobis, quia plora-
bitis,& flebitis vos, mundus
autem gaudebit : vos autem
contriſtabimini, ſed triſtitia
veſtra vertetur in gaudium.
Nunquid mundi gaudium e-
rit perpetuum ? nequaquam,
ſed ex commutatione triſtitię
ſanctorum in gaudium,neceſ-
ſario infertur viciſsitudo lęti- Pſalm. 125
tię mundanorum.Hic ordo e-
tiam ſignificatur : Qui ſemi-
nāt in lacrymis in exultatione
metent:euntes ibant & flebāt
mittentes ſemina ſua: Venien
tes autem venient portantes
manipulos ſuos.

Sicut fletus & riſus ſunt ar
gumenta lętitię aut mętoris,
ſic planctus & ſaltatio ſūt eo-
rum euidentiora argumenta
ſignificantia illorum incre-
mentum.Si riſui apud pruden
tes graueſque viros vix adi-
tus patet,ſaltatio ab illis lon-
giſsime abeſſe debet: ergo a
domo religioſa alieniſsima
eſt. Non loquor de illa , quæ
fit ad tuendam ſanitatem, ſed
quæ internam lætitiam, men-
tem leuem,cordis diſſolutio-
nem prodit.Qua in re conſide
randa eſt cauſa, opportunitas,

quæ dedecori ſunt religioſis. Carnium eſus nullis eſt inter dictus diuina lege, a quo tamẽ religioſe abſtinent, qui voto hanc viuendi formam elegerunt, quã Deus miraculis multis confirmare voluit, vt maledicentium os obſtrueretur: ſi ergo a licito aliàs carnium eſu abſtinẽt quidam religioſi, cur Chriſtiani non abſtinebunt a ſaltatione? cur religioſi non relegabunt vanas repræſentationes, & ineptos iocos, ac res ludictas, in quibus ſæpiſsime periclitatur modeſtia, caſtitas, animi conſtantia? vide etiam, quæ dixi Iob. cap. 21. v. 11.

Poteſt hæc ſententia ad fletum & planctum eorum, qui bello capti ſunt & victorum crudelitate vexantur: & ad riſum & ſaltationem vincentiũ referri.

v. 5. He. *Tempus proijciendi lapides, & tempus colligendi lapides: Tempus amplexandi, & tempus elongandi ab amplexando.*

Lat. *Longe fieri ab amplexibus.*

SI prior pars huius ſententiæ ad bellum referatur, facile intelligitur quid ſit lapides diſpergere ſiue proijcere, vel quia muri diſsipantur, qui poſtea conſtruuntur; vel quia fundibularij lapides iaciũt, & rurſus colligunt.

Præterea vt domus aut murus ædificetur e lapidicinis lapides exciduntur, & diſpergũtur ad dolandum, deinde coniunguntur in ædificio. Si per lapides non ſolum viles, ſed pretioſos intelligas, moralis elegansq. erit ſententia: docetque Salomon præſens tempus eſſe ſpargendi, ac proijciendi opes, & inter pauperes diuidendas, vt habeamus theſaurum in cælis, vbi omnis diuitiarum copia vnita eſt. Spargit eleemoſyna lapides, ſed non *Eleemoſyna.* perdit, ſicut ſpargit agricola ſemen, vt prouentum colligat, & in horreum condat. De miſericorde dicitur Pſal. 111. v. Pſ. 111. 9. Diſperſit dedit pauperibus iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi, & 2. Cor. 9. n. 6. qui parce ſeminat parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus & metet. Quoniã in lege veteri aliqua ſcelera lapidibus puniebantur, ideo aliqui hanc ſentẽtiam ad ſupplicium referunt, vt lapides proijcere ſit punire nocentes, & lapides colligere ſit a ſuplicio abſtinere. Rigida lex, ſed duro populo conueniens erat, hunc rigorem temperauit euãgelium. Lapidibus obruenda erat adultera, quæ Ioan. 8.

ad

Digitized by Google

ad Chriſtum delata eſt, ſed manſuetiſsima Chriſti prudētia a morte eſt liberata. Cor
Matth. 19. v. 8. dis durities ſæpe Iudæis exprobatur, cor habuiſſe lapideum
Ezech. 36. ſcripturæ produnt Ezech. 36. num. 26. merito igitur Iudæi lapides vocantur, qui diſperſi ſunt ſępe propter peccata ſua, & rurſus collecti ob Dei clementiam. Vide 1. Eſdræ ca. 1. ſed inſignis lapidum diſperſio facta eſt quando Ieruſalem ſolo æquata eſt; colligendi tempus erit quando ad veſperam conuertētur, & poſtquam plenitudo gētium intrauerit om-
Rō. 11. 25. nis Iſrael ſaluus fiet. Per lapides poſſumus intelligere omnes peccatores Deo repugnantes Dei tactū repellentes, quotū ſocietas pernicioſa eſt, qui ſe mutuo cohortantur ad malum dicentes, veni nobiſcum inſidiemur ſanguini &c. Prou.
Prou. 1. 1. nu. 11. Quare fremuerunt gētes & populi meditati ſunt
Pſ. 2. inania? Aſtiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, &
Pſ. 58. 12. aduerſus Chriſtum eius. Diſperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine. De talib⁹ dicit Chriſtus:
Matth. 10. n. 34. nō veni pacē mittere ſed gladium, veni enim ſeparare hominem aduerſus patrē ſuum &c. diſpergantur lapides ne male cohæreant, vt colligantur & conglutinentur charitate: Ecce quam bonum
& quam iocundum habitare fratres in vnum. Tempus fuit ſpargendi lapides ante diluuium, ſed quia non cohærebant religione & charitate, collecti ſunt in congeriem mortuorū. Tempus fuit ſpargendi lapides quando magno in pretio erat mulierum fæcunditas, & in fæcunditas dabatur opprobrio. Pſ. 132.

Tempus colligendi lapides cœpit, ex quo homines audierunt Chriſtum prædicantem
Matth. 19. numer. 12. ſunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorū; qui poteſt capere capiat: in mūdi paruo angulo manebat populus Dei, notuſque in Iudæa erat De⁹, ſed poſtquā Deo placuit gentes in ouile ſuum aduocare, & de lapidibus ſuſcitate filios Abrahæ, virginitas, Matth. 19.
& caſta continentia matrimonio præfertur, & tale eſt tempus colligendi lapides. Duriſsimi ſunt lapides homines infideles, ſaxea habent viſcera crudeles & auari, ſi Chriſti doctrina colligantur mites fiunt. Neſcio quid in mentem venerit Poetis vt fingerent poſt diluuium homines Matt. 3.
ex lapidibus factos, vnde Poeta dixit, Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem; vnde 1. Georg.

vnde homines nati durum ge
nus. Crediderim illos hoc fin-
xiſſe propter cordis humani
duritiem, & indomabilem per
uicaciam; ſed ſanguine agni
D. duriſsimus ad amas mol-
Pſ. 117. 22. Matth. 11. v. 29. leſcit, Mitiſsimus eſt lapis ille
angularis, qui factus eſt in ca
put anguli, diſcite, inquit, a me
quia mitis ſum &c. huic lapi-
di copulati lapides firmitatem
habent contra vitia, & aduer-
ſarios & miteſcunt erga alios
charitate, & oleo miſericor-
diæ ſpirituque manſuetudinis
ſunt leniſsimi, vt verius de il-
lis dici poſſit, quod perfectio-
nem dixit quidam,

Iuuen. Sat. 1 *Paulatimq. anima caluerunt mol
lia ſaxa.*

Tangit eandem fabulam de
1. Petri. 2. qua ſupra. De his lapidibus
ſic ait Petrus 1. capit. 2. nu-
mer. 3. ſi tamen guſtaſtis
quam ſuauis eſt Dominus,
ad quem accedentes lapidem
viuum, ab hominibus qui-
dem reprobatum, a Deo au-
tem electum & honorificatū:
& ipſi tanquam lapides viui
ſuper ædificamini &c. hæc eſt
lapidum collectio, qui antea
diſperſi erant. Hæc explanatio
facilem nobis facit ſecundæ
partis ſententiam.

Tempus inquit, amplexan-
di &c. quod olim erat omni-
bus cõmune, videlicet, matri-
monio vacare, nunc eſt lauda-
bilius declinare amore caſti-
tatis & ſtudio cæleſtis ſapien-
tiæ, quod neceſſe eſt interrum
pat cura vxoris & liberorum.
In immenſum videtur creuiſſe
clericorũ & religioſorum nu-
merus, qui quo plures tanto
cum ſęculo iſto præclarius agi
tur, habẽt enim ſæculares plu-
ris ſalutis ſuæ miniſtros, plu-
res qui apud Deũ intercedant,
& iratum placent, neq. graue
debet videri ſęcularibus tot vi
ros bonos alere, cum maius il
lis lucrum accedat ex oratio-
nibus & ſacrificijs eccleſiaſti-
cis. Quod ſi mihi objiciãt quo
rũdã incõtinẽtiã, vel auaritiã,
vel ambitionem, hoc vitiũ eſt
perſonarum, non ſtatus eccle-
ſiaſtici, & in omni ſtatu repe-
riũtur probi & improbi, neq.
matrimonium abolere opor-
tet, quia quidã coniugati adul
terio ſe contaminant, aut in
magna diſcordia viuunt. Dan-
da eſt opera, vt vitia tollantur,
corrigantur diſtorta, & depra-
uata, non vt ſtatuum ordo tur
betur, aut diminuatur. Si mi-
hi objiciatur multorum de-
prauatus animus, qui laborem
refugientes, & honorẽ ambiẽ
tes, ſic appetunt fieri eccleſiaſ-
tici, ſicut alij appetũt fieri ſcri
bæ, iudices, aduocati, & non
quærunt D. ſapientiæ amplе-
xus repudiatis amplexibus
voluptatum, & deliciarum
carna-

carnalium, ſed nomine hono
tifico, & munere ſancto ab
vtuntur, vt maioribus abun-
dent delicijs, ſi hoc mihi obij
ciatur, reſpondebo etiam hoc
eſſe perſonarum vitium, fate-
borque terribile Pontificibus
imminere iudiciū, qui ſacros
Canones non ſeruant, vt huic
malo aditus quantum fieri
poſsit occludatur. Dico etiam
religioſorum conuentus plu-
rimum decoris & dignitatis
afferre reipublicæ Chriſtianæ,
ſed tantum religioſorum nu-
merum, niſi ſpiritus proben-
tur ſapienter an ex Deo ſint,
magnam ipſi religioni cladem
inferre: quia experimento con
ſtat non paucos fieri religio-
ſos ne laborent, dedignantur-
que filij ſutorum, ſartorumq.
atque ſimilium huiuſmodi mi
niſteria ſubire. Non excludo
hos & viliores quoſq. a reli-
gione, ſed quæro in omnibus
Dei impulſum, & rectum ani-
mi propoſitum, vt peſtilētiſsi-
mæ ambitioni occurratur,
quę etiā aliquos, qui D. ſpiritu
attracti religionē profeſsi ſūt,
de ſancto illo propoſito, gra-
duque deijcit. Pulchram va-
rietatem religionum laudo
vehementer, ſed nimiam pro-
bare vix poſſum ne æmula-
tione mundana de numero
religioſorum ſint prælati ſoli-
citi, virtutis vero minima illos
cura tangat; ne in nobis verifi
cetur illud Iſa. multiplicaſti Iſa.9.
gentem, nō magnificaſti læti-
tiam. Sed ad rem noſtram re-
deamus. Sententia hæc gene-
ralis eſſe poteſt. & ad omnem
honeſtam voluptatem perti-
nere, quæ quantumuis deco-
ra videatur, habet tēpus ſuū.
Matrimonium inſtitutum eſt
in officium, & in remedium,
non in voluptatem, cuius rei
exemplum præbere poteſt iu-
nior Tobias, qui ſic Deum af- Tobie 8.nu.
fatur, & nunc Domine tu ſcis, 9
quia non luxuriæ cauſa acci-
pio ſororem meam (.i. cogna-
tam) coniugem, ſed ſola poſte
ritatis dilectione, in qua bene
dicatur nomen tuum in ſæcu-
la ſeculorum. Tempus ample-
xandi eſt, in quo vel officium
ideſt cauſa generandæ prolis
occurrit: vel remedium ideſt
occaſio vitandæ pollutionis
aut fornicationis. Decet etiā
probos viros tempus habere,
quo vacent orationi: Sūt dies 1.Cor.7.v.5
peculiares, in quibus ab hone
ſta voluptate abſtinendum, vt
mēs ſit purior, & ad ſacra ſuſ-
cipienda magis idonea. Idem
intellige de omni lætitiæ ma-
teria, quæ omittenda non ra-
ro propter inſtantem neceſsi-
tatem. Quis enim ſanæ mētis
in publico luctu & calamitate
dabit operam voluptatibus?
Non nimia ſeueritas, ſed mo-
dera-

derata æquitas fuit populi Romani, qui Fuluium Argentarium carceri mancipauit toto tempore, quo durauit ſecundum bellum Punicum, quia eo tempore roſeo ſerto coronatus é feneſtra ſpectauit in meridie. Indecorum ſane erat periclitantibus alijs in bello, vt is qui in vrbe remanſerat publico argumento leuem lætitiam teſtaretur. Sic nos in cõmuni acerbitate a delicijs, aut deliciarum ſignis alienos eſſe debemus. Saluberrimum eſt conſilium ſingulis diebus cõſcientiam noſtrã diſcutere: præceptum veró vrget quando ſacramẽtis danda eſt opera: quis tunc non in amaritudine animæ ſuæ recogitet peccata ſua? cauſæ omnes quæ nos ad luctum & lacrymas inuitant, etiã ſuadent, vt amplexibus, hoc eſt, omnibus delicijs etiam honeſtis modum ponamus.

Ælian. l. 6.

v. 6. Heb. *Tempus acquirendi, & tempus perdendi: tempus cuſtodiendi, & tempus abijciendi.*

AVARO diſplicet tempus perdendi, ſed velint nolint diuites relinquent alienis diuitias ſuas, & ſepulchra illorum domus eorum in æternum, Exibit ſpiritus eorum, & reuertentur in terram ſuam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur; vbi fures effodiunt & furantur. Rogatus Diogenes quæ eſſet cauſa coloris auri, palleſcit, inquit, quia multorum petitur inſidijs. Nos metu pallorem contrahimus, ita dicebat aurum eſſe pallidum propter metum; cum tot ſint hoſtes diuitiarum nõ poſſunt non perire. Opes infeſtant nõ ſolum fures, ſed notarij, aduocati, iudices; quis enim diues litibus caret? Quid dicã de tributis regum, baronum, communitatum? milli modis imminuũtur, opes: ſed tanta eſt quorundam ſolertia, vt aliunde illas reparent; ſed nihil intulimus in hunc mundũ, haud dubie quin aliquid auferre poſsimus. Ergo ſaltem morte peribunt; & ad alios trãſibũt. Meminiſſe ergo oportet tempus acquirendi ſequi tempus perdendi, ſic modeſtius agemus, & acquirẽdi auiditatem refrænabimus. Perdimus quæ quæſiuimus morbo, & aufert medicus ac pharmacopola; perdimus litibus rapientibus iuſtitiæ miniſtris, in iuſtitiæ vero fautoribus: perdimus nauigãtes, quia tempeſtate cogimur in mare iactare. Perdimus

Pſ. 48. v. 11.
Pſ. 145. v. 4.
Matth. 6. 19.
1. Tim. 6. v. 7.

mus calumnijs delatorū, multiſq. alijs modis. Temperemus nobis, & quæramus non ad detrimentum, ſed ad lucrum. Quærit vir bonus ſine fraude, ſine dolo, ſine alieno damno, & ne perdat transfert diuitias per manus pauperum in cæleſtes theſauros. Tempus perdendi eſt cum malumus iacturam facere bonorum temporalium quam iuſtitiæ & pietatis. Si quis contenderit tecum in iudicio & voluerit tunicam tuam tollere, redde ei & pallium. Satius eſt perdere veſtem corporis, quam animæ. Omnes, qui in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis. Vides quam ſit pretioſa animæ veſtis, ne hanc amittamus perdamus libenter omnia temporalia: quis neſcit quot & quanta cito pereant tempore belli, quæ longiſsimo pacis conquiſita ſunt? Bona temporalia multis ſunt ob noxia in commodis, & multis modis pereunt, quæ nobis inuitis recedunt: verum bona animæ, quæ non poſſunt niſi ſponte noſtra perire, multo difficilius cuſtodiuntur, & potiſsima cauſa huius difficultatis eſt ſtudium acquirendi opes, honores, præfecturas: vt ſileā carnis noſtræ moleſtam concupiſcentiam. Omni ſtudio contendum eſt, vt animæ noſtræ non patiamur detrimentum, etiam ſi vniuerſum mundum ſimus lucraturi. Heu quoties perit in nobis iuſtitia ne pereat pecunia: ne nominis & honoris iacturā faciamus non dubitamus profūdere religionem, veritatem, aut virtutem: ne cadamus a dignitate tēporali committimus multa indigna homine Chriſtiano. Nauigabat quidā deferens ſecum aliquantulū pecuniarum, qua rū cauſa ſenſit ſibi parari a nautis inſidias, ne vitam perderet maluit perdere pecunias, quas iuxta nauigij marginem numerauit, & iterū in ſacculū repoſuit, quem tanta ſolertia dimiſit vt videretur caſu cecidiſſe, cæpitq. infortunium ſuū lamētari, & quos habuerat inſidiatores, expert⁹ eſt cōſolatores, ſic illorum deluſit cupiditatē, & vitæ ſuę conſuluit. Nos ſimiliter perdamus bona temporalia prudenter, ne ſpiritualis vitæ detrimentum incurramus.

Matth. 5. v. 40.

Galat. 3. v. 27.

Matth. 16. v. 26.

Quod dictū eſt de quęrēdo & perdendo, etiā de cuſtodiendo & proijciēdo intelligamus, animaduertentes non eſſe idē tēpus quærendi & cuſtodiēdi, quærere enim quandoq. neceſſariū & honeſtū eſt, quandoq. vitioſum ac turpe: cū vero ad eſt id, quod ſufficit, quærere amplius auari eſt, cuſtodire ve

ro quandoq. prudẽtis, ſed prudentia, quæ tẽpore oppottuno ſuadet cuſtodire, alio tempore docet abijcere: vt modo dixi de illo, qui in mare proiecit pecuniam, & ille recte faciet, qui petenti tunicam reddit pallicum vt maius damnum effugiat. B. Franciſcus coram epiſcopo, patri ſuo etiã veſtẽ abiecit, vt omnibus mundi opibus ſe renuntiare oſtenderet. Prudens ſeruat res opportune: auarus nullam tẽporis aut opportunitatis rationem habet; prodigus abijcit quãdo foret cuſtodiendum. Quærit vt perdat, & cuſtodire neſcit. Multos videre eſt magnates graui ære alieno oppreſſos, quia imprudenter perdunt, cuſtodire nolunt: agendi opportunitatem ignorantes. Auarus vero totus in quærendo & cuſtodiendo eſt, cui perdere aut abijcere pecuniam eſt perdere vitam: miſer homo animam abijcit vt pecuniã cuſtodiat, ſtultus qui & res, & tempora confundit abijcit quod cuſtodiendum foret ſolicite; & cuſtodit, quod foret abijciendum ob vilitatẽ ſuam; dicente Domino Deut. 4. num. 9. cuſtodi temetipſum & animam tuam ſolicite. Item. num. 15. cuſtodite igitur ſolicite animas veſtras. Auarus autem nullam animæ adhibet cuſtodiam, nullam

Auarus.

de vita beata habet ſolicitudinem. Audi Eccleſiaſticũ c. 10. num. 10. Nihil, inquit eſt iniquius, quam amare pecuniam. Eccli. 10.
Si huius rationem quæras, non deerit apertiſsima & efficaciſsima, hic, inquit, & animam ſuam venalem habet, quoniam in vita ſua proiecit intima ſua. Vendet animam pecuniæ amator, quia fit commutatio animæ pro re amata, transformatur anima in rem amatam: & quia vt dixi cap. 2. v. 14. cor eſt in re amata, & vbi eſt theſaurus hominis ibi eſt cor eius, auarus intima ſua proijcit, caret corde, caret viſceribus, caret miſeratione. In ſacro ſermone Rechamym ſignificat viſcera & miſericordias (vt late dixi libro de D. Nominibus) proijcit auarus intima ſua in vita ſua, quia non ſolum cor eius ab illo recedit, quod commune eſt omni amãti res temporales, ſed proijcit viſcera, quia omni compaſsione exuitur. In huius rei ſignũ fuit ille pecuniæ auidiſsimus Iudas laqueo ſuſpenſus viſcera effudit. Nemo hic erret exiſtimans omnes diuites eſſe auaros, aut ſolos diuites hoc malo affici, verba ipſa Eccli. id oſtendunt, nihil, inquit, eſt iniquius, quam amare pecunias; non dixit, quærere, aut cuſtodire, nam eſt tempus

Matth. 6. v. 21.

tempus quærendi, & tempus cuſtodiendi. Ille nequam eſt, qui nullum facit quærendi finem, qui cum ad eſt tempus abijciendi, cuſtodit: ſic enim
Pſ.61.v.11. amat vt à ſe nunquam ab eſſe vellet. Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere: (hoc eſt) nolite intima proijcere, nolite animam venalem habere. Miſerum eſt præſenti pecuniæ cor apponere; ſed fortaſsis miſerius abſentem cum vitæ diſcrimine, cum diſpendio ſalutis, cum detrimento animæ ſolicite quærere, ſic enim anima venalis fit. Teſtes ſũt huius tã fures minuti, quam latrones famoſi. Quid dicã de illis qui ob pecuniam hominem occidunt? non ſunt alieni ab hoc ſcelere notarij, aduocati, procuratores, iudices, quos inter auaros vix numeramus, cum ſint pecuniæ amãtiſsimi. Quis tot nauigationes excogitauit niſi amor iſte nefarius? Eſt aliud hominum genus peſsimum, qui abijciunt rem ſuæ fidei commiſſam, quam diligenter cuſtodire debuiſſent; quia ſi diſpenſatio illis credita eſt, dominum nullum habent, neq. in commodum ſuum cõmunia bona iure poſſunt conuertere. Sed ambitioſi homines, vt ad optatos perueniant honores omnia iura legeſque contemnunt peruertuntq.

Baqas ſiue Biqes, in Piel, id eſt, quæro, requiro, peto, deprecor, rogo &c. nõ bene hoc loco Lorinus affirmat, hoc verbum ſignificare proprie, quærere rem perditam, priuſque eſſe quærere quam perdere. Refellitur hæc aſſertio Gẽ. 37. num. 15. num. 16. Exod. 2. num. 15. quærebat occidere Moyſen & cap. 4. num. 19. Ioſue 22. num. 23. Iud. 14. num. 4. cap. 18. num. 1. Tribus Dan. quærebat poſſeſsionem ſibi 1. Reg. 13. num. 14. quæſiuit Dominus ſibi virum, &c.

Salac, id eſt Abijcio, & v. 5. ſpargo: ſignificat etiam deijcere, proijcere, extendere, expandere &c.

Tempus ſcindendi, & tẽpus conſuendi: tempus tacendi, & tempus loquendi. v. 7. He.

OMNIVM rerum eſt viciſsitudo, nihil eundem tenet ſtatum, mutantur tam naturalia, quam artificialia, & quæ aut naturæ diſpoſitione ſunt integra: aut quæ magno artis ſtudio connectuntur, tandem rumpuntur; ſcinduntur, dilacerantur, diuiduntur, quæ diuiſione dilacerationeq. pereunt; aut in aliam formã ſine

corrup-

corruptione mutatur. Sartor, ſutor, ſimileſq. artifices pluri ma magna arte elaborata artificioſe diuidunt, vt iterum cõſuant. Alia quæ natura integra uit ſcinduntur ob eundem finem; illius generis ſunt telæ lineæ, laneæ, ſericæ, aureæ; iſtius ſunt coria. Quę conſuuntur, filo ligantur, & in vnum copulantur. Sed illa etiam intelligere debemus, quæ diuiduntur, & poſtea copulãtur ſiue naturali, ſiue artificiali glutine, aut alia ratione. Surculus vnius arboris, trunco aut ramo alterius inſeritur pręcedẽte diuiſione, partes illas natura ita conſuit vt vnum penitus eſſe videantur. Hanc in genere ſimilitudinẽ ſcindendi & conſuendi ſiue copulandi pro ponit Salomõ ſolum, vt ex illa moralẽ ſeparationem & coniunctionem intelligamus. Iam ſupra v 3. dixi, Chriſtũ veniſſe ad diſſoluenda opera diaboli; & ad ſeparãdam iniquam perniciosamq. concordiam, ita vt filium a patre, filiam a matre ſeparet, & omnes domeſticos, quos inimicos ſalutis animę experimur: quoniam immedicabile vulnus en ſe reſcindendum eſt, ne pars ſincera trahatur. Chyrurgus apoſtema ſperiens poſtquam pus exinanitum eſt, & caro mundificata nouam cutem inducit medicamine, datque operam, vt cicatrix nihil habeat deformitatis. Deus animarum ſapientiſsimus medicus ſcindit, ſecat, aperit apoſtemata cordis, vt omnia animi membra ideſt, vires, potentiæ, affectus charitate & ſanitate cohæreant, neque ſolum in nobis conſuit diſſoluta; ſed efficit, vt multorum ſit cor vnum & anima vna. Scinduntur in magna calamitate veſtes, ſed ſatius erit ſcindere corda pœnitentia. Tibi dicitur anima Chriſtiana, quouſque delicijs diſſoluetis filia vaga? Nihil eſt in peccatore conſtans, & cohęrens; omnia diuiſa, rupta, diſsipata qualis leproſus, cui lex iubet, ferre veſtimenta diſſuta. Leuit. 13. numer. 45. Qualis inquam eſt leproſus exterius, talis eſt interius peccator, dilacerant animum curæ, cupiditates, ſolicitudines: ergo vt conſui poſsit, abrumpat pœnitentia vitia, ſeparet ab intellectu errores, prauamque ignorantiam: diſſociet affectus pernicioſos, abradat vitiorum ſtigmata, reſcindat noxiam amicitiam, dicat omnibus ad peccatum inuitantibus: Diſcedite a me omnes, qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Sic fiet

Margin notes: Matt. 10. 35. — Act. 4. v. 32. — Ioel. 2. v. 13. — Ierem. 31. v. 22. — Leuit. 13. — Pſal. 6. v. 9.

L vt

vt intellectus & voluntas in Deo vniantur; vt cogitationes & affectus acu prudentiæ,& charitatis filo conſuantur. Sic in lege Domini erit voluntas noſtra & in legē eius meditabimur die ac nocte.Sic dum ſumus in Eccleſia vnitus erit animus noſter, nam diuina omnes cogitabimus: alioquin corpore in eundem locum conueniemus, huius animus erit in foro, illius in coquina, alius in comędia: vel,in ludo:vel, in nauideníque in tot tamque diuerſis rebus, quot ſunt res, quas diligimus: ſcinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Psal.1.

Tempus tacendi, &c. Prudentem ſermonem præcedit prudens ſilentium, non poteſt rectè loqui niſi, qui didicit opportune ſilere, & in ſilentio pręmeditari quid loquatur. Index animi eſt ſermo hominis, non ſolum ſe prodit ſtultitia cum ſtulta loquimur, ſed cum multa, niſi cogat neceſsitas. Aliter loquendum ſeni, aliter iuueni: aliud decet magiſtrum, aliud diſcipulum: rerum etiam de quibus loquimur habenda eſt ratio: vtrum Diuinę ſint an humanæ: vtrum notę an ignotæ: verborum etiam penſanda eſt vtilitas, aut neceſsitas. Illud in primis præ oculis habendum, quod viros bonos vehementer terret. Matthæ. 12. numer. 36. Dico autem vobis quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die Iudicij: ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Ergo attendamus cum loquimur quid & quorſum loquamur, ſi inutilis, infructuoſus, otioſus ſermo damnatur: impurus, iniquus, calumniatorius, detractorius, ſcandaloſus ſermo quanta erit ſeueritate iudicij condemnandus? Cuidam dicēti, videris mihi o Phocion cogitabundus, reſpondit: Rectè coniectas, cogito enim ſi quid queam detrahere de his, quæ dicturus ſum apud Athenienſes. Vir ſapiens non ſolum ſapienter dicere ſtudebat, ſed breuiſsime. Solent breues ſententiæ fixius hærere auditorum animis. Sicut homini temperate viuenti tantum cibi capitur, quantum ſatis eſt ad tuendam valitudinem; ſic homini prudenti verba moderanda ſunt iuxta neceſsitatem aut vtilitatem ſuam & auditorum. Si quæras an idem ſeruandum ſit cum Deum alloquimur, reſpondeo aliter nos cum Deo, aliter

Matth. 12.

Digitized by Google

aliter cum hominibus loqui. Pſal. 9. H. 10 v. 17. Deſiderium pauperis exaudit Dominus, præparationem cordis eius audit auris illius. Non loquimur cum Deo quaſi cum ignorante, neque vt perſuadeamus illum rationibus, ſed vult vt in oratione perſeueremus, vt mens diuino colloquio illuſtretur & perficiatur, animuſque magis idoneus reddatur ad recipienda diuina munera, quæ gratiora erunt ſi diutius fuerint deſiderata, & tanto diligentius cuſtodientur quanto maiore fuerint ſtudio quęſita & impetrata.

Quanta cura ſit adhibenda vt opportune & recte loquamur multis Sanctæ S. documentis doceri poſſumus. Eccleſ. 14. numer. 1. Beatus vir qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo: propterea præparatio animi anteibit ſermonem, quare cum de iuſti eloquio loquitur Sancta S. ſingulari vtitur phraſi Pſalm. 36. verſ. 30. Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Hoc eſt. meditata loquetur, & quia iuſtus eſt, iuſta illum decent verba, ſed ſi temere loquatur aut ſubito, facile labi poteſt. Cumque præmeditatus fuerit quid loquatur, det etiam operam vt verba non neceſſaria reijciat, quoniam ſcriptum eſt, in multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia ſua prudentiſsimus eſt. H. In multitudine verborum. Prou. 10. 19 Mira eſt hominis imbecillitas, multis eſt obſeſſus aduerſarijs, quapropter non ſolum os & labia moderanda ſunt, ſed opus eſt oſtio & fræno, & Dei potiſsimum adiutorio. Dauid ori ſuo ponebat cuſtodiam, ſed quia inſufficiens eſt humana diligentia, Pſal. 38. Deo hanc curam committebat. Pſalm. 38. v. 1. Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: poſui ori meo cuſtodiam cum conſiſteret peccator aduerſum me. Solent calumniæ, iniuriæ iniuſtę perſecutiones hominem ſtimulare, ad iracundiam & impacientiam impellere, tunc verbis nullus ſolet eſſe modus, tunc peccatur facillime: hoc vt effugeret Dauid non ſolum cuſtodit os ſuum, ſed, Obmutui, inquit, & humiliatus ſum & ſilui a bonis, &c. Vt omnem vitarem peccandi occaſionem etiam a bonis ſilui, cum iuſta poſſem dicere, cum iuſte me poſſem defendere, obmutui. In Hæbreo eſt. Cuſtodia oris mei ligatura. Machçom ideſt ligatura, alij, clauſura,

vt intellectus & voluntas in Deo vniantur; vt cogitationes & affectus acu prudentiæ,& charitatis filo confuantur. Sic in lege Domini erit voluntas noſtra & in legē eius meditabimur die ac noſte. Sic dum ſumus in Eccleſia vnitus erit animus noſter, nam diuina omnes cogitabimus: alioquin corpore in eundem locum conueniemus, huius animus erit in foro, illius in coquina, alius in comędia: vel, in ludo: vel, in naui: denique in tot tamque diuerſis rebus, quot ſunt res, quas diligimus: ſcinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Pſal. 1.

Tempus tacendi, &c. Prudentem ſermonem præcedit prudens ſilentium, non poteſt rectè loqui niſi, qui didicit opportune ſilere, & in ſilentio pręmeditari quid loquatur. Index animi eſt ſermo hominis, non ſolum ſe prodit ſtultitia cum ſtulta loquimur, ſed cum multa, niſi cogat neceſsitas. Aliter loquendum ſeni, aliter iuueni: aliud decet magiſtrum, aliud diſcipulum: rerum etiam de quibus loquimur habenda eſt ratio: vtrum Diuinę ſint an humanæ: vtrum notę an ignotæ: verborum etiam penſanda eſt vtilitas, aut neceſsitas. Illud in primis præ oculis habendum, quod viros bonos vehementer terret. Matthæ. 12. numer. 36. Dico autem vobis quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die Iudicij: ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Ergo attendamus cum loquimur quid & quorſum loquamur, ſi inutilis, infructuoſus, otioſus ſermo damnatur: impurus, iniquus, calumniatorius, detractorius, ſcandaloſus ſermo quanta erit ſeueritate iudicij condemnandus? Cuidam dicēti, videris mihi o Phocion cogitabundus, reſpondit: Recte coniectas, cogito enim ſi quid queam dettahere de his, quæ dicturus ſum apud Athenienſes. Vir ſapiens non ſolum ſapienter dicere ſtudebat, ſed breuiſsime. Solent breues ſententiæ fixius hætere auditorum animis. Sicut homini temperate viuenti tantum cibi capitur, quantum ſatis eſt ad tuendam valitudinem; ſic homini prudenti verba moderanda ſunt iuxta neceſsitatem aut vtilitatem ſuam & auditorum. Si quæras an idem ſeruandum ſit cum Deum alloquimur, reſpondeo aliter nos cum Deo, aliter Matth. 12.

aliter cum hominibus loqui. Pſal. 9.H.10 v. 17. Deſiderium pauperis exaudit Dominus, præparationem cordis eius audit auris illius. Non loquimur cum Deo quaſi cum ignorante, neque vt perſuadeamus illum rationibus, ſed vult vt in oratione perſeueremus, vt mens diuino colloquio illuſtretur & perficiatur, animuſque magis idoneus reddatur ad recipienda diuina munera, quæ gratiora erunt ſi diutius fuerint deſiderata, & tanto diligentius cuſtodientur quanto maiore fuerint ſtudio quęſita & impetrata.

Quanta cura ſit adhibenda vt opportune & recte loquamur multis Sanctæ S. documentis doceri poſſumus. Eccleſ. 14. numer. 1. Beatus vir qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo: propterea præparatio animi anteibit ſermonem, quare cum de iuſti eloquio loquitur Sancta S. ſingulari vtitur phraſi Pſalm. 36. verſ. 30. Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Hoc eſt. meditata loquetur, & quia iuſtus eſt, iuſta illum decent verba, ſed ſi temere loquatur aut ſubito, facile labi poteſt. Cumque præmeditatus fuerit quid loquatur, det etiam operam vt verba non neceſſaria reijciat, quoniam ſcriptum eſt, in multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia ſua prudentiſsimus eſt. Prou. 10. 19 H. In multitudine verborum. Mira eſt hominis imbecillitas, multis eſt obſeſſus aduerſarijs, qua propter non ſolum os & labia moderanda ſunt, ſed opus eſt oſtio & fræno, & Dei potiſsimum adiutorio. Dauid ori ſuo ponebat cuſtodiam, ſed quia inſufficiens eſt humana diligentia, Deo hanc curam committebat. Pſal. 38. Pſalm. 38. v. 1. Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: poſui ori meo cuſtodiam cum conſiſteret peccator aduerſum me. Solent calumniæ, iniuriæ iniuſtę perſecutiones hominem ſtimulare, ad iracundiam & impacientiam impellere, tunc verbis nullus ſolet eſſe modus, tunc peccatur facillime: hoc vt effugeret Dauid non ſolum cuſtodit os ſuum, ſed, Obmutui, inquit, & humiliatus ſum & ſilui a bonis, &c. Vt omnem vitarem peccandi occaſionem etiam a bonis ſilui, cum iuſta poſſem dicere, cum iuſte me poſſem defendere, obmutui. In Hæbreo eſt. Cuſtodia oris mei ligatura. Machçom ideſt ligatura, alij, clauſura,

de illa dici videtur,quæ ponitur ori bouis,ne comedat fruges;& verbum Chaçam ſignificat ligare. Deut.25.num.4. non ligabis os bouis terentis &c.& 1.Cor.9.nu.9. quidam frænum interpretantur. Beatus Iacobus cap.3.nu.2.ſi quis,inquit,verbo non offendit,hic perfectus eſt vir.Poteſt etiam fręno circumducere totum corpus, &c. vbi fræni & equi; gubernaculi & nauis ſimilitudine docet hominis labia omnemq. actionem regendam. Sed quia omnis ſufficientia ex Deo eſt,Dauid pſal. 140.v.3.Deum præcatur, Pone,inquit,Domine cuſtodiam ori meo,& oſtium circunſtantię labijs meis.H PoneDomine cuſtodiam ori meo ,cuſtodi iuxta oſtium labiorum meorum.Non ſolum orat vt Deus cuſtodiam ponat, ſed vt ipſe ſit cuſtos,qui aſsiſtat ianuę labiorum. Ex quo intelligitur quam ſit difficile linguam moderari,cum neceſſarium ſit ſæpe loqui. Nos qui ſcribimus minorem mereremur veniam cum erramus, quia maius datur meditandi ſpatium. Illi vero nullam merentur , qui nouas doctrinas , nouitateſque verborum inuehunt in Eccleſiam, ſed nunc his locus non eſt.

Chaçam.

Plurima tibi in rem,de qua agimus cõferet Eccleſ.c.20.n.5.& c.32.n.10. Sed multo plura c.28.ex quibus pauca ſubijciam.n.28.ſepi, inquit, aurem tuam ſpinis,linguam nequam noli audire, & ori tuo facito oſtia & ſeras. Aurum tuum & argentum tuum confla: & verbis tuis facito ſtateram,& fręnos ori tuo rectos : & attende ne forte labaris in lingua, &c. Sed quorſum de conflatione auri facit hic mentionem? Reſpondeo hanc ſententiam plenã eſſe ſapientiæ.Primo docet tantam habendam curam ſermonis, quantã habent plures auri & argenti & ſicut conflãdo aurum & argentum defęcatur,& ab ſcoria repurgatur,ita verba purificanda ſunt ab omni immũditia,& defectu vt nihil inutile & vanũ illis ſit admixtum.Præterea docet verba eſſe põderanda ſtatera prætioſa,taliaq. erũt verba,vt tali ſtatera põderari digna ſint. Item, per argentũ & aurũ intelligit quidquid pretioſũ habere poſſumus,quod libenter commutabimus pro ſtatera , qua ſermonem ponderemus : ſtatera autem eſt ſapientia,quæ monſtrat quando tacendum , & quando loquendum eſt, nam ſtultus ignorat horum opportunitatem.Fertur prudens Demarati ſententia , cum in conſeſſu ſileret , rogareturq.

vtrum

vtrum obſtultitiam,an ob ſermonis inopiam ſileret: reſpondit, ſtultum ne ſilere quidem poſſe. Adiungamus huic Archididamidæ non inferiorem ſententiam:quidam apud ipſum cuiuſdam Rhetoris ſilentium in cõuiuio repræhendebat, cui Archidamidas, videris, inquit, mihi neſcite, quod is qui dicendi nouit artem, etiam dicendi norit opportunitatem. Nullibi magis conuenit ſilere quam in conuiuio, vbi minus eſt homo paratus ad pręmeditãdum quid loquatur, imo delectatio & ebrietas nihil moderate agere ſinunt. Quapropter ſancte ac ſapienter inſtitutum eſt, vt dũ religioſi comedunt vnus legat aliquid quo mentes etiam reficiantur,quod etiam ad menſam epiſcoporum fieri canonica ſanctione decretum eſt. Multa de hac re dici poſſent, neque propterea omitto quaſi multi loquium fugiam, ſed nolo lectori moleſtus eſſe. Finiam hunc verſum ſententia illa Prouer. 13. numer. 3. qui cuſtoditos ſuum cuſtodit animam ſuam:qui autem in conſideratus eſt ad loquendũ ſentiet mala.

v. 8. He. *Tempus diligendi & tempus odio habendi:tempus belli,& tempus pacis.*

Tempus dilectionis,& tẽpus odij &c. Lat.

TAM late patet hæc ſentẽtia, vt non ſolũ ad homines,ſed ad angelos, Deũq. aliquo modo pertingere videatur. Deꝰ cui idẽ eſt eſſe & ęternũ eſſe,quia illa amat,quæ tẽporis alternationi ſunt ſubiecta,ſine ſui mutatione amat & odit, in ſua enim æternitate omnia nouit amatque bonum,& odit malum. Hoc autem mirum eſt, quod ab ęterno eundem angelum vel hominem amat, & odit: ſi ad æternitatem reſpicias ſimul in Deo eſt amor & odium, ſed non ſecundum eandem temporis differentiam, ſiue momentum, nam ſecundum pręſentem iuſtitiam amat illum, quem odit ſecundum pręſciẽtiam futuræ damnationis: & odit ſecundum pręſentem iniquitatem illum, quem diligit ſecundum æternam electionem & prędeſtinationẽ. Hoc autem ſatis eſt manifeſtum in illis,qui ab iniquitate ad iuſtitiam conuerſi ſunt, aut ẽ contrario. Oderat Deus mulierem illam,quæ erat in ciuitate peccatrix, oderat inquam quamdiu fuit peccatrix; ſed remiſſa ſunt ei peccata multa quoniam dilexit multum. Nunquid Dei voluntas mutata eſt?

Deus ſine ſui mutatione amat quod oderat.

Lucæ 7. v. 47.

L 3 abſit,

abſit. Sed aliud erat tempus dilectionis, aliud odij, facta eſt mutatio in perſona peccatrice, non in Deo qui odit malū & diligit bonum. Idem in illo latrone conſiderare licet, qui è cruce ad paradiſum tranſiuit, idem in Saulo, qui ex acerbo perſecutore factus electionis vas, ex truculento lupo mutatus eſt in manſuetam ouem; ex Saulo factus Paulus. Dices, ergo in Deo eſt tempus odij & dilectionis. Reſponde non ſic loquendum, ſed eſt tempus odij & dilectionis etiam reſpectu Diuinæ voluntatis quia Deus amat & odit ſimul in ęternitate, ſed non ſimul in ordine ad tēpus. Rurſus dices ſi Deus ſimul amabat & oderat ab ęterno, ergo etiā nunc Petrum, Paulum, Magdalenam, &c. odit & amat, quia Deus non mutatur. Reſpondeo Deū nunquam odiſſe naturam ſed culpam; & quia peccata ſiue futura ſiue præterita Deo ſunt pręſentia, Deo etiam ſunt exoſa: cumque omnes beati ſint non ſolum ob naturam, ſed etiam ob gratiam & gloriam Deo gratiſsimi, nihil eſt in illis odio dignum, odit tamen Deus illorum ſcelera quę in illis aliquando fuerunt, & ſemper Deo ſunt pręſentia. Sic etiam Deus omnes Angelos dilexit, quando illos creauit, & erga bonos amor perſeuerat in ęternum: malos autem, & apoſtatas odio perpetuo proſequitur. Quare reſpectu creaturæ eſt tempus dilectionis & tempus odij, reſpectu Dei omnia ſunt immutabilia & æterna. Primus homo cum eſt a Deo conditus dilectus fuit, poſt breue temporis interuallum odium Dei incurrit, rurſus per pœnitentiam ad Dei amicitiam redijt. Nos contra natura naſcimur filij iræ, & Deo exoſi ob originale peccatum. Ab hoc odio fiunt immunes, illi, qui Dei beneficio regenerantur ex aqua & Spiritu ſācto, Chriſtus ſolus ita a Deo dilectus eſt vt odium eius incurrere non poſſet. Beata virgo Dei Mater ſemper fuit dilecta, quia in matrem Dei fuit electa: ſed odium Dei incurriſſet niſi a communi lege filiorū Adam Diuina gratia fuiſſet præuenta; quæ iuxta quorundam ſententiam in Adā peccauit, ſed non ad illam deriuatū eſt peccatum, quia præueniēte gratia excluſum eſt. Poteſt nubes ſolis radios impedire ne ad terram perueniant, & non poterit Dei gratia peccatum repellere ne irruat in animam Virginis? Si aduentu gratiæ in animam hominis, antea ſceleratì, illum a culpę macula expiat, facile fuit Deo tunc gratiam

tiam animæ virginis infunde-
re quando corpori eſt vnita vt
nullum fuerit interuallũ, quo
peccatum eius animam macu
lauerit. Si potuit Deus: certe de
cuit eius magnificam bonita-
tẽ matrem Dei ſingulari dona
re priuilegio. Sed ad rẽ reuer-
tamur. Illud præ oculis haben
dum eſt, vt quæ dicam intelli-
Sap. 11. gantur, quod dicitur Sap. 11.
nu. 25. Diligis, inquit, omnia,
quæ ſunt & nihil odiſti eorum
quæ feciſti: nec enim odiens a-
liquid conſtituiſti aut feciſti.
Quomodo autẽ poſſet aliquid
permanere niſi tu voluiſſes?
&c. Ex quo ſequitur Deum in
peccatore non habere odio na
turã, quã ipſe fecit, ſed defectũ
culpamq. quæ mala peccatoris
voluntate contracta eſt Cũ au
tẽ dicitur Deus odiſſe peccato
rẽ, id ratione culpę non naturę
fit. Sic etiã Sancti oderũt, quos
Deus odit; & diligunt, quos
Deus diligit, & eandem dile-
ctionis & odij rationem ſe-
quuntur: & niſi peculiare Dei
pręceptum obſter omnibus be
ne facere ſtudent, ſicut Deus
omnibus bona confert, noſq.
inuitat ad ſui imitationem di-
Luc. 6. v. 36. cens. Eſtote miſericordes ſicut
pater veſter miſericors eſt, qui
ſolem ſuum oriri facit ſuper
bonos & malos & pluit ſuper
iuſtos & iniuſtos Sicut Deus
ſemper amat bonũ & odit ma
lũ, ita nos eadem mente eſſe de
bemus. Deus ſemper amat na-
turas, & odit culpas, quæ nulla
ratione vnquã placere poſſunt
ei, cuius volũtas bona & recta
eſt. Eſt aliud genus mali, quod Tribulatio
pænale dicitur, hoc perſe ama
bile non eſt, ſed propter verũ
bonũ eligi & amplecti poteſt,
vel propter maius vitandũ ma
lũ. Non eſt perſe amabilis tri-
bulatio, tẽtatio, luctus, pauper
tas: ſed tamẽ veritatis magiſter Matth. 5.
beatos vocat pauperes, lugen-
tes, perſecutionẽ patientes. Et
B. Iacob. c. 1. n. 2. Omne gaudiũ
inquit, exiſtimate fratres cũ in Iacob. 1.
varias tentationes incideritis:
ſcientes quod probatio fidei
veſtræ patientiã operatur: pa-
tientia autẽ opus perfectũ ha-
bet, &c. & B. Paulus Rõ. 5. n. 3
Gloriamur, inquit, in tribula- Rom. 5.
tionibus: ſciẽtes quod tribula-
tio patientiam operatur, &c.
quia ergo his malis, quę corpus
affligunt, carniq. moleſta ſũt,
vel mala animi declinam⁹, vel
bona cõparamus, ideo in illis
& gaudemus & gloriamur cõ
tra morẽ mundi amatorum &
carnaliũ hominũ, qui illa ma-
la oderunt, quæ carnẽ contriſ-
tãt. Hæc nõ ſine cauſa adduxi
vt intelligamus dilectionis &
odij differentias, ſciamuſq. eſ-
ſe tẽpus dilectionis, & odij, ne
tunc diligamus quãdo eſt odij
tempus, aut ẽ conuerſo.

Amor Dei. Amandum eſt ſemper id quod honeſtum eſt, ſed nihil honeſtius amari poteſt quam Deus, qui eſt ſummum bonũ, ideo diligendus eſt toto corde &c. *Matth. 22. v. 37.* cætera ſuo ordine & gradu diligenda in Deo, vel propter Deum. Nihil admittẽdum quod Deum excludat. *Iſa. 28. v. 20.* Anguſtum eſt ſtratum cordis noſtri ita vt alter decidat, pallium eſt breue vtrumq. operire non poteſt (id eſt) non poſſumus Deo ſeruire & mãmonæ, *Matth. 6. v. 24.* nemo poteſt duobus dominis ſeruire, ſolus Deus reuera Dominus; alij vſurpatione & fraude atq. mendacio domini haberi volunt. Deus ergo ſuper omnia & ſemper diligendus, quia eius bonitas mutari non poteſt: diabolus ſemper odio habẽdus quia ſemper nequam eſt, & in nequitia obſtinatus: homo etiam ſi peccator ſit propter Deum diligendus, quia ex inimico poteſt fieri Dei amicus, & qui ſecundum præſentem nequitiam eſt dignus odio: nos tamen latet vtrũ ſit dilectus Deo ſecundũ ęternam prædeſtinationem. Verũtamen quatenus peccator eſt odio habendus eſt, non vt naturam perdere velimus, ſed culpam, & illa mala pęnalia illi inferenda, aut bona temporalia ſubtrahenda quæ animæ ſalutem afferre poſsint; quod mundani odio deputant, ſed reuera a legitima dilectione proficiſcitur. Iuxta hunc vulgarem ſentiẽdi modum Deus loquitur cum ait; qui odit animam ſuam in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit eam. Et qui amat animam ſuã perdet eã. Videtur amare animã ſuam id eſt vitam, qui carnem ſuam fouet & nihil illi moleſtum facit, ſed qui diligit iniquitatem odit animam ſuam; *Pſ. 10. v. 5* qua propter ille vere ſe amat, qui iniquitatem odit, & omnẽ peccandi occaſionem fugit, quiq. ita membra ſua mortificat, vt caro ſubijciatur ſpiritui. Non rectè amat ægrotum, qui medicamentum purgans illi non porrigit (iubente medico) ne infirmus amaritudine infeſtetur. Nõ amat qui omnia concedit etiam ſi nocitura ſint. Præferenda eſt ſalus dolori ſcalpelli pungentis, & amaritudini medicamenti purgantis: ferenda ſitis patienter. Hæc cogitur per ferre ægrotus propter ſalutem: & vere diligit, qui poſcenti noxia eſt inexorabilis: ſi autem eadem ſano negentur cum illis opus habet, non dilectioni ſed odio deputabitur. Gladium apud me depoſitum iniuſte negabo domino repoſcenti, ſed ſi furia percitus illum repetat non homini facio iniuriam, ſed amã-

ter:

Digitized by Google

ter, iuſte, prudenterq. retineo. Sitienti ſed febri acutiſsima laboranti aquam nego ob dilectionem; ſi vero ſano negarem cum ſine diſpendio vllo poſsē concedere, odiſſe merito putarer. Quis vetet amans alium vti aut frui re aliqua, quæ illi prodeſt, & nulli nocet? certe aut quia odit, aut quia inſanit. Ex his non erit difficile iudicare tempus dilectionis & odij. Si res noſtræ ſemper eundem ſeruarent tenorem, non mutaretur tēpus dilectionis & odij. Longiſsima de hac re ſe offerebat occaſio dicendi, ſed modus ſeruandus eſt. De charitate non pauca dixi lib. de D. Nominibus: his breuiter relatis hic inſignē quæſtionē proponam.

Vtrum tempus veteris legis fuerit tempus odij; & tempus noſtrum ſit tempus dilectionis. Non diſputo modo de indignatione Diuina erga genus humanum propter ſcelerum magnitudinem, præſertim Idololatriam: neq. de illa inſigni dilectione Dei, qua ſic dilexit mundum vt filium ſuū vnigenitū daret. Si enim hoc beneficium, quo maius excogitari non poteſt, conſideretur, & cum gentium ſtatu conferatur, quas in præteritis generationibus dimiſit Deus ingredi vias ſuas; profecto illud tempus vocari poteſt tempus odij, & tempus euangelicæ gratię, tempus dilectionis. Sed ego alteram nūc quæſtionem diſcutiendam duxi, quæ in illis verbis contineri videtur Matth. 5. num. 43. Audiſtis quia dictum eſt; diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: Ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos &c. Dubium ergo eſt, vtrum Deus præceperit odiſſe inimicos; Chriſtus autē dilexiſſe: quod ſi ita eſt tempus legis veteris fuit tempus odij erga inimicos; Tempus vero euangelicum eſt tempus dilectionis eorundem. Non eſt dubium Iudæos, quibus cū Chriſtus loquebatur ſic legem interpretatos fuiſſe, quamuis id nullibi ſcriptum in lege reperiretur. Inualeſcentibus Iudęorum ſceleribus, ne ab omni humanitate abhorrentes omniū odio digni haberentur, nequitiam ſuam ficta religione excuſabant, volebantq. videri religioſi cum eſſent ſceleratiſsimi: & quoniam vſuras poſsim exercebant, quæ in omni gente bene inſtituta damnabantur, quod permiſſum ſibi erat tanquam Dei pręceptum venerabantur; qua de re legendus Iuuenalis loquens Iudæis, qui præter alia hoc dicit:

Ioan. 3.

Actor. 14. 16.

Matth. 5.

Iuuen. Saty. 14.

Non

falſam exiſtimo, ſed etiam periculoſam, ne dicam erroneã: aduerſaturque ſanctorum patrum auctoritati, etiam plurium eorum quos in ſuum adducunt Patrocinium, & D. eſt bonitati contraria. Solus Hilarius Can. 4. in Matthæũ dicit, permiſſum fuiſſe Iudæis odiſſe inimicos, ſed non meminit præcepti; hæc autem permiſſio ad illos inimicos ſpectat, qui incolebant terram Chanaan, de quibus poſtea. Primum & graue huius aſſertionis peccatum eſt, quod imponit ſanctis viris falſum tanti erroris crimẽ, cum aperte doceant contrarium. Prodeat primus D. Baſil. in Pſal. 14. vbi allegatur pro illo falſo Phariſaicoque dogmate. In illa verba, nec fecit proximo ſuo malum. Quem hæc Pſalmi particula (inquit Baſilius) proximũ appellet nemo dubitat eorum qui audierunt euangelium, in- Luc. 10. terrogante quodam accedente, quis nam eſt meus proximus? cui Dominus dixit parabolam illius, qui deſcendebat a Ieruſalem in Iericho, quem interrogauit, quis eorum videretur eſſe proximus? & ille, qui fecit, inquit, miſericordiam cũ illo. Docuit enim per hæc omnẽ hominẽ putãdũ eſſe proximum. Hæc B. Baſil. vides Baſiliũ eundem putaſſe eſſe proximũ de quo loquitur Dauid, & de quo loquitur Chriſtus, & lex ipſa. ſ. omnẽ hominẽ? D. Ambroſius de Pænitẽtia c. 5. lib. 1. Ipſe inquit, eſt proximus, quẽ nõ ſolum natura cõmunis coniũxerit, ſed miſericordia copulauerit, & c. 10. proximus autẽ eſſe nõ potes niſi facias miſericordiã &c. innititur ſẽper Ambroſius doctrinæ illius parabolę Samaritani, vbi legiſperitus Samaritanũ dicit fuiſſe proximũ Iudæo vulnerato, cuius iudiciũ Chriſtus approbauit, recte, inquit, iudicaſti. Sed ſi nomine proximi amicus & Iudæus iuxta legẽ intelligendus eſſet, male iudicaſſet nõ enim doctrinam euãgelicã ſed legalem profitebatur. Idem Ambroſius Lucæ 10. non, inquit cognatio facit proximum ſed miſericordia, quia miſericordia ſecundũ naturã: nihil enim tã ſecundũ naturã, quã iuuare cõſorrẽ naturæ. B. Hieronymus Zach. 8. v. 16. loquimini veritatem vnuſquiſq. cũ proximo ſuo &c. proximũ, inquit, omne genus hominũ accipiamus, quia ex vno ſumus parẽte generati: alioquin ſi proximus propinquus accipitur, peregrinis & alienis mẽtiẽdum eſt, &c. hoc eſt nomẽ Rebheh, id eſt proximus, quod ſtatim vertitur, amicus: ſed amicum vocat S. Scriptura etiam omnem hominem propter naturæ ſocietatem, quem inimicum facit iniquitas & de-

pra-

prauata voluntas, & Iſa. 58. v. 7. & carnem tuam ne deſpexeris &c. Omnis, inquit, homo caro noſtra eſt. Et Ezech. 18. v. 6. & vxorem proximi ſui non violauerit &c. Niſi omnis homo, inquit, proximus intelligatur: videtur eſſe præceptũ, vt ab amicorum nos abſtineamus vxoribus: inimicorum vero & ignotorum coniuges libere polluamus. Proximus ergo omnis homo homini accipiendus &c. eodem vtitur argumento ad Epheſ. cap. 4. nu. 25. Nos quoq. eodem argumẽto malignitatem Iudæorum confutemus. Præcipit Dominus Leuit. 19. num. 18. Diliges amicum tuum ſicut te ipſum, neq. alibi expreſſis verbis dilectio proximi reperitur, ex hoc loco inferebãt peruerſi homines odio habendum eſſe inimicum. Cum Deus præcipit Exod. 20. num. 16. Non loqueris cõtra proximum tuum falſum teſtimonium, ergo contra extraneum nõ ſolum licebit mentiri, ſed præceptum erit obligans nos ad mentiendum. Plurima ſimilia poſſunt confici argumẽta, ſed Auguſtinum audiamus, qui conſtanter vbique affirmat, omnem hominẽ eſſe proximum. Sed ne aliquis, nõ tam ingenij ſubtilitate quã peruerſitate, contendat illum loqui iuxta euangelium, vbi omnes tam amici, quam inimici iubentur diligi, eius verba penſanda ſunt Epiſtola 52. loquens de proximi dilectione, quamquam euãgelij verba explicat tamen ratio eſt vniuerſalis: præterea ibi ſermo eſt de præcepto legis. ſ. diligendi Deũ ex toto corde &c. & proximũ tãquam ſeipſum Matth. 22. num. 39. & Marci. 12. nu. 31. Proximus (inquit Aug.) nõ ſanguinis propinquitate, ſed rationis ſocietate penſandus eſt, in qua ſocij ſunt omnes homines. Nam ſi pecuniæ ratio ſocios facit, quanto magis ratio naturæ, non negotiãdi ſed naſcendi lege communis? adducitq. Aug. illud Terentianum, Homo ſum, humani nihil a me alienũ puto. Cui ſententiæ, inquit, ferunt etiam theatra tota plena ſtultis indoctiſq. applauſiſſe. Ita quippe affectum omnium naturaliter attingit humanorum ſocietas animorũ, vt nullus ibi homo niſi cuiuslibet hominis proximum ſe eſſe ſentiret. Idem affirmat & probat eleganter li. 1. de Doct. Chriſt. cap. 30. & ſuper Pſ. 41. & ſup. Pſal. 118. Ser. 8. Omnis (inquit) homo omni homini proximus eſt, nec vlla cogitanda eſt longinquitas generis, vbi eſt natura cõmunis. Sufficiant quatuor iſti teſtes omni exceptione maiores,

maiores. Sed ratione etiam ié premamus. Si Deus iubet odiſſe inimicum, hoc eſt, omnem hominem incircũciſum; quæro aut iubet odiſſe naturam, aut culpam impoſſibile eſt, vt Deus præcipiat nobis odiſſe, quod ipſe diligit, diligit enim
Sap. 11. omnia quæ ſunt. Sap. 11. num. 25. Ergo culpa eſt odio habenda. Si ita eſt, Chriſtus cum iubet diligere inimicos, ſi aliquid nouũ præcipit vt iſti putant, neceſſario ſequitur, vt iubeat diligere culpam: quod nemo non videt eſſe impium. Diſputans Aug. contra Fauſtum Manichæum lib. 19. cap. 24. concedit in antiqua ſcriptura dictum fuiſſe; oderis inimicum tuum, & in Euangelio diligite inimicos veſtros ſed affirmat Chriſti præceptum illi non eſſe contrarium, quia inimicus diligendus eſt propter naturam, & odio habẽdus propter iniquitatem. Audito, inquit, quod antiquis dictum erat, oderis inimicum tuum; ferebantur homines in hominis odium, cum deberent non odiſſe niſi vitium. Hos corrigit Dominus dicendo, diligite inimicos veſtros. Lege ibi plura: Dico etiam in lege nuſquã inueniri illud, oderis inimicũ tuum. Auguſtinus vero noluit nouam mouere quæſtionem cum facile poſſet hæreticum refutare. Illud etiam aduertendum, hoc loco non eſſe, audiſtis quia dictum eſt antiquis; ſed tantum, audiſtis quia dictum eſt. Illud nimis inconſiderate dictum a Maldonato, cum, inquit, de veris loquitur inimicis non ſolum odio habere, ſed etiã delere iubet. Quod probat ex Deut. cap. 25. num. 19. certe niſi tot extarent argumenta eruditionis huius viri hoc argumento inſignẽ inſcitiæ maculam contraxiſſet. Loquitur illo loco Deut. Dominus de Amalec, cuius malignitatem & inhumanitatẽ punire iubet, Memento, inquit, quæ fecerit tibi Amalec in via &c. cum ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem &c. delebis nomen eius de ſub cęlo. Qua ergo fronte potuerunt ſingulare præceptum diuinæ vindictæ punire volentis malefactores, in vniuerſale conuertere? Ergo iudex, qui præcipit occidere latrones, omnes homines ſimili pœna inuoluit. Nõ odio perſonæ punit Deus, aut iudex iuſtus malefactorẽ, ſed odio culpæ. Dices, Maldonatum non omnes gentiles vocare veros inimicos: falleris, nam omnes, qui non erant Iudæi, veros inimicos vocat, Iudæi vero qui dicuntur inimici non veri erant inimici, vt ipſe aperte affirmat. Quam diſtinctionem

ctionem libere fingit, eodem namque nomine vocantur inimici tam Iudæi, quam Gentiles, & in omnibus eadem eſt ratio odij, vel amoris, ſcilicet natura & virtus: vel vitium & ſcelus, neque loquimur modo de maiore aut minore cauſa odij vel dilectionis. Oſtendamus iam huius erroris falſitatem ex ipſis ſcripturis. Exod. 22. num. 21. Aduenam non contriſtabis, neque affliges eum, aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Ægypti. cap. 23. numer. 9. Peregrino moleſtus non eris, ſcitis enim aduenarum animas, quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Ægypti. Leuit. 19. numer. 33. Si habitauerit aduena in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei; ſed ſit inter vos quaſi indigena & diligetis eũ quaſi vos metipſos, fuiſtis & vos aduenæ in terra Ægypti. Sunt plurima huius rei exempla, quæ indicant omnem hominem diligendum omnemq. eſſe proximum. Illud non prętereundum, nomine aduenæ intelligi illum qui non eſt natione Hebræus: & ne putemus Deum loqui de illis, qui circũciſi erant, audiamus quid Deus ſtatuat Exod. 12. num. 43. hæc eſt religio Phaſe; omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis autẽ ſeruus emptitius circuncidetur, & ſic comedet. Aduena & Mercenarius non edẽt ex eo &c. num. 48. quod ſi quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere Phaſe Domino, circuncidetur prius &c.

Et ne tantum in hac quæſtione immoremur finem faciamus ſingulari exemplo Ioſue viri legis D. obſeruantiſſimi. Vt vitæ ſuæ conſulerent Gabaonitæ aſtu deceperunt Ioſue & Hebræos, quod nequaquam facere poſſent, ſi prę cepto odio habendi omnes alienigenas tenerentur. Acceſſerunt Gabaonitæ ad Ioſue cap. 9. num. 6. Dixeruntque ei, atq. omni Iſraeli: de terra longinqua venimus pacem vobiſcũ facere cupientes. Reſponderuntq. ad eos viri Iſrael atq. dixerunt Ne forte in terra quæ nobis ſorte debetur habitetis, & nõ poſsimus fœdus inire vobiſcum &c. Nũquid poſſum ego fœdus inire cum illo quem me Deus iubet odiſſe? ſolum contra Chananæos præceperat Deus Iſraeli, vt illos exterminarent, nullamque cum illis amicitiam contraherent. Conſuetudinem impiorum deuitare tenemur, ſi nobis nocere poſſunt maxime in his, quæ ad religionem ſpectant, vel ſi ipſi deteriores futuri ſint. Sed de hac te opportunius,

Digitized by Google

nius, & de hac quęſtione ſatis.

Eſt igitur tempus dilectionis, cũ is, qui diligitur bonus: & tempus odij ſi in ſcelera fuerit prolapſus. Deniq. omne tẽpus eſt aptum dilectioni & beneficientiæ erga inimicos, vt illos ad meliorem mentem reducamus. Omne tẽpus eſt odij ad corrigenda peccata in nobis & in proximis.

Iob. 7. Tempus belli &c. Si de vniuerſali militia, qualis eſt vita hominis ſuper terram iſta intelligamus, tempus belli erit vita mortalis, tẽpus pacis erit poſt hanc vitam, quam pacem conſequentur, qui bonam hic militiã militauerint; non enim coronabitur, niſi qui legitime certauerit. Ita pugnandum eſt

2. Tim. 2. 5. vt ſemper pacem præoculis habeamus, quæ bello ſemper pręferenda eſt: neq. de viro Chriſtiano recte dicetur, Prætulit arma togæ, ſed pacem armatus amauit. Sed, Pacem armatus amet, pacem quoq. præferat armis.

Si miſerrima huius vitæ cõditio, & deprauata voluntas, atq. vis nefaria improborum nos ad bellum nõ prouocaret, poſſemus pace illa frui, quam omnes bene inſtitutæ Reſpublicę amant; & quæ multo perfectius cõuenit his, qui ad normam euangelij mores ſuos cõponunt. Nobis conſulit Chriſtus vt in vna maxilla percuſsi Matth. 5. alteram præbeamus: vt volenti per iudicialem contentionem tunicam tollere, reddamus etiam palliũ. Sed iſtę ſunt priuatæ iniuriæ, priuata damna, quibus anteponẽda eſt animi tranquillitas. Si autem noſtra patientia aut detrimẽto, temeratius & iniquus homo maiorem ſumeret audaciã ad ſcelera perpetrenda, fieretq. quotidie deterior, tũc charitas nos ad defenſionem rerum noſtrarum, & incolumitatem proximorum impellit, dabimuſque operam vt nefarij hominis temeritas & iniquitas coerceatur, implorato iudicis officio & auxilio, ſi per tempus & occaſionem licet ad illũ. cõfugere. Hęc priuata bella armis nõ egẽt ſed teſtibus & rationibus apud iudicẽ expoſitis: ſic bella iſta ſuſcipiũtur vt iuſtitia finiãtur: Iuxta illud Iſa. 32. n. 17. Erit Iſa. 32. opus iuſtitię pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium: quæ verba ad ſpiritꝰ trãquillitatẽ potiſsimũ pertinent ſed de temporali pace etiam verificantur, quæ eſt opus iuſtitiæ, ita vt neq. inter ipſos prædones concordia durare poſsit, niſi ſit aliquod iuſtitiæ veſtigium. Imponit iuſtitia ſilentium clamoribus eorum, qui vim patiuntur, & prauorum audaciam retundit. Duo, inquit Cicero, Offici lib. ſunt

ſunt genera decertãdi: vnum per diſceptationem, alterum per vim: cumq. illud proprium ſit homini, hoc belluarum, cõfugiendum eſt ad poſterius, ſi vti nõ licet priore. Quare ſuſcipienda bella ſunt ob eã cauſam, vt ſine iniuria in pace viuatur &c. O cæca dominandi libido: O nefanda prædonum audacia, & diripiendi libido, non infertur bellum ad reſarcienda publica damna; neq. ad reprimẽdam ſceleratorum audaciam, tuendamq. impotentium & innocentium vitam, ſed propter rapinam, quæ ex inſatiabili cupiditate naſcitur. Qui iuſtitiam colunt ſeruant tempus belli, ad quod coacti veniunt, ſed iniqui illud tempus eligunt, quod nocẽdi alijs aptius iudicant, & ſuo ſceleri tutius. Quod rex iuſtus contra improbos bellũ gerat neceſsitas ſæpe cogit, quia nullus eſt ſuperior qui litigantes poſsit ad cõcordiam trahere, qui iuſtitiæ legumq. auctoritate cogat iniquum arma deponere & illata damna, aut iniurias reſarcire. Quod autem ſub vno rege catholico, iuſtitiæ cultore, boni publici zelatore, & ad delendos iniquos potente bellum perpetuum vigeat inter factioſos nefarioſq. homines: vel publicos prædones, qui vias publicas infeſtãt, qui tam peregrinos quam indigenas ſpoliant, vehementer dolendũ eſt. Hi opulentas domos inuadunt & diripiunt: hi homines diuites cogunt ſe ipſos pecunia redimere: hi ſuo terrore cogunt multos peierare, ne ſi verũ dicant certiſsima illos mors maneat. Nõ poſſum huius mali grauiſsimi & antiquiſsimi culpam in principes conferre, quos noui boni & æqui amantiſsimos, ſed conſiliarios excuſare vix poſſem, qui frequentiſsima ſcelera & enormia flagiria regi non exponunt, neq. admodum ſatagunt viam mõſtrare qua tantis malis occurratur. Si in iſta prouincia de qua loquor iuſtitia ſeruaretur iam diu pax regnaret. Leges ipſæ coguntur fauere flagitijs, & ſub ſpecie pietatis abutuntur ipſa eccleſiæ immunitate, vt habeant latrones, & voluntarij homicidę quo ſe recipiãt, & interdiu maneant in eccleſia, noctu ad latrocinandum, & interimẽdũ homines egreſſuri. Rem notam dico, ne quis velit mihi repugnare. Habent prædones iſti multos protectores, qui ſcelus excuſant dicentes, ſe metu legitimo coactos recepiſſe & pauiſſe tales homines. Nobiles ſuas exercent factiones antiquiſsimas, quas hęreditario ſcelere tranſmittunt ad poſteros; gaudent multis priuile-

priuilegijs, quæ nobilitatis argumenta ſunt. Sed proh dolor dum illis abutuntur, fiunt inſtrumenta ignominiæ & infamiæ: quæ mala vix ſentiunt ob inueteratam peccandi conſuetudinem. Metuit Dauid nobilitatis priuilegia cũ occidit Goliath virum inſignis roboris & magnitudinis hoſtem Hebræorum, &probris afficiẽtem acies
1. Reg. 17. Dei viuentis: ſi autem ciuẽ occidiſſet quantumuis fortẽ, idq. ob priuatũ odium feciſſet, non laude ſed vituperatione dignus fuiſſet: non prẽmium ſperare, ſed ſupplicium formidare debuiſſet. Iure optimo ſpoliari poſſent omni dignitate & priuilegijs homines factioſi tanquam patriæ hoſtes, & publicæ pacis turbatores. Si fortia facta ob patriæ defenſionem pariũt nobilitatem, turpia facta, & in perniciem patriæ patrata ſcelera, nobilitatem delere, & infamiam conciliare iure poſſunt. Tempus opportunum pacis eſt ſub Rege catholico, pacis amãte, ſed potiſsimũ ſub Deo Chri
Coloſſ. 1. ſto, qui eſt pax noſtra, qui per ſanguinem ſuum pacem fecit: pacificans (inquit Apoſtolus) per ſanguinem Crucis eius ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt. Tu ergo huius Domini famulus vocaberis, qui pacẽ odiſti? quam partẽ poſſe te in Chriſto habere exiſtimas, qui teſtamẽto ſuo ſeruis ſuis pacem legauit? pacem, inquit, meam do
vobis pacem relinquo vobis. Si Ioan. 14.
bellum amas ſume arma contra communes fidei & patriæ hoſtes. Sed tibi, bella geri placuit nullos habitura triũphos: bella geri placuit ſummos habitura dolores. Si pugnandum eſt, ſi non poſſumus hic veram & perfectam pacẽ tenere, pugnemus cum vitijs, repugnemus diabolo. Chriſtianus es: ciuis regni cælorum eſſe cupis: en tibi bellum honorificum oſtenditur, Regnum cælorum vim
patitur & violenti rapiunt il- Matth. 11.
lud. Vis ad regni coronã perue nire? Non coronabitur niſi qui
legitime certauerit. Non cer- 2. Tim. 2.
tat legitime qui vlciſcitur iniuriam, ſed qui reprimit animi impetum qui irã cohibet, qui cupiditatẽ frænat, qui ſibi vim facit legitime certat, iſte eſt glorioſe violentus, rapiens regnũ cælorum. Sed de hac re ſit nũc dictum ſatis.

Quid habet amplius homo de labore ſuo? H. quid præſtantiæ (vel, vtilitatis) facienti in quo ipſe laborans. Lat. v. 9. He.

CONCLVSIONE atque epiphonemate colligit quod ca. 1. num. 3. propoſuerat, vbi eadem eſt ſententia. Poſt tam multas, tam varias, tam moleſtas rerum viciſ-

ſitudines & alternationes, in
quibus hominum cuiç ſtudiaq.
verſantur, ſi illa quætit, quæ tẽ-
poti ſunt obnoxia tandem cum
ad finem vitæ peruentum fue-
rit nihil reliquum eſt nihil ſu-
pereſt niſi laſsitudo, dolor, an-
xietudo. Interroga ipſos ſæculi
potentes, quid amplius habeāt:
reſpondebunt: laſſati ſumus in
via iniquitates & perditionis,
Sap. 5. & ambulauimus vias difficiles,
viam autem Domini ignoraui-
mus. Quid nobis profuit ſuper
bia, aut diuitiarum iactantia
quid contulit nobis? omnia illa
tranſierunt tanquam vmbra,
&c. Ne inter iſtos inſenſatos
numeremur, & cum illis dam-
nemur, ſurſum corda leuemus,
illa quæramus quæ ſupra tem-
pus ſunt, ad æteinitatem bea-
Ephes. 5. tam mentis oculos conuerta-
mus: ſequamur Pauli ſalubetri-
mam monitionem: de qua iam
plura dixi initio huius capitis.
Redimentes (inquit) tẽpus quo
niam dies mali ſunt. Tempus
præteritum reuocari non po-
teſt: redimitur autem tempus
cum in rebus honeſtis conſumi
tur, cũ talia ſunt opera noſtra,
vt illorum fructus non poſsit
tempore aboleri. Trāſit omnis
actio etiam perfectiſsima, ſed
manet meritum, manet ſpes
pręmij. quod nulla vnquam de-
lebitur temporis diuturnitate,
erit enim æternum. Spes impio
Prou. 10. rum peribit. Prou. 10. v. 28. Sed
expectatio iuſtorum lætitia, vt
ibidē dicitur. Omnes ducimur
ſpe, ſed bonorum ſpes non peri
bit (Prou. 24. v. 14.) quoniam in Prouer. 24.
nititur veræ ſapientię, in Deo
collocatur, ſummum bonũ reſ-
picit. Dauid intuens hominum
vanitatem, præpoſteras curas,
ſpeſq. inanes & fallaces, auocat
mentem à rebus caducis & ad Pſalm. 38.
Deum cõuerſus ſic ait: (Pſa. 38.
v. 8.) & nũc quæ eſt expectatio
mea, nonne Dominus? & ſubſ-
tantia mea apud te eſt. H. ex-
pectatio mea in te ipſa. Vocat
ſpem Diuinam, ſubſtantiã, quo
niam firma eſt & ſtabilis. Sumi
tur etiam ſpes pro re ſperata, id
eſt pro Deo: in quo eſt beatitu-
do noſtra, beatitudo vero ſta-
tus eſt &c. Impiorum ſpes vm-
bra eſt, accidens imaginarium,
ſpem vigilantiũ ſomnium qui-
dam Philoſophus vocauit. Sa-
piēs vero ait, (Sap. 5. v. 15.) ſpes Sapien. 5.
impij quaſi lanugo eſt, &c. vide
ibi plura conſideratione dig-
niſsima. Non habet amplius ho
mo de labore ſuo, ſi intra limi-
tes humanæ conditionis & fra-
gilitatis maneat: ſed ſi fiat per
gratiam Dei filius, amplius ha-
bebit: bonorum enim laborum
glorioſus eſt fructus. Vide quæ
dixi Iob. 7. v. 3. In illa verba: ſic
ego habui menſes vacuos &c.

Vidi afflictionem quam v. 10. L.
dedit Deus filijs hominum vt
diſtendantur in ea.

Hoc

HOC iam expoſitum eſt c. 1.v.13 Hic dicitur afflictio, ibi, occupatio. Quod ibi dicitur occupari hic dicitur, diſtendi. Sed communis verbi ſignificatio eſt, affligi. Hic alia dici poſſent ad complementum, vel augmentum illorum, quæ dicta ſunt cap. 1. v. 13. & ego addidi quando hæc commentariola primo elaboraui ante aliquot annos: ſed nūc cogor prætermittere, nam incuria typographi combuſtæ ſunt aliquot chartæ, cumq. ego typographiæ adeſſe non poſſem, & ob afflictā valitudinem Barcinone abeſſem, præter ſpem & cogitationem meam damnum hoc renunciatum eſt mihi, cuius nuncio omnem laborem meum deteſtatus ſum, & animus diſtendi varijs curis coactus eſt. Facile foret aliquot verſus integros exponere, ſed centones conficere, qui conueniſſent cū antecedētibus & cōſequētibus, difficillimum: diuinare enim neceſſe erat, aut incongruentia dicere: nam illa erant excogitanda quibus implerentur folia 85 & 86. & magis moleſtum iudicaui quod cohærere poſſet cum pagina 1. fol. 89. & cum pag. 2. fol. 90. Hoc eſt quod amplius habui de labore meo, hæc moleſtia, hęc diſtenſio, hæc afflictio de nouo imparatum inuaſerunt, & inopinato mærore affecerunt. Non inconſiderate vulgatus interpres verbum Hhanah, id eſt affligo, occupo, &c. Hoc loco vertit per verbum diſtendi, quoniam mox dicturus quam curioſe, quam pertinaci ſtudio, quanta cum moleſtia homines incumbant indagandis rerum cauſis, quot inde naſcantur controuerſiæ, ac plerumq. nil niſi laſsitudo, & tædium maneat laborātem. Non ſolum occupatur homo, ſed diſtenditur, diſtrahitur, affligitur. Quæ diſtenduntur extenuantur, & ſæpe ipſa diſtentione rumpuntur, vt verissimum experiamur illud Publij Mimi. Nimium altercando amittitur veritas. Vitioſa, & vituperatione digna eſt concertatio, quæ non reſpicit primo ipſam veritatem, quæ modeſtię fines tranſgreditur, quæ hominum plauſum, aut alicuius hominis nomen & gloriam quęrit. Nunquam finem faciet diſceptandi qui aliud quærit diſputando, quam Chriſti gloriam, qui eſt ſumma veritas. Aduerte etiam verbum Hhanah, de quo dixi cap. 1. ver. 13. etiam ſignificare humiliare Geneſ. 16. v. 9. Reuertere ad dominam tuā & humiliare ſu manu illius. Vide etiam Iud. 3. ver. 30. capit. 4. ver. 23. Ruth, primo ver. 21. Pſalm. 34. v. 13. &c. Quare hoc loco poſſumus etiam vertere, vt humilientur in ea.

Hhanah

v.11. H. *Omne fecit pulchrũ in tempore ſuo, etiã ſæculũ dedit in corde eorũ. propter quod (vel abſq. quo) non inueniet homo opus quod fecit Deus à capite vſque ad finẽ (vel cõplemẽtũ.)*

Lat. *Cuncta fecit bona in tempore ſuo, & mundũ tradidit diſputationi eorum, vt non inueniat homo opus quod operatus eſt Deus ab initio vſque in finem.*

RAtionẽ reddis, cauſam que aperit moleſtiæ & laboris hominum ſine fructu. Reprimit temeritatem eorum, qui dũ creaturas infamant, malaſque eſſe affirmant, creatori iniuriã faciunt, qui omnia fecit bona, neque ſolum bona, ſed etiã pulchra in tẽpore ſuo. Mũdũ cõdidit mira varietate pulchrum, homini vtiliſsimum, ſed dũ inueſtigando, aliud quærit, quam
Roman. 1. creatoris notionem & gloriam, euaneſcit in cogitationib⁹ ſuis.
Prouer. 25. Bonum eſt mel, dulce, & multis rebus vtile: verum qui multum mel comedit non eſt ei bonum (Prou. 25. v. 27.) eodem c. prius dixerat v. 16. mel inuenisti comede quod ſatis eſt. Bona ſunt omnia Dei opera in ſe, mala fiunt abutenti, imprudẽti, homini arroganti, qui non quærit niſi ſe ſuaque, non quæ Ieſu Chriſti. Suror ne vltra crepidam dixit Apelles (vide infra cap. 7. v. 1.) Quid habet pulchritudinis aloes, aut medicinalis myrrha, aut reubarbatum? Bona ſunt, pulchritudinis veſtigiũ non apparet: verum ſi effectus conſideremus nõ poſſumus nõ fateri pulchra eſſe, conferunt enim ſanitati, ſine qua pulchritudo deperit. Si pulchritudinis naturam & conditionem preſſius inquirimus, illã præſtare iudicabimus, quæ varietate concinna elegantiq. conſtat, vt videre eſt in pictura, & ſculptura. Color omnis pulcher, ſed alius alio pulchrior, vt paſsim videmus; verum pictura ex colorum varietate rite diſpoſita, & ex lineamentis conſentaneis conſurgẽs mirabilẽ pręſe fert pulchritudinem. Neq. ſolũ iſta id efficiũt, ſed etiam id quod in ſe nihil habet pulchritudinis, vt videte eſt in vmbris, quæ in imaginibus
artificioſe apponuntur. Mũdũ pulcherrimũ Deus dedit in corde hominum, vt á creatura mũdi per ea, quæ f. cta ſunt Dei inuiſibilia cognoſcerentur, ſempiterna quoq. eius virtus ac Diuinitas. Sed aduertendum eſt cor non ſolũ ſignificare intellectũ, ad quem pertinet inquiſitio & diſputatio, ſed etiam voluntatem, cuius eſt amare, & amãdo oblectari. Quapropter vulgat⁹ nomen Leb. id eſt cor alijs etiã nominibus vertere ſolet, pro mente, & voluntate accipitur Roman. 1.

pitur. Leuit. 26. num. 41. Incircunciſa mens eorum. Num. 32 nu. 7. cur ſubuertis mentē filiorum Iſrael, &c. Deutet. 5. num. 29. Quis det talem eos habere mentem vt timeant me. Sæpiſsime in hac ſignificatione reperitur & etiam in hoc libro Eccleſ. cap. 1. num. 16 cap. 2. num. 15. numer. 23. Item velle, voluntas. 1. Reg. 14. num. 7. Vbicumq. volueris. H. Iuxta cor tuum. 3. Reg. 8. num. 17. Voluit Dauid. H. Fuit cum corde Dauid. 1. Paral. 22. nu. 7. Voluntatis meæ fuit. H. Fuit cum corde meo. Item. 2. Paral. cap. 6. numer. 7. num. 8. Ex quibus habemus, Dare in corde, non ſolum ad intellectum, ſed ad voluntatem quoq. referri poſſe: Quaſi dicat Salomon talia fecit, tam pulchra tamque admirandà opera, vt in illis a principio vitæ vſque ad finem ſe poſsint homines inueſtigando ac diſceptando exercere, non tamen compræhendere. Item tam bona & pulchra eſt hæc vniuerſitas, mundique machina vt omnium voluntates alliciat, omnibus afferat iucunditatem eximiam, omnium ſenſus oblectet voluptate mirabili. Ex his iam ad huius loci accedamus expoſitionem.

Non ſolum fecit Deus omnia bona, ſed quę videntur mala, & bono contraria in tempore ſuo bona & pulchra ſunt: tanta eſt enim Dei bonitas & ſapientia vt ex rerum mirabili varietate, admirabilem conficiat pulchritudinem. Sicut in muſica non ex vocum æqualitate, ſed concinna varietate reſultat ſuauiſsima armonia: & dum aliquis ſolus canit non vniformitate vocis, ſed varietate conſona delectat demulcitq. aures. Idem in pictura & colorum varietate, vt antea dicebamus, apparet. Quoniam Deus primus mortem non fecerit, ſed inuidia diaboli in orbem terrarum introiuerit, veruntamen Deus habet mortis & vitę imperium: Dominus mortificat, & viuificat; Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat. Deus creat malum & facit pacem. Iſa. 45. nu. 7. Ego Dominus & non eſt alter, formans lucem & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum: Ego Dominus faciens omnia hęc. Per pacem intelligit omnia læta, iucunda, proſpera: per malum intelligit, bellum, famem, ſitim, aduerſitatem, tempeſtatemque. Hęc omnia in tempore ſuo pulchra ſunt. Pulchrum ſpectaculum eſt nō ſolum triumphalis pōpa poſt victoriam de hoſte acerbo atque

Sap. 2. v. 24.

Iſa. 45.

atq. impio, ſed impiorum ſtrages. Ex cauſis penſanda eſt rerum pulchritudo, quæ licet p ſe conſideratæ deformes videantur ex aliarum rerum cõiunctione pulchritudini inſeruiunt. Deformis eſt culpa, deformis mors: inopia, tribulatio, fames, dolor, ægritudo quid habẽt pulchrũ? Sũt veluti vmbræ, quibus imaginũ colores illuſtrãtur. Quicquid oculis diuinis placet pulchrum eſt. Mors impij zelo iuſtitię inflicta Deo eſt gratiſsima. Poſt interitũ 23000. ſceleratorum quos Leuitæ iubẽte Deo occiderũt, ait Moyſes: cõſecraſtis manus veſtras Deo, &c. effuſione ſanguinis manus cõſecrãtur, & occiſio illa pulchra fuit. Pulchra iuſtitia, patiẽtia, modeſtia, charitas, pulcræ ſũt omnes virtutes, quarum pulchritudo ſi oculis hominũ carni poſſet mirabiles ſui amores in animis noſtris excitaret, vt dixit Plato. Diuitiæ, robur potentia, imperium ſi comites habeant arrogantiam, crudelitatem, duritiam, temeritatem fædiſsimæ ſunt: verũ ſi adſit modeſtia, miſericordia, manſuetudo, pauperum, cura imbellium & impotentium protectio, pupillorum & viduarũ patrocinium, quid pulchri⁹ excogitari poſsit nõ video. Sunt diuites potentes ac nobiles in republica veluti montes altitudine conſpicui, veluti petiæ ſolidæ: ſed mõtes excelſi, ceruis, petra refugium herinaceis (H. Sephanim, quod etiam lepores ſignificat Prou. 30. v. 26) hæc animalia canes venatici perſequũtur, & perſequendo fatigant, illorum tamen refugium mõtes & petræ ſunt. Tales oportet eſſe diuites & potentes erga pauperes & imbelles, ſic eorũ diuitiæ & potentia erũt pulchræ. Si paupertas, fames & ſimilia deformia vidẽtur, erũt pulcherrima patientia & modeſtia. Caue pauper inuidiam, caue impatientiam, conſidera Dei bonitatem qui fecit omnia pulchra in tempore ſuo. Si omnes eſſent diuites & potentes, ſi nullus ægrotaret, aut moleſtia afficeretur maxima deeſſet inter homines pulchritudo. Vbi tunc eſſet miſericordia? vbi patientia? vbi iuſtitia? O mirabilem Dei prouidentiam, quæ ex malis multa elicit bona; peccata permittit, vt ei⁹ miſericordiæ pulchritudo ignoſcẽdo reſplẽdeat; vt pœnitẽtiæ pulchritudo animũ pœnitentis illuſtret. Quid haberet laudis, aut meriti caſtitas ſi nulla eſſet illecebra voluptatis? pulchra ſit, aut pulchrior oſtenditur reſiſtendo, quæ vt conſeruetur, temperantia ſibi accõmodat, orationi inſtãtius vacat, Dei patrociniũ implorat,

Exod. 32.

Pſalm. 103

rat, fragilitatē humanā agnoſ
cit, neceſsitatē D. gratiæ confi
tetur. Nōne vides quanta con
ſurgit pulchritudo ex car-
nis tentatione? Benedicta ſit
Dei prouidentia omnia pul-
Ierem. 12. chra facientis Anxius erat Ie-
rem. qñ cū Deo diſputans aie
bat, quare via impiorum proſ
peratur? &c. Vide pulchritu-
dinem Dei largitatis, qui ori-
ri facit ſolem ſuum ſuper bo-
nos & malos, qui impijs bo-
na largitur: vide pulchritudi-
nē D. patientiæ, quia impios
Matth. 5. tolerat & expectat, vt miſerea
tur: miſericordiæ cū ignoſcit
pænitentibus: iuſtitiæ cū tan-
dem punit illos qui callos in
malitia contraxerūt, & finali
impænitentia hinc decedunt:
ſapientiæ, qua docet non eſſe
illa vera bona quæ impijs etiā
cōmunia ſunt. In his quæ dixi
fortaſsis difficilior videbatur
pulchritudinis ratio, quā hu-
ius ſæculi amatores lippis o-
culis intueri non poſſunt. Sed
quid dicemus de inquiſitori-
bus huius ſæculi, de acutiſsi-
mis diſputatoribus? Stultam
(inquit Paulus) fecit Deus ſa-
pientiā huius mundi &c. Tra
didit Deus mundū diſputatio
1. Corin. 1. Roman. 1. ni eorū, ſed putantes ſe eſſe ſa
pientes ſtulti facti ſunt. Cau-
ſam accipe quā B. Paulus pro
didit: quia (inquit) cum Deū
cognouiſſent nō ſicut Deū glo
rificauerūt aut gratias egerūt,
ſed euanuerūt in cogitationi-
bus ſuis, & obſcuratū eſt inſi-
piens cor eorū. Quiſquis ergo
indagādis rerū cauſis & natu-
ris incūbit, nō ſolū veritatem,
& Dei notionē præ oculis ha-
bere debet, ſed Dei gloriā: &
dū inquirendo deficit, ignorā
tiā ſuā fateatur, & animi ſub-
miſsione ad fontē veritatis re
currat. Relinquamus ſectarū
capita: quid ſoliciti ſumus de
mēte iſtius vel illius hominis,
pro veritate certemus: incer-
ta parui faciamus, ſit mens no
ſtra in ſolida veritate conſtās.
Cū ſint pene infinita, quæ ig-
noramus digna ſtudio & in-
quiſitione, rebus inutilibus in
tricamur, neq. animaduertere
volumus reddendā nobis eſſe
rationē de omni verbo otio-
ſo: quid dicā de cōtētioſo, aut
ſcādaloſo? Quid de tēpore va
niſsime cōſumpto? Diſpute-
mus de his rebus quæ cogni-
tæ aut Chriſtianā & honeſtā
veritatem illuſtrant, aut quo-
rum notio ad virtutis poſsit
proficere incrementū. Miror
cur Academiarū moderatores
non dederint operā, & ſeuere
præciperent, vt multæ quæſ-
tiones inutiles ex omni facul-
tate exterminarentur, in qui-
bus homines otioſi, curioſi,
glorię cupidi multū vigiliarū
& ſtudij ponūt cū maximo au
ditorū detrimēto: quorū inge
nia nō acuunt ſe atterunt. Ve-

hementer errant qui in ſcholas curioſas, & inutiles inuehunt quęſtiones, cum vtilibus vita non ſufficiat. Sunt multi inſana ſapientiæ opinione correpti atque corrupti, qui vt videantur ſapientiſsimi nouas quærunt loquendi formas, nouas diſtinctiones, & in formalitatibus indagandis conſeneſcunt: Qui ſi ſolidę doctrinæ operam darent, non leuem fructum ſibi & alijs conſequerentur. Deploranda calamitas vanitaſq. noſtri ſeculi, in quo acerrime diſputatur, & vane pręſumitur, audereque non paucos video, qui aſſeuerent omnes artes ad culmen perfectionis deueniſſe, quod ego vaniſsimum duco, & hoc ſolo argumento falſum conuinco; quanto plures de re aliqua ſunt opiniones tanto minus eſt certitudinis & ſcientiæ: hac autem ætate omnia in dubium reuocantur, reiectę iam olim opiniones ab orco excitantur: & qui maxime debuiſſent eſſe concordes mirabiliter diſſentiunt, quidam noua dogmata, aut nouas ſententias excogitant ab antiquorũ patrum mente alieniſsimas. Non eſt obſtruẽdus aditus veritati, ſed a recepta ſententia, & modo dicendi vſu & auctoritate confirmatis ſine euidentiſsima ratione recedendum non eſt, maxime in illis rebus in quibus antiqui doctores ingenio, eruditione & virtute pręſtantes multũ operę & vigiliarum poſuerũt. Sed iam ad rem redeamus. Ecce nunc aliquid nouũ dicere videbor, ſed quod nulli faciet præiudiciũ, ſed Sacræ S. aperiet fœcunditatem.

Aduertendũ igitur eſt, Mibly Aſer, pro quibus dictionibus vulgatus cum multis vertit. Propter quod: in rigore aliud ſignificare non ſecundũ rẽ omnino diuerſum, ſiue contrarium, ſed tamẽ quod diuerſum ſenſum poſsit facere, ſine excluſione eius, quem attulimus. De Aſer nulla eſt difficultas, ſignificat qui, quę, quod, & eſt aduerbium quod, quoniã &c. Bely ideſt non, ſine, abſq. præter, Mibly idem ſignificat quandoq. aliquando vero. A non, eo quod non &c. Vt Pagninus obſeruat in theſauro, pręponitur Bely B.L.M Hbal. Exodi. 14 n. 11. forſitan non erant ſepulchra. H.h.hamibly Æyn Q.batym. ideſt forſitan abſq. non ſepulchris: vel propter non ſepulchra. Iob. 18. n. 15 eius, qui non eſt. H. Mibly lo. i. propter nõ ipſũ; vel, a nõ ipſũ, vel poſt non ipſum. Vide quæ dixi ibi. Thren. 1. num. 4. eo quod non ſint, qui veniant. H. Mibly Baæy, id eſt a non, vel, prop-

propter non venientes. Iob. 4. v. 11. eo quod non. H. Mibly. Iob. 24. num. 7. nudos dimittunt homines indumenta tollentes. H. nudum per noctare faciunt abſq. (Mibly) veſtiméto. num. 8. non habentes velamen. H. Abſq. (Mibly) velamine. Significat igitur Mibly abſq. præter &c. quapropter locum Eccleſ. ſic vertere poſſumus: Sæculum dedit in corde eorum præter quem, vel, abs quo (ſcilicet Deo) non inueniet homo &c. Senſus igitur eſt non contemnendus, & per ſe veriſsimus: Deus tradidit mundum diſputationi hominum, ſed præter Deum nemo inueniet opus quod fecit Deus &c. Solus Deus nouit rationem prouidentiæ ſuæ, ſolus nouit pulchram omnium rerum connexionem, ſolus nouit armoniam rerũ, quas homines ſuperbi putant diſſonãtes. Item, Abſq. Deo non inueniet homo opus &c. hoc eſt, homines diſceptando, & inueſtigando fatigantur, vt intelligant hunc ordinem D. prouidentiæ, diuinæ prædeſtinationis bonorum, & reprobationis malorum, quare viç impiorum proſperentur; quare innocentes calumnijs opprimantur, ſed fruſtra laborant homines abſq. Deo. Multa ſupra ſenſum hominis nobis oſtẽſa ſunt Dei largitate; multa conamur ſtudio noſtro ſcrutari ſuperbia & temeritate. Audiamus Dauidem de hac re loquẽtem Pſal. 72. Quam bonus, inquit, Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde, mei autem pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns &c. & v. 16. exiſtimabam, vt cognoſcerẽ hoc, labor eſt ante me: donec intrẽ in ſanctuarium Dei, & intelligam in nouiſsimis eorum &c. quaſi dicat, huiuſmodi prouidentię rationes non intelligẽtur niſi in Sanctuario Dei, hoc eſt, in vita beata vel in eccleſia, vbi ex diuina reuelatione multa cognoſcuntur occulta diuinæ ſapientiæ. Qui ergo Diuinæ vocationis, electionis, prædeſtinationis, auxiliorum cauſas, aut differentias ingenio & ſtudio ſe conſ. qui poſſe putant vehementer errant, niſi enim diuino lumine illuſtrentur in vanum laborabunt.

Mibly.

Eccl. 3. v. 25

Pſalm. 72.

Aduerte, vt, ſiue, propter quod, poſſe dicere cauſam, aut euentum ſiue conſequutionẽ, & hoc loco ſignificat euẽtum, hoc eſt, Deus fecit omnia pulchra in tempore ſuo, & mundum tradidit diſputationi hominum, ſed quia homines ſuo freti ingenio de rebus ſecretiſſimis iudicare voluerunt, factum

bene agit de bono opere gaudere, bene vti rebus creatis egregium opus eſt;ſibi conſulere,& inopi ſubuenire bonũ opus eſt; ideo Salomon lætitiam cum beneficientia copulauit. Dolendi & triſtandi cauſa vrget iniquum, niſi doloris ſenſum amiſiſſet. Aduerte coniunctionem. Et, ſæpe eſſe particulam expoſitiuam & poni
Epheſ.1.3. pro, id eſt, vt, Deus & pater Domini noſtri &c. quare hoc loco eandem vim habere poteſt, ſcilicet lætari, id eſt, benefacere in vita ſua, ſed rectius eſt, vt ſit coniunctio, & ſignificetur illam letitiam eſſe honeſtam, quæ coniuncta eſt bonis operibus: imo quæ ex ipſis proficiſcitur. Heu quot lætantur cũ male faciunt.

v.13. H. *Et etiam omnis homo, qui (vel, quod) comedat & bibat, & videat bonum in labore ſuo, Donum Dei ipſum*

Lat. *Omnis enim homo, quo comedit & bibit & videt bonum de labore ſuo: hoc donũ Dei eſt.*

PLura ſunt dona Dei: bona temporalia, Salus, corporis vigor, pulchritudo dona Dei ſunt, ſed bonus rerum vſus maius Dei donum. Loquitur Salomon iuxta ſuæ ætatis, & legis veteris conſuetudinem, quando bona temporalia promittebantur bene operantibus, iuxta illud Iſa. 2. nu. 19. Iſa.1.
Si volueritis, & audieritis me bona terræ comedetis. Primo ergo penſare debemus quibus medijs, quibuſue artibus bona iſta comparemus: ita enim quærenda ſunt vt Deo largiente nobis contingant: nihil committendum eſt contra iuſtitiam, aut moderationem ſed quærendum primum regnum Dei, & iuſtitia eius: hæc Matth.6.v.33.
ſit prima cura & primus labor: deinde paranda neceſſaria, & ſi plura Deus contulerit non apponendum cor, neque ſperandum erit in incerto diuitiarum, ſed conandum vt ſimus diuites in operibus bonis, neque more auarorum ſordide viuendum: qui & famæ & valetudini magnum nõ raro afferunt detrimentum ne diuitiæ minuantur. Taxans horum mores Horatius, qui exẽplo formicæ ſe coaceruare aiunt neceſſaria in tempus opportunum, eodem argumento illos refutat ſic inquiens:
Pſ.61.v.11. 1.Tim.6.v.17. *Auarorum.* Li.1. Serm. Satyr.1.

Quæ (ſcilicet formica) ſimul inuerſum contriſtat Aquarius annum,
Non vſquam prorepit, & illis vtitur ante

Quæſi-

Quæſitis, cum te neque feruidus æſtus
Dimoueat lucro, neque hyems, ignis, mare, ferrum,
Nil obſtat tibi dum ne ſit te ditior alter, &c.

Huiuſmodi homines non vident bonum in vita ſua de labore ſuo: ſomniant bonum: neque comedunt neq. bibunt cũ moderatione, quieteq. Eſto aliquando indulgeant genio, ſæpe præter deſiderium fame & ſiti premuntur: ſæpe etiã ſponte cruciantur, ne iacturam faciãt diuitiarum. Plurimos huius rei teſtes habet Hiſpania, ferant de hac re teſtimonium tam multi, qui ad Mexicanas & Peruanas nauigarunt regiones: & qui Africæ æſtus perpeſſi ſunt, quique ad Indos Orientales peruenerunt, ſinarumque regionem attigerunt. Heu quã duriſsima paſsi ſunt ſpe lucri, cum poſſent tranquillam vitam degere & videre bonum de labore ſuo, ſi paruo, & honeſta ſubſtantia vellent eſſe contenti. Cũ vita noſtra ſit calamitoſa, nos illam vanis ac noxijs curis calamitoſiorem reddimus. Difficile eſt nudis pedibus incedere ſuper acutas teſtas: ſed multo difficilius ei, cuiuspedes ſpinæ penetrarunt, illaſque habet infixas. Spinę ſũt diuitiæ fallaces,
Luc. 8.v.14. ſpinæ ſunt ſæculi ſolicitudines, quas nos augemus quotidie, quia cupiditate nunquam modum ponimus. O miſeram ſolicitudinem, quæ hominem retrahit à recto bonorum temporalium vſu, vt de labore ſuo non videat in præſenti bonũ, neque rite poſsit ſperare vide- Pſ.26.v.13.
re bona in terra viuentiũ, quia & ſibi & alijs fuit inutilis in terra morientium.

Noui quia omne, quo fecerit Deus ipſum erit in ſæculum, ſuper ipſum non addendum & ab illo non minuẽdum, & Deus fecit, quod timeant a facie eius. v.14. H.

Didici quod omnia opera, quæ fecit Deus perſeuerent in perpetuum: non poſſumus eis quicquã addere nec auferre, quæ fecit Deus vt timeatur. Lat.

IAM cap.1.v.9. & 10. de rerum perpetuitate dictũ eſt. In præſenti exiſtimo ſermonem fieri de rebus illis, quarũ mẽtio facta eſt in hos c.3. quas Deus fecit pulchras in tẽpore ſuo. Morbus ſalus: fames ſaturitas, deſtructio, luctus & riſus, bellũ & pax, & reliqua diuinæ prouidẽtię opera, in quorum inueſtigatione diſcruciãtur multorum ingenia, omnia iſta perſeuerant iuxta benepla citum ſupremi gubernatoris.

Licet

Licet tamen optare pacem tē-
pore belli, & ſalutē cū ægro-
tamus, cōſolationē & gaudiū
contra triſtitiā: & quæ ſine cul
pa optamus poſſumus à Deo
D.prouidētia. poſtulare, ſed non poſſumus
prouidentiā D. repræhendere,
neq; illi aliquid addere aut mi
nuere. Sapiens medicus nō ſo-
lū nouit quæ remedia ſingulis
conueniant morbis, ſed oppor
tunitatem curationis. Qui aut
remediū, aut tēpus, quo reme
dium applicatur aliter definit
quā medicus, illius ſapientiam
diminutā fatetur. Sic Deus ſa-
piētiſsim⁹ rerū moderator, no
uit quid, quātū, quo loco, quo
tēpore conuenit. Diluuio dele
tum eſt genus humanū præter
octo animas: aquæ ſuperaue-
runt cacumina mōtium quin-
decim cubitis, quis poteſt aut
tempori aut modo, aut dura-
tioni diluuij aliquid addere
aut ſubtrahere? idē cogita in
reliquis Dei operibus naturæ
& gratiæ, aut miraculoſis. In
Galat.4.v.4. plenitudine tēporis miſit Deus
filiū ſuū in mundū: hanc pleni
tudinē ſolus ipſe nouit, qui ſua
ſapientia omnia continet. Po-
tuit venire Deus in mundum
tempore Abrahæ, aut Dauidis
&c. ſed Deus omnia facit pul-
chra in tēpore ſuo. i. plena atq;
perfecta. Sęuit tyrānus in mar
tyres, tēpus eſt occidēdi, perit
iuſtus & non eſt, qui recogitet
in corde ſuo, & viri miſeri
diæ colliguntur, quia non
qui intelligat, à facie enim ma Iſa. 57.
litiæ collectus eſt iuſtus. Hæc
omnia opera, quæ Deus facit
aut permittit, tāta rectitudine
& ſapientia diſponūtur, vt ne
mo poſsit quicquā addere aut
detrahere. Nihil eſt tam abie-
ctum & vile in rerum natura,
quod careat peculiari vtilita-
te, quod non conferat ad vni-
uerſi pulchritudinem: etiamſi
in maris profundo iaceat. Muſ
cæ, culices, formicæ, bruchus,
lumbrici, & minima quæq; in
terra ſerpētia, aut rupibus ſco
puliſq; hærentia, ſæpe habent Exod.
manifeſtā vtilitatem, nā ranæ,
ſciniphes, & omne genus muſ
carū, quibus Deus ſuperbā re-
bellionē Pharaonis flagella-
uit, inſtrumēta fuerūt diuinæ
iuſtitiæ & argumenta potētiæ
eius. Quid dicā de numero ho
rū animantiū, foliorū, lapidū,
arenarum? prodeant ſcrutato-
res ac decretores Diuinorum
auxiliorū, electionis, vocatio-
nis, & eius, quæ iſta antecedit,
prædeſtinationis, & dicant mi
hi quis ſit harū rerū numerus,
& quorſum tot in hoc momē-
to, plures ne an pauciores in
alio. Si hæc à Dei prouidentia
aliena eſſe arbitrantur, eadem
impietate poterunt omnia fa-
to, aut caſui ſubijcere. Si (vt par
eſt credere) pie & ſincere de

Dei prouidentia ſentiunt, & qualis ſit in rebus minimis ignoranr, modeſtius de rebus maximis loquātur, in quibus ſi ignorantiam noſtram fateamur prudentiores erimus, quā ſi arroganter ac temere de illlis audeamus iudicare. Sed adeo ſumus dementes & immodeſti, vt maiore conatu iſta ſcrutemur, quo magis Deus nos voluit ab hac audacia reuocare. Al
Eccli.3.22. tiora, inquit, te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris. Satis vulgatum eſt prouerbiū illud, ſutor ne vltra crepidā. Si non tulit Apelles, vt ſutor de alia re iudicaret niſi de calceo ſiue crepida, cuius noritia illi erat familiaris; æquo ne animo ferendum eſt, vt nos homūculi de ijs rebus audacter velimus iudicare & decernere, quæ Deus voluit eſſe ſecreta? Ego ſcio veſtes meas ex lana fuiſſe confectas, oues à paſtoribus cuſtoditas, lanam à tonſoribus detractam, ab alijs carminatam, deinde in fila rerortam, à textoribus elaboratā in telam: à ſartoribus conſutas tunicas ipſas: ſed inſanitem ſi vellem inquirere, quot fuerunt oues, vbi depaſtæ, qui paſtores &c. quæ inſtrumenta harum actionum. Scio igitur cū Salomone quod omnia opera Dei perſeuerant in perpetuū, nec poſſumus eis quicquam addere, vel auferre: rationem ſingulorum ipſe nouit, qui fecit. Si nos aliquam te nemus gaudeamus & gratulemur.

Quæ fecit Deus vt timeatur. Rerum humanarum incertitudo hominis animum retrahit à vana confidentia, ne ſpem ponat in rebus dubijs, incertis, caducis, cumq. ſit tempus occiſionis & ſanitatis: fletus & riſus: belli & pacis: quæ omnia pendent ex D. voluntate & prouidentia, Deum timebit quiſquis ſanæ eſt mentis, & ſalutis ſuæ ſolicitus. Timetur Deus non ſolum vt iudex qui ſupplicium infert: ſed colitur & amatur, vt beneficus largitor: fidelis & magnificus bonorum remuneraror: Paterq amantiſsimus. De vtroq. timore perfecto ſcilicet & filiali intelligitur ſententia iſta: & de timore imperfecto & ſeruili. Deus enim has rerum viciſsitudines facir ob noſtrā vtilitatem. Qui ergo noſtris cōmodis & fælicitati intentus eſt dignus eſt omni amore & veneratione, præſertim cū ſit maieſtatis infinitæ, & bonitatis, quæ nullius egat. Timeat malus fletum, bellū, occiſionē, ſi non veram amat animi lætitiam ſanitatem pacemq. De Timore Dei iterum redibit ſermo. Illud hic notandum Timorem Dei eſſe quodamodo finē Diuinorūoperū, maxime ſi eſt filialis.

Quid

v. 15 H. *Quid quod fuit? iam ipſum, & quod futurum iam fuit: & Deus quæret conſecutum.*

Lat. *Quod factum eſt, ipſum permanet: quæ futura ſunt iam fuerunt, & Deus inſtaurat quod abijt.*

QVOD in genere dixit c. 1. v. 9 nunc ad præſentem tractatum de rerum humanarum alternatione, & de Diuina prouidentia erga illas accomodat. Eiſdem mutationibus exercuit Deus iudicia ſua, ſemper id egit cum hominibus, vt timerent á facie ipſius. Fuerunt bella, ſecuta eſt pax, rurſus bellum conſurgit. Riſum excepit luctus, hic finitur, nouæ lacrymarum cauſæ exoriuntur: idem in reliquis cogitandum, in ædificatione & deſtructione: in plantatione & euulſione. Si placet intelligere de rerum naturalium propagatione & conſeruatione ſpecierum non ſubſcribam tuę ſententiæ, nec etiam repugnabo.

Poteſt etiam latere ſimilitudo vel argumẽtatio in hac ſententia, vt dicat Salomon, ſicut Deus habet prouidentiam rerum ad conſeruationem vniuerſi vt moriantur animalia, & alia naſcantur eiuſdem ſpeciei: ſeneſcant & moriantur etiam arbores, & tamen omnia Deus inſtaurat: ita Dei prouidentia inſtaurantur damna illata hominibus iuſtis, & reſeruantur omnium opera in futurum, vt reddat Deus vnicuique iuxta opera ſua. Videtur nunc perire bonorum præmium, & malorum ſupplicium, moriuntur impij & pij, ſed Deus inſtaurat, quod abijt ne iuſtitia Dei defeciſſe videatur.

Abijt impius ſine pæna, vixit opulentus & ſanus, non eſt reſpectus morti eius & firmamentum in plaga eius, in labore hominum non fuit, & cum hominibus non eſt flagellatus. Nũquid euadet Dei iuſtitiam? Deus inſtaurat quod abijt. Olim Deus diluuio aſſe clas gigantes eorumque aſſeclas, igne & ſulphure Sodomam deleuit: Pharaonem & exercitum eius excuſſit in mare: ſi alij tyranni abierint ſine pæna Deus inſtaurabit, & requiret, quod in ſecutum eſt. E conuerſo philoſophandum eſt de iuſtis, qui vſq. ad mortem pro iuſtitia decertarunt.

Baqas. i. inſtauro. Acquiro v. 6. requiro ſępiſſime vt Gẽ. 43. n. 9. 1. Reg. 20. n. 16. 3. Reg. 2. n. 40. c. 18. n. 10. &c. Itẽ quæro vide ſup. v. 6. & alibi ſępius. Inueſtigo. 1. Reg. 24. n. 3. vẽdico Nũ. 16. n. 10. Exigo. Gẽ. 31. n. 39. quęrere etiã eſt dijudicare & punire *Baqas.*

Io-

Ioſue 22 num.2 Quærat & iu dicet.H-eſt ſolum,quærat.Di- citur etiam de re perdita, quæ quæritur vt reſtauretur. Pſal. 118. v. 176. erraui ſicut ouis, quæ periit,quære ſeruum tuũ, &c.Requirere etiam ad puni- tionem Ezech.3.num.18.ſan- guinem eius de manu tua re- quiram.Item.num.20. & cap. 33.num.8.Quęrit Deus quod abijt ad reſtaurandum exiſti- mationem iuſtitię ſuæ; abijt impius ſine manifeſto ſuppli- cio,& iuſtus ſine præmio pu- blico, veniet dies iudicij, in quo omnia inſtaurabuntur,in quo D. prouidentiæ occulta pulchritudo omnibus erit cõſ- picia.Radaph id eſt abijt.pro- prie perſequor, ſequor, ſector, &c.Sequor Iud.3.num. 28.ca. 4.num.22.4.Reg. 5. num. 21. Pſalm.37.v.21.Prou.15. num. 9 &c. Iuxta hãc ſignificationẽ ſenſus eſt, omnia perpetuo du rant quamuis in continua ſint mutatione, quia Deus quærit ſecuturum vel ſecutum,id eſt, id quod poſt aliud ſequitur, Deo omnia conſeruante, exo- ritur, ideo ſequitur quia Deus illud requirit, vt inſtauret quod abijt. Perſequor Geneſ. 14.n.14.15.c.31.n.43.c.35.n. 5.c.44.n.4. &c. & quia aliquẽ perſequimur,vt affligamus, vt Pſal.7.v. 2.ex omnibus perſe- quentibus me.v. 6. perſequa- tur inimicus animam meam, Pſal.30.v.16.Pſal.34. v 3.&c. Ideo in voce paſsiua ſignificat perſequutionem pati; nã licet verbum latinum, perſequor, ſit deponens Radaph vero eſt actiuum, cuius paſsiuum eſt Nirdaph,quod eſt in hoc loco Eccleſ.Thren.3. n. 43. ſignifi- cat percutere.Thren.5.n.5.cer uicibus noſtris minabamur. H.ſuper ceruices noſtras per- ſecutionem patiebamur. Eſt etiam hic verbum in Niphal, id eſt voce paſsiua. Signifi- cat,terrere.Leuit.26.num.36. Eſt ergo ſenſus, Deus requiret perſequutionem paſſum,id eſt, quamuis occultis iudicijs mul- ta permittat Deus,quæ inordi nata videntur inſipientibus,& arrogantibus,qui diuina ope- ra ſuo volunt metiri iudicio, quæ in tempore ſuo Deus facit pulchra,ſitq. iuxta ordinem di uinum pulchrum pati iuſtum, interfici innocentem; regnare tyrannum,exultare malefacto rem, mori ſine vllo ſupplicio, tamen requiret de manu impij perſecutionem, qua afflixerũt probos,inſtaurabit illum, qui paſſus eſt perſecutionem, reſti tuet non ſolum in integrũ om nia detrimenta bonorum, ſed maioribus reparabit bonis, ho nore & gloria coronabit iuſ- tos, & vitam donabit æternã. Non peribit capillus de capite iuſti, Luc.21. 18.

Iudiciũ finale · *Radaph.*

Iuſti , Deus enim inſtaurat, quod abijt. Videbunt impij
Sap.5.v.4. magno animi cruciatu hanc re paratio nem & dicent: Nos inſenſati vitam illorũ æſtimabamus inſaniam, & finem illorũ ſine honore, ecce quomodo cõputati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt. Hanc Eccleſiaſtes ſententiam poſſe vſurpari ad conſolandum illos, qui perſecutionem patiuntur, aſſerit in præſenti D. Hieronymus. Hæc poſtrema expoſitio cum ſequentibus cohærere certum eſt. Lorinus ait ex Hebræo ſic vertendum, & Eloim requiret raptum. Sed debuit indicare vbi verbum Radaph ſignificet, Rapere, quod in tota vulgata editione non reperiet. Aduerte Pagninum in Theſauro ſecutum opinionem R. Abraham Nirdaph interpretari, tempus præſens, ſed hoc eſt fictitium contra communem vſum verbi.

v. 16. H. *Et adhuc vidi ſub ſole locum iudicij ibi impietas, & locum iuſtitiæ ibi impietas.*

Lat. *Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatem.*

INter omnia, quæ in mundo videmus experimurq. moleſta, & animũ excruciantia, hoc vnum moleſtiſſimum acerbiſſimumque: quoniam pacẽ omnes appetunt etiam ipſi, qui pacẽ turbant reipublicæ; cupiũt enim a nemine turbari, & dũ male agũt id ſine vllo metu agere vellent; qui autẽ viri boni ſunt vbiq. pacem ſectantur, ſibi & alijs illam optant. Pacis aſſertor & conſeruator eſt iudex, quem ſi ſibi aduerſarium habet iuſtus, & qui iniuriam patitur, cum ſe videat omni auxilio deſtitutum, non poteſt non vehementi corripi animi angore. Præterea homines è ſiluis cõuenerunt in mutuam beneuolentiam, fugienteſq. impiorũ audacem crudelitatem iunctis animis & viribus violentiæ ſe oppoſuerunt ac reſtiterunt, vt autẽ poſſent in cæpta dilectaq. concordia perſeuerare iudices elegerunt, qui lites dirimerent, diſſentientes ad concordiam reducerent, audaces reprimerent, iniuriam paſſos defenderent, idcirco regia maieſtas, & iudicialis auctoritas legibus armata, & armis decorata eſt, vt tuta ſit inter improbos innocentia. Heu quam grauis eſt calamitas non ſolum a crudeli, ab audace, à raptore, à detractore iniuriam pati, ſed etiam ab ipſo iudice. Vt æquo animo ſimus Diuino opus eſt auxilio; ſed plurimum confert ad animi tranquillitatem

tem

tem hæc doctrina, qua docemur qualis ſit vita mortalis, quantis rerum mutationibus obnoxia, quam ſint vana omnia, quæ hic expetunt mundani, pro quibus tanta contentione certatur.

Dic mihi Chriſtiane cum ad iudicem confugis, quid ab illo tibi ſperas? dices te optare iudicē beneuolum & rectum. Dic mihi etiam, pro qua re cū proximo tuo eſt controuerſia, pro imminuto honore, aut damno illato perſonæ tuę, aut tibi propinquæ, aut bonis tuis? Si recte iudicas fateberis omnia iſta eſſe vanitatē, quorum iacturam ſi patienter tuleris plurimam a Deo mercedem ſperare poteris: illa enim cito, ſaltem morte, erant peritura. Si ergo res caducas & vanas, pro dignitate æſtimamus, non erit tam moleſtum pati earum detrimentum, & a iudice impio deficere iudicij ęquitatem. Præmuniens animos noſtros Salomon docuit nos Dei prouidentia omnia gubernari, qui cuncta facit pulchra in tēpore ſuo, qui regnare facit hominē hypocritam propter peccata populi: qui tentauit Abraham amicum ſuum;
Iob.34.30.
& permiſit Sathanæ, vt Iobi facultates euerteret, filios ruina domus opprimeret, ipſum quoque vlcere peſsimo affi-ceret. Quapropter ſi boni ſumus, Dei tentationem ſuſtineamus; ſi mali, feramus æquo animo Dei flagella, quæ noſtrorum vulnerum ſunt medicamenta. *Patientia.* Flagellat nos Deus iniuria, rapina, & impij hominis priuata temeritate: flagellat etiam impij iudicis peruerſitate. Durum ſed leuius fit patientia quicquid corrigere eſt nefas. Noſtrum eſt pati, Dei eſt requirere perſecutionem paſſum, & inſtaurare, quod abijt.

Iudicium. Non poteſt reſpublica ſine iudicio & iuſtitia ſalua conſiſtere, quia neceſſe eſt vt veniant ſcandala; & mundus in maligno poſitus eſt: *Iuſtitia.* ſi autem non ſolum priuati homines ab *Iudex.* ęquitate abhorreant, ſed etiam iudices, actum eſt de republica: ideo Dauid ſic Deum præcatur, *Pſalm.71.* Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis, iudicare populum tuum in iuſtitia & pauperes tuos in iudicio, &c. & de throno Dei loquēs idem Propheta, firmetur, *Pſal.88.15.* inquit, manus tua, & exaltetur dextera tua: iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ. Vbi duo vocabula notanda ſunt, Macon id eſt præparatio, quod etiam ſignificat, locum, *MACON.* 3.Reg.8. numer.39.1. Eſdræ. 2.numer.68.Iſa.4.num.5.&c. Correctio, id eſt præparatio,

ctum eſt iuſto Dei iudicio vt non ſolum non intelligerent, ſed etiam vehementer errarent. Prius ſtudere voluerunt rebus extra ſe, quam ſuis: conati ſunt ſcire multa nihil ad fęlicitatem conducentia, cũ que prima cura circa morum informationem eſſe deberet, ſui obliti homines arcana D. prouidentiæ ſcrutari maluerunt. Poteſt etiam, vt, eſſe cauſalis: quaſi dicat, ideo nõ inuenerun opera Dei, quia vane ac temere indagare conati ſunt. Item, quia pulchritudo rerum in tempore ſuo excedit hominis vires, ideo non potuerunt &c. ſicut ſi diceremus, Deus fecit ſolem lucidiſſimum, vt homo non poſsit rectam oculorum aciem in illum intẽdere: hoc eſt, ita Deus voluit, vt aliquid eſſet in rebus viſibilibus, quod ſuperaret vim oculorum hominũ: vt inde intelligerent lucem illam inacceſſibilem Diuinæ naturæ ſuperare vim mentis humanæ, eſſeq. vias Dei minime veſtigabilis, & incompræhenſibilia eius iudicia. Rom. 11. 33

V. 12. H. *Sciui quia non bonum in eis niſi lætari & facere bonũ in vita ſua.*

Lat. *Et cognoui, quod non eſſet melius niſi lætari, & facere bene in vita ſua.*

SVFFICIT diei malitia ſua, quare de craſtino ſollicitum eſſe non probat Dominus, quanto erit maiore reprę henſione digna hominis vana aut curioſa rerum indagatio? Matth. 6. 34. Quæ autem circa oculta D. ſapientiæ verſatur, ſæpe temeraria eſt & noxia. Cũ Deus pulchra & bona fecerit omnia, honeſte in illis oblectemur ad laudẽ Dei, non enim Deus lucẽ, cælos, aſtraq. pulchra fecit, vt ab illis oculos auerteremus. Occurrunt in campis, in hortis, in rebus arte factis multa pulchra, lætemur Dei bonitate, nõ apponamus cor rebus ipſis, ſed creatori pulcherrimo. Talem ex rebus capiamus lætitiam, quæ animũ non abſtrahat à ſummo bono, ab vera pulchritudine: inducat nos honeſta lætitia ad bene agendum, & ſi bonis tẽporalibus abũdamus, in alios benefici ſimus. Stultum ſane eſt cũ ſe offerat honeſtũ gaudium, ſe ipſum implicare curis ſuperuacaneis, tales ſunt plurimæ illorum, qui inutilium quæſtionum ſtudio diſtenduntur, affliguntur q; Multa ſũt aſpectu pulchra ſed guſtui amara aut noxia, aut inutilia. Pulchrũ eſt pomum, ſuaue ad odorandũ, dulce ad comedẽdum: pomum autem pictum oculos oblectare poterit.

rit;non guſtum. Multi flores ſunt oculis grati,qui alios ſenſus læderent, ſic multa fecit pulchra & vtilia in vſum aliquẽ,quæ in alium noxia ſunt. Pulcher ſol ad videndum, vtiliſsimus ad vitam, ſed nocentiſsimus ad adorandũ ipſum. Adamas, Rubinus, Topazius pulchri ſunt, oculos delectãt, ſed ad cibum inutiles ac noxij. Multa igitur à Deo creata ſunt, vt illorum honeſto vſu oblectemur, non vt anxie & curioſe inueſtigemus. Quare omnis lætitia quæ capitur ex creaturis, ad laudem creatoris honeſte vſurpari poteſt: honeſte etiã prætermitti ad eãdem Dei laudẽ: id circo à multis licitis abſtinent viri pij ob maiorem vtilitatem & ſpiritualem, pûramq. lætitiam. Delectaſti me Domine (inquit

Pſ.91. 5. David) in factura tua, & in operibus manum tuarũ exultabo. De ſpirituali potiſsimũ loquitur exultatione, ſicut Pſ. 76 v.12. Memor fui operum Domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorũ &c.

2.Reg.23.15. concupiuit David aquam de ciſterna Bethlehem, allata eſt illi diligentia & audacia triũ virorum fortium, at ille noluit bibere, ſed libauit eã Domino. Iudicauit ſatius eſſe ſibi temperare, quam exẽplum præbere nimiæ cõcupiſcẽtiæ, licet non illicitæ, nec inhoneſtæ. & huiuſmodi tempertãtia etiam religionis opus reputatur, libauit, inquit, eã Domino. Abſtinẽtia enim rei licitæ ſæpe eſt Deo gratior quã honeſtus vſus, ideo ieiuniũ ſemper fuit venerabile, & qui cũ Deo familiarius agere volebant abinentia animũ præparabant. Elias, Moyſes, Daniel in hac re fuerunt excellentes, de quo opportunius dicam. *Ieiunium. Abſtinentia.*

David cum ad Dei cultum inuitat, non inuitos & repugnantes vocat, ſed ſpontaneos alacreſq. qui reuerentiam cũ exultatione Deo exhibeant, Pſ.2. v.11. Seruite Domino in timore, & exultate ei, cum tremore. Chriſtus à ieiunantibus triſtitiam abeſſe vult: cũ ieiunatis, inquit, nolite fieri ſicut hypocritę triſtes &c. Triſtitia enim eſt animi affectus & commotio ob mali præſentiam aut recordatione m: lætitia vero eſt in bono quies & præſentis boni complacẽtia. Animus iniquitate deprauatus peruerſum fert iudiciũ de bono & malo: quod eſt animo malum, quia demulcet ſenſus corporeos bonũ putat. Hinc fit, vt impij lætẽtur cũ maleferint & exultẽt in rebus peſſimis: ſed vir bonus in bono animi lætatur, ideo ieiunans lætari debet: & quiſquis bene Pſ. 2. Matth.6.16 Prou. 2.14.

bene agit de bono opere gaudere, bene vti rebus creatis egregium opus eſt; ſibi conſulere, & inopi ſubuenire bonũ opus eſt; ideo Salomon lætitiam cum beneficientia copulauit. Dolendi & triſtandi cauſa vrget iniquum, niſi doloris ſenſum amiſiſſet Aduerte coniunctionem Et, ſæpe eſſe particulam expoſitiuam & poni Ephcſ. 1. 3. pro, id eſt, vt, Deus & pater Domini noſtri &c. quare hoc locô eandem vim habere poteſt, ſcilicet lætari, id eſt, benefacere in vita ſua, ſed rectius eſt, vt ſit coniunctio, & ſignificetur illam lætitiam eſſe honeſtam, quæ coniuncta eſt bonis operibus: imo quæ ex ipſis proficiſcitur. Heu quot lætantur cũ male faciunt.

v. 13 H. *Et etiam omnis homo, qui (vel, quod) comedat & bibat, & videat bonum in labore ſuo, Donum Dei ipſum*

Lat. *Omnis enim homo, quo comedit & bibit & videt bonum de labore ſuo: hoc donũ Dei eſt.*

Plura ſunt dona Dei: bona temporalia, Salus, corporis vigor, pulchritudo dona Dei ſunt, ſed bonus rerum vſus maius Dei donum. Loquitur Salomon iuxta ſuæ ætatis, & legis veteris conſuetudinem, quando bona temporalia promittebantur bene operantibus, iuxta illud Iſa. 2. nu. 19. Iſa. 2. Si volueritis, & audieritis me bona terræ comedetis. Primo ergo penſare debemus quibus medijs, quibuſue artibus bona iſta comparemus: ita enim quærenda ſunt vt Deo largiente nobis contingant: nihil committendum eſt contra iuſtitiam, aut moderationem ſed quærendum primum regnum Dei, & iuſtitia eius: hæc Matth. 6. v. 33. ſit prima cura & primus labor: deinde paranda neceſſaria, & ſi plura Deus contulerit non apponendum cor, neque ſperandum erit in incerto diuitiarum, ſed conandum Pſ. 61. v. 11. 1. Tim. 6. v. 17. vt ſimus diuites in operibus bonis, neque more auarorum ſordide viuendum: qui & famæ & valetudini magnum nõ *Auarorum.* raro afferunt detrimentum ne diuitiæ minuantur. Taxans horum mores Horatius, qui exẽplo formicæ ſe coaceruare Li. 1. Serm. Satyr. 1. aiunt neceſſaria in tempus opportunum, eodem argumento illos refutat ſic inquiens:

Quæ (ſcilicet formica) ſimul inuerſum contriſtat Aquarius annum,
Non vſquam prorepit, & illis vtitur ante

Quæſi-

Quæſitis, cum te neque feruidus æſtus
Demoueat lucro, neque hyems, ignis, mare, ferrum,
Nil obſtat tibi dum ne ſit te ditior alter, &c.

Huiuſmodi homines non vident bonum in vita ſua de labore ſuo: ſomniant bonum: neque comedunt neq. bibunt cũ moderatione, quieteq. Eſto aliquando indulgeant genio, ſæpe præter deſiderium famæ & ſiti premuntur: ſæpe etiã ſponte cruciantur, ne iacturam faciãt diuitiarum. Plurimos huius rei teſtes habet Hiſpania, ferant de hac re teſtimonium tam multi, qui ad Mexicanas & Peruanas nauigarunt regiones: & qui Africæ æſtus perpeſsi ſunt, quique ad Indos Orientales peruenerunt, finarumque regionem attigerunt. Heu quã duriſsima paſsi ſunt ſpe lucri, cum poſſent tranquillam vitam degere & videre bonum de labore ſuo, ſi paruo, & honeſta ſubſtantia vellent eſſe contenti. Cũ vita noſtra ſit calamitoſa, nos illam vanis ac noxijs curis calamitoſiorem reddimus. Difficile eſt nudis pedibus incedere ſuper acutas teſtas: ſed multo difficilius ei, cuiuſpedes ſpinæ penetrarunt, illaſque habet infixas. Spinę ſũt diuitiæ fallaces, ſpinæ ſunt ſæculi ſolicitudi- Luc. 8. v. 14. nes, quas nos augemus quotidie, quia cupiditate nunquam modum ponimus. O miſeram ſolicitudinem, quæ hominem retrahit à recto bonorum temporalium vſu, vt de labore ſuo non videat in præſenti bonũ, neque rite poſsit ſperare videre bona in terra viuentiũ, quia & ſibi & alijs fuit inutilis in terra morientium. Pſ. 26. v. 13.

Noui quia omne, quo fecerit Deus ipſum erit in ſæculum, ſuper ipſum non addendum & ab illo non minuẽdum, & Deus fecit, quod timeant a facie eius. v. 14. H.

Didici quod omnia opera, quæ fecit Deus perſeuerent in perpetuum: non poſſumus eis quicquã addere nec auferre, quæ fecit Deus vt timeatur. Lat.

IAM cap. 1. v. 9. & 10. de rerum perpetuitate dictũ eſt. In præſenti exiſtimo ſermonem fieri de rebus illis, quarũ mẽtio facta eſt in hos c. 3. quas Deus fecit pulchras in tẽpore ſuo. Morbus ſalus: fames ſaturitas, deſtructio, luctus & riſus, bellũ & pax, & reliqua diuinæ prouidẽtię opera, in quorum inueſtigatione diſcruciãtur multorum ingenia, omnia iſta perſeuerant iuxta beneplacitum ſupremi gubernatoris.

Licet

Licet tamen optare pacem tẽpore belli, & ſalutẽ cũ ægrotamus, cõſolationẽ & gaudiũ contra triſtitiã:& quæ ſine culpa optamus poſſumus à Deo
D.prouidẽtia. poſtulare, ſed non poſſumus prouidentiã D.repræhendere, neq; illi aliquid addere aut minuere. Sapiens medicus nõ ſolũ nouit quæ remedia ſingulis conueniant morbis, ſed opportunitatem curationis. Qui aut remediũ, aut tẽpus, quo remedium applicatur aliter definit quã medicus, illius ſapientiam diminutã fatetur. Sic Deus ſapiẽtiſsim' rerũ moderator, nouit quid, quãtũ, quo loco, quo tẽpore conuenit. Diluuio deletum eſt genus humanũ præter octo animas: aquæ ſuperauerunt cacumina mõtium quindecim cubitis, quis poteſt aut tempori aut modo, aut durationi diluuij aliquid addere aut ſubtrahere? idẽ cogita in reliquis Dei operibus naturæ & gratiæ, aut miraculoſis. In
Galat.4.v.4. plenitudine tẽporis miſit Deus filiũ ſuũ in mundũ: hanc plenitudinẽ ſolus ipſe nouit, qui ſua ſapientia omnia continet. Potuit venire Deus in mundum tempore Abrahæ, aut Dauidis &c. ſed Deus omnia facit pulchra in tẽpore ſuo, i. plena atq; perfecta. Sęuit tyrãnus in martyres, tẽpus eſt occidẽdi, perit iuſtus & non eſt, qui recogitet in corde ſuo, & viri miſeri diæ colliguntur, quia non
Iſa. 57. qui intelligat, à facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus. Hæc omnia opera, quæ Deus facit aut permittit, tãta rectitudine & ſapientia diſponũtur, vt nemo poſsit quicquã addere aut detrahere. Nihil eſt tam abiectum & vile in rerum natura, quod careat peculiari vtilitate, quod non conferat ad vniuerſi pulchritudinem: etiamſi in maris profundo iaceat. Muſcæ, culices, formicæ, bruchus, lumbrici, & minima quæq. in terra ſerpẽtia, aut rupibus ſcopuliſq. hærentia, ſæpe habent
Exod. manifeſtã vtilitatem, nã vanæ, ſciniphes, & omne genus muſcarũ, quibus Deus ſuperbã rebellionẽ Pharaonis flagellauit, inſtrumẽta fuerũt diuinæ iuſtitiæ & argumenta potẽtiæ eius. Quid dicã de numero horũ animantiũ, foliorũ, lapidũ, arenarum? prodeant ſcrutatores ac decretores Diuinorum auxiliorũ, electionis, vocationis, & eius, quæ iſta antecedit, prædeſtinationis, & dicant mihi quis ſit harũ rerũ numerus, & quorſum tot in hoc momẽto, plures ne an pauciores in alio. Si hæc à Dei prouidentia aliena eſſe arbitrantur, eadem impietate poterunt omnia fato, aut caſui ſubijcere. Si (vt par eſt credere) pie & ſincere de

Dei

Dei prouidentia ſentiunt, & qualis ſit in rebus minimis ignorant, modeſtius de rebus maximis loquātur, in quibus ſi ignorantiam noſtram fateamur prudentiores erimus, quā ſi arroganter ac temere de illlis audeamus iudicare. Sed adeo ſumus dementes & immodeſti, vt maiore conatu iſta ſcrutemur, quo magis Deus nos voluit ab hac audacia reuocare. Altiora, inquit, re ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris. Satis vulgatum eſt prouerbiū illud, ſutor ne vltra crepidā. Si non tulit Apelles, vt ſutor de alia re iudicaret niſi de calceo ſiue crepida, cuius notitia illi erat familiaris; æquo ne animo ferendum eſt, vt nos homūculi de ijs rebus audacter velimus iudicare & decernere, quæ Deus voluit eſſe ſecreta? Ego ſcio veſtes meas ex lana fuiſſe confectas, oues à paſtoribus cuſtoditas, lanam à tonſoribus detractam, ab alijs carminatam, deinde in fila retortam, à textoribus elaboratā in telam: à ſartoribus conſutas tunicas ipſas: ſed inſanitem ſi vellem inquirere, quot fuerunt oues, vbi depaſtæ, qui paſtores &c. quæ inſtrumenta harum actionum. Scio igitur cū Salomone quod omnia opera Dei perſeuerant in perpetuū, nec poſſumus eis quicquam addere, vel auferre: rationem ſingulorum ipſe nouit, qui fecit. Si nos aliquam tenemus gaudeamus & gratulemur.

Eccli. 3. 22.

Quæ fecit Deus vt timeatur. Rerum humanarum incertitudo hominis animum retrahit à vana confidentia, ne ſpem ponat in rebus dubijs, incertis, caducis, cumq. ſit tempus occiſionis & ſanitatis: fletus & riſus: belli & pacis: quæ omnia pendent ex D. voluntate & prouidentia, Deum timebit quiſquis ſanæ eſt mentis, & ſalutis ſuæ ſolicitus. Timetur Deus non ſolum vt iudex qui ſupplicium infert: ſed colitur & amatur, vt beneficus largitor: fidelis & magnificus bonorum remunerator: Paterq amantiſsimus De vtroq. timore perfecto ſcilicet & filiali intelligitur ſententia iſta: & de timore imperfecto & ſeruili. Deus enim has rerum viciſsitudines facit ob noſtrā vtilitarem. Qui ergo noſtris cōmodis & fælicitati intentus eſt dignus eſt omni amore & veneratione, præſertim cū ſit maieſtatis infinitæ, & bonitatis, quæ nullius egat. Timeat malus fletum, bellū, occiſionē, ſi non veram amat animi lætitiam ſanitatem pacemq. De Timore Dei iterum redibit ſermo. Illud hic notandum Timorem Dei eſſe quodamodo finē Diuinorūo perū, maxime ſi eſt filialis.

v. 15. H. *Quid quod fuit? iam ipſum, & quod futurum iam fuit: & Deus quæret conſecutum.*

Lat. *Quod factum eſt, ipſum permanet: quæ futura ſunt iam fuerunt, & Deus inſtaurat quod abijt.*

QVOD in genere dixit c. 1. v. 9 nunc ad præſentem tractatum de rerum humanarum alternatione, & de Diuina prouidentia erga illas accomodat. Eiſdem mutationibus exercuit Deus iudicia ſua, ſemper id egit cum hominibus, vt timerent à facie ipſius. Fuerunt bella, ſecuta eſt pax, turſus bellum conſurgit. Riſum excepit luctus, hic finitur, nouæ lacrymarum cauſæ exoriuntur: idem in reliquis cogitandum, in ædificatione & deſtructione: in plantatione & euulſione. Si placet intelligere de rerum naturalium propagatione & conſeruatione ſpecierum non ſubſcribam tuę ſententiæ, nec etiam repugnabo.

Poteſt etiam latere ſimilitudo vel argumẽtatio in hac ſententia, vt dicat Salomon, ſicut Deus habet prouidentiam rerum ad conſeruationem vniuerſi vt moriantur animalia, & alia naſcantur eiuſdem ſpeciei: ſeneſcant & moriantur etiam arbores, & tamen omnia Deus inſtaurat: ita Dei prouidentia inſtaurantur damna illata hominibus iuſtis, & ſeruantur omnium opera in futurum, vt reddat Deus vnicuique iuxta opera ſua. Videtur nunc perire bonorum præmium, & malorum ſupplicium, moriuntur impij & pij, ſed Deus inſtaurat, quod abijt ne iuſtitia Dei defeciſſe videatur.

Abijt impius ſine pæna, vixit opulentus & ſanus, non eſt reſpectus morti eius & firmamentum in plaga eius, in labore hominum non fuit, & cum hominibus non eſt flagellatus. Nũquid euadet Dei iuſtitiam? Deus inſtaurat quod abijt. Olim Deus diluuio aſſe clas gigantes eorumque aſſeclas, igne & ſulphure Sodomam deleuit: Pharaonem & exercitum eius excuſsit in mare: ſi alij tyranni abierint ſine pæna Deus inſtaurabit, & requiret, quod in ſecutum eſt. E conuerſo philoſophandum eſt de iuſtis, qui vſq. ad mortem pro iuſtitia decertarunt.

Baqas. Baqas. i. inſtauro. Acquiro v. 6. requiro ſępiſsime vt Gẽ. 43. n. 9. 1. Reg. 20. n. 16. 3. Reg. 2. n. 40. c. 18. n. 10. &c. Itẽ quæro vide ſup. v. 6. & alibi ſępius. Inueſtigo. 1. Reg. 24. n. 3. vẽdico Nũ. 16. n. 10. Exigo. Gẽ. 31. n. 39. quęrere etiã eſt dijudicare & punire

Io-

Digitized by Google

Ioſue 22 num.2 Quærat & iudicet.H.eſt ſolum,quærat.Dicitur etiam de re perdita, quæ quæritur vt reſtauretur. Pſal. 118. v. 176. errauí ſicut ouis, quæ perijt,quære ſeruum tuũ, &c.Requirere etiam ad punitionem Ezech.3.num.18.ſanguinem eius de manu tua requiram.Item.num.20. & cap. 33.num.8.Quęrit Deus quod abijt ad reſtaurandum exiſtimationem iuſtitię ſuæ; abijt impius ſine manifeſto ſupplicio;& iuſtus ſiue præmio publico, veniet dies iudicij, in quo omnia inſtaurabuntur,in quo D. prouidentiæ occulta pulchritudo omnibus erit cōſpicia.Radaph id eſt abijt.proprie perſequor,ſequor, ſector, &c.Sequor Iud.3.num.28.ca. 4.num.22.4.Reg. 5. num. 21. Pſalm.37.v.21.Prou.15. num. 9 &c. Iuxta hãc ſignificationẽ ſenſus eſt, omnia perpetuo durant quamuis in continua ſint mutatione, quia Deus quærit ſecuturum vel ſecurum,id eſt, id quod poſt aliud ſequitur, Deo omnia conſeruante, exoritur,ideo ſequitur quia Deus illud requirit, vt inſtauret quod abijt. Perſequor Geneſ. 14.n.14.15.c.31.n.43.c.35.n. 5.c.44.n.4. &c. & quia aliquẽ perſequimur,vt affligamus, vt Pſal.7.v. 2.ex omnibus perſequentibus me.v. 6. perſequatur inimicus animam meam, Pſal.30.v.16.Pſal.34. v 3. &c. Ideo in voce paſsiua ſignificat perſequutionem pati; nã licet verbum latinum, perſequor, ſit deponens Radaph vero eſt actiuum, cuius paſsiuum eſt Nirdaph,quod eſt in hoc loco Eccleſ.Thren.3. n. 43. ſignificat percutere.Thren.5.n.5.ceruicibus noſtris minabamur. H.ſuper ceruices noſtras perſecutionem patiebamur. Eſt etiam hic verbum in Niphal, id eſt voce paſsiua. Significat,terrere.Leuit.26.num.36. Eſt ergo ſenſus, Deus requiret perſequutionem paſſum,ideſt, quamuis oculis iudicijs multa permittat Deus,quæ inordinata videntur inſipientibus,& arrogantibus,qui diuina opera ſuo volunt metiri iudicio, quæ in tempore ſuo Deus facit pulchra,ſitq. iuxta ordinem diuinum pulchrum pati iuſtum, interfici innocentem; regnare tyrannum,exultare malefactorem, mori ſine vllo ſupplicio, tamen requiret de manu impij perſecutionem, qua afflixerũt probos,inſtaurabit illum, qui paſſus eſt perſecutionem, reſtituet non ſolum in integrũ omnia detrimenta bonorum, ſed maioribus reparabit bonis, honore & gloria coronabit iuſtos, & vitam donabit æternã. Luc..21. 18. Non peribit capillus de capite

Iudiciũ finale

Radaph.

Iuſti, Deus enim inſtaurat, quod abijt. Videbunt impij
Sap.5.v.4. magno animi cruciatu hanc ſe parationem & dicent: Nos inſenſati vitam illorũ æſtimabamus inſaniam, & finem illorũ ſine honore, ecce quomodo cõputati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt. Hanc Eccleſiaſtes ſententiam poſſe vſurpari ad conſolandum illos, qui perſecutionem patiuntur, aſſerit in præſenti D. Hieronymus. Hæc poſtrema expoſitio cum ſequentibus cohærere certum eſt. Lorinus ait ex Hebræo ſic vertendum, & Eloim requiret raptum. Sed debuit indicare vbi verbum Radaph ſignificet, Rapere, quod in tota vulgata editione non reperiet. Aduerte Pagninum in Theſauro ſecutum opinionem R. Abraham Nirdaph interpretari, tempus præſens, ſed hoc eſt fictitium contra communem vſum verbi.

v. 16. H. *Et adhuc vidi ſub ſole locum iudicij ibi impietas, & locum iuſtitiæ ibi impietas.*

Lat. *Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatem.*

INter omnia, quæ in mundo videmus experimurq. moleſta, & animũ excruciantia, hoc vnum moleſtiſsimum acerbiſſimumque: quoniam pacẽ omnes appetunt etiam ipſi, qui pacẽ turbant reipublicæ; cupiũt enim a nemine turbari, & dũ male agũt id ſine vllo metu agere vellent; qui autẽ viri boni ſunt vbiq. pacem ſectantur, ſibi & alijs illam optant. Pacis aſſertor & conſeruator eſt iudex, quem ſi ſibi aduerſarium habet iuſtus, & qui iniuriam patitur, cum ſe videat omni auxilio deſtitutum, non poteſt non vehementi corripi animi angore. Præterea homines é ſiluis cõuenerunt in mutuam beneuolentiam, fugienteſq. impiorũ audacem crudelitatem iunctis animis & viribus violentiæ ſe oppoſuerunt ac reſtiterunt, vt autẽ poſſent in capta dilectaq. concordia perſeuerare iudices elegerunt, qui lites dirimerent, diſſentientes ad concordiam reducerent, audaces reprimerent, iniuriam paſſos defenderent, idcirco regia maieſtas, & iudicialis auctoritas legibus armata, & armis decorata eſt, vt tuta ſit inter improbos innocentia. Heu quam grauis eſt calamitas non ſolum a crudeli, ab audace, à raptore, à detractore iniuriam pati, ſed etiam ab ipſo iudice. Vt æquo animo ſimus Diuino opus eſt auxilio; ſed plurimum confert ad animi tranquillita-

tem hæc doctrina, qua docemur qualis ſit vita mortalis, quantis rerum mutationibus obnoxia, quam ſint vana omnia, quæ hic expetunt mundani, pro quibus tanta contentione certatur.

Dic mihi Chriſtiane cum ad iudicem confugis, quid ab illo tibi ſperas? dices te optare iudicẽ beneuolum & rectum. Dic mihi etiam, pro qua re cũ proximo tuo eſt controuerſia, pro imminuto honore, aut damno illato perſonæ tuę, aut tibi propinquæ, aut bonis tuis? Si recte iudicas fateberis omnia iſta eſſe vanitatẽ, quorum iacturam ſi patienter tuleris plurimam a Deo mercedem ſperare poteris: illa enim cito, ſaltem morte, erant peritura. Si ergo res caducas & vanas, pro dignitate æſtimamus, non erit tam moleſtum pati earum detrimentum, & a iudice impio deficere iudicij ęquitatem. Præmuniens animos noſtros Salomon docuit nos Dei prouidentia omnia gubernari, qui cuncta facit pulchra in tẽpore ſuo, qui regnare facit hominẽ hypocritam propter peccata populi: qui tentauit Abraham amicum ſuum; & permiſit Satanæ, vt Iobi facultates euerteret; filios ruina domus opprimeret, ipſum quoque vlcere peſſimo affi- *Iob. 34. 30.*
ceret. Quapropter ſi boni ſumus, Dei tentationem ſuſtineamus; ſi mali, feramus æquo animo Dei flagella, quæ noſtrorum vulnerum ſunt medicamenta. Flagellat nos Deus iniuria, rapina, & impij hominis priuata temeritate: flagellat etiam impij iudicis peruerſitate. Durum ſed leuius fit patientia quicquid corrigere eſt nefas. Noſtrum eſt pati, Dei eſt requirere perſecutionem paſſum, & inſtaurare, quod abijt. *Patientia.*

Non poteſt reſpublica ſine iudicio & iuſtitia ſalua conſiſtere, quia neceſſe eſt vt veniant ſcandala; & mundus in maligno poſitus eſt: ſi autem non ſolum priuati homines ab ęquitate abhorrent, ſed etiam iudices, actum eſt de republica: ideo Dauid ſic Deum præcatur, Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis, iudicare populum tuum in iuſtitia & pauperes tuos in iudicio, &c. & de throno Dei loquẽs idem Propheta, firmetur, inquit, manus tua, & exaltetur dextera tua: iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ. Vbi duo vocabula notanda ſunt, Macon id eſt præparatio, quod etiam ſignificat, locum 3. Reg. 8. numer. 39. 1. Eſdræ. 2. numer. 68. Iſa. 4. num. 5. &c. Correctio, id eſt præparatio, *Iudicium. Iuſtitia. Iudex. Pſalm. 71. Pſal. 88. 15. Macon.*

 fit-

firmitas, firmamentum. Pſal. 96. v. 2. Iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius. Sunt eadem verba, quæ Pſalm. 88. firmiſsimum. Exord. 15. numer. 17. 2. Paral. 3. numer. 33. Alterum nomen eſt Ciçæ, id eſt ſedes, ſolium Gen. 41. numer. 4. Exod. 11. num. 5. cap. 12. num. 29. &c. Dicit ergo Propheta: ſolium Domini iuſtitia & iudicio præparari, firmari, ibiq; collocari vbi eſt iuſtitia & iudicium. Conſidera nunc quam graue ſit ſcelus Dei ſolium cõtaminare ac deturpare, id dolet Salomon, quia vidit in loco iudicij impietatem. Omnis
Roma. 13. anima (inquit Paulus) poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſi, non eſt enim poteſtas niſi à Deo, &c. & n. 4. loquens cum viro probo, Dei, inquit, miniſter eſt tibi in bonum: ſin autẽ malum feceris time, non enim ſine cauſa gladium portat: Dei
2. Para. 19. enim miniſter eſt vindex in iram, &c. 2. Paral. 19. num. 6. Et præcipiens (ſcilicet Ioſaphat) iudicibus, videte, ait, quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium ſed Domini, &c. Si ergo omne iudicij ſoliũ Sanctum eſſe debet, multo magis apud illos, qui ſingularem promittunt ſanctitatem, & potiſsimum apud illos, quibus difficilis eſt ad ſupremum iudicem acceſſus: qua propter non poſſum non laudare inſtitutum vbi leges venerandam habent firmitatem, ne ſemper in ancipiti animus poſitus quieſcere non poſsit. Si qua enim eſt reſpub. vbi iudicibus permittitur pro arbitrio leges ſeruare, aut deſpicere nulla poteſt eſſe quies, quia ſtabilis non eſt iuſtitia. Miſerum ſane eſt frequenter mutare iudices, & illorum viuere arbitrio. Quid refert ſi leges ſtatuantur ſuperiores iudicibus, neq. illis concedant facultatẽ interpretandi iuxta eorum placitũ aut commodum, ſi tranſgreſſores non puniuntur? Durum eſt videre in loco iudicij impietatẽ, & ſub illis legibus viuere quæ ſunt acutus gladius, cõtra debiles & impotentes, & propter amicos ac potentes tanquam araneæ tela dilacerantur. Omnia ex ratione ſtatus fiũt, & iudicis libido vocatur Epicheia. Eſt alia impietas deploranda, ſi iudex alicui iratus eſt, ſeu facit quem vult, & leuiſsima argumenta improbitatis ſic exaggerat ac ſi eſſent grauiſsima ſcelera, ridiculo exemplo rem aperiam: ſi, v. g. aliquis ſemel in vita inebriatus eſt, propterea non poterit debitum repetere apud iudicem? Si in loco iudicij impietas ſedet repetendi nõ erit locus, quia debitor abſoluetur, & peccatum antiquũ cie-

creditoris in iudicio publicabitur. Multo abſurdiora poſſem referre, ſed moroſi arrogantesq. cenſores inique ferent, quibus nefas videtur iudicum impietatem palam facere, & quia ſilentio inuoluũtur nunquã ad aures illorum perueniunt, qui tam graue malum poſſent coercere. Peccent paſſim ac publice iudices & nos ſimus canes muti.

Reſahh. Reſahh, id eſt, impietas, iniquitas, idẽ enim nomen eſt in Hebrço; non ſumitur apud Hebræos ſicut apud latinos, pro ſcelere oppoſito pietati, ſed in genere ſignificat quicquid eſt condemnatione dignum: Raſahh, enim ſignificat impie agere, & condemnare, vt dixi. Iob. cap. 9. v. 20. cap. 16. v. 12. Fallitur Lorinus aſſerens hanc radicem ſiue hoc verbũ, primario ſignificare, inquietũ eſſe. Hæc ſignificatio neque in S. Scriptura neq. apud Rabbinos reperitur. Eſt aliud verbũ conſtans eiſdem litteris, ſed non eodem ordine ſcilicet, Rahhas, id eſt, concutio, commoueo &c. forte hinc errandi nactus eſt occaſionem.

Non minus mirandum eſt, quod nõ raro videmus, & multis contigit viris virtute illuſtriſsimis, vt eſſent in loco indigniſsimo: qua propter poſſumus e conuerſo dicere, vidi ſub ſole in loco impietatis ſanctimoniam, & in loco iniquitatis iuſtum. Carcer, verbera, equuleus, tormenta, crux & violẽta mors malefactoribus, ſceleratiſq. hominibus deſtinata ſunt, hæc omnia impia & iniqua dici poſſunt, quia propter iniquos ſunt excogitata: ſi latro, ſi adulter, ſi homicida carcere contineantur, ſi ſupplicio afficiantur, optimus erit rerum ordo, & conuenientia: verum cum Ioſeph turpiſsimæ fœminæ falſo teſtimonio carceri mancipatur, cum eſt Ioannes in vinculis, martyres in tormentis, Chriſtus in cruce: *Matth. 11.* tunc eſt iuſtitia in loco impietatis, & ſanctitas in loco iniquitatis. Sed hæc plerumq. contingunt, quia in loco iudicij ſedet impietas, hoc eſt, iudex impius qualis fuit Herodes cõtra Ioannem, Pilatus contra Chriſtum, Nero contra Petrũ & Paulum; Decius, Traianus, Diocletianus & & ſimilia mõſtra contra Martyres. Hæc rerũ peruerſitas, quç diuina permittitur prouidentia tandem reducetur ad ordinem diuinæ *Iudicium finale.* iuſtitiæ, ſedebit Chriſtus in ſede maieſtatis ſuæ ad iudicandum, tunc pietas erit in loco iudicij, & æquitas in loco iudicij. Quid tunc fiet de vobis ô iudices impij? audite ſapientem Sap. 6. num. 5. Quoniam, *Sap. 6. n. 5.* in

inquit, cum eſſetis miniſtri
regni illius non recte iudica-
ſtis, nec cuſtodiſtis legē iuſti-
tię,neque ſecundum volunta-
tem Dei ambulaſtis: horrende
& cito apparebit vobis, quo-
niam iudicium duriſsimum
Ioan.2.15. his,qui præſunt fier. Si Chri-
ſtus ingreſſus templum facto
ex funiculis flagello eiecit de
templo ementes & venden-
tes oues & columbas; & in-
dignum iudicauit,vt in porti-
cibus templi hæc venderen-
tur,quæ ſacrificijs apta erant,
Iſa.10.v.2. quanro ſeuerius puniet im-
pietatem iudicum, qui oppri-
munt in iudicio pauperem,
nec ad illos ingreditur viduæ
cauſa?

v. 17. H. *Et dixi ego in corde meo*
iuſtum & impium iudicabit
Deus,quia tempus omni vo-
luntati, & ſuper omne opus
ibi.

Lat. *Et dixi in corde meo: iu*
ſtum & impium iudicabit
Deus, & tempus omni rei
Iudiciū finale *tunc erit.*

CONFVNDI omnia nūc
videntur, rerumq. ordo
perturbatus, ſunt paleæ cum
granis permixtæ: ſed cæleſtis
agricolà vētilabrum in manu
habet vt tempore ſuo permun
det aream ſuam: recondatque
grana in theſauris ſuis,in hor-
reo cæleſti, paleas & zizania
comburat igni inextinguibili.
Erit tempus quando appare-
bit pręſentis confuſionis,
quam inuehit hominum ſce-
leratorum malignitas, ſapien-
tiſsima Dei permiſsio. Teneat
impius locum ſublimem, ſe-
deat reus ad iudicandum, oc-
cupet thronum iudicij & iu-
ſtitiæ iniquus homo & ſcele-
ratus, excrucietur interim
mens humana ignorantia di-
uinorum iudiciorum, ſed qui
ſunt recto & mundo corde
intrabunt in Sanctuarium
Dei, & dicent cum Dauide.
Hoc labor & ante me, donec Pſal.72.v.16
intrem in Sanctuarium Dei,
& intelligam in nouiſsimus
eorum. Hac conſideratione
ſe conſolantur pij & Salomon
ne hac rerum perturbatione
turbaretur,& de D.prouiden-
tia aliquid indignum ſuſpica-
retur, finem omnium rerum
contempla tur, & conſtanti
fide Dei prouidentiam vene-
ratur, quæ permittit hanc re-
rum conuolutionem & con-
fuſionem, ne in hac vita pu-
temus fęlicitatem poſſe com-
parari. Deus nunc diſsimulat Sap.13.v.24
peccata hominum propter pæ
nitentiam; & qui ab impro-
bis ignorari videtur, cognoſ-
cetur iudicia faciens; & ſicut
nunc homini concedit tem- Pſal.9.v.17.
pus ad operandum ſecundum
arbi-

Digitized by Google

arbitrij libertatem, accipiet tandem tempus, & iuſtitias iu-
Pſal.74.v.3. dicabit. Nunc tempus plantandi & euellendi; flendi, & ridendi; belli & pacis: omnia iſta confuſa ſunt. Plantatur quando euellendum foret; fletur quando ridendum; ridetur quando flendum: belligeratur quando pax eſſet colenda; pax conciliatur inter iniquos, conſpirant aduerſus iuſtos; ſed tandem Deus omnia iudicabit, & in die illa omnia diſtincte & aperte diſcernentur.

Aduerte duo tempora, alterum hominum, alterum Dei; primum tranſit ab initio ſæculi vſque ad vltimum diem: ſecundum eſt dies vltima, quæ paſsim in Sācta S. vocatur dies Domini: in primo operantur libere homines: in ſecundo iuſte iudicabit Deus reddens vnicuique iuxta opera ſua. De priore tempore egit Salomon in hoc capite; de poſteriore nunc dicit. Tempus vnicuiq. rei tunc erit, non quidem tem-
2.Cor.5.10. pus agendi, ſed recipiendi pro meritis, vt referat vnuſquiſq. propria corporis prout geſsit
2.Tim.4.12 ſiue bonum ſiue malum Quāuis agere commune eſt in præſenti vita bonis & malis, ve-
Luc.8.v.15. runtamen omnes, qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patiuntur: & qui verbo Dei ſeminantur fructum afferunt in patientia. Mali vero in male agendo occupantur, omnem refugiunt moleſtiam, nihil aduerſi pati volunt, imo viros bonos, & innocentes mala pati compellunt: neque enim pij paterentur perſecutionem, niſi impij illam inferrent. Vtrorūque ſors in die Domini mutabitur, nam de iuſtis dicitur.
Exaltationes Dei in gutture Pſal.149.6.
eorum, & gladij incipites in manibus eorum, ad faciēdam vindictam in nationibus, increpationes in populis &c. Malorum ceſſabit omnis actio, & incipiet duriſsima, triſtiſsima, miſerrima paſsio ſine vlla compaſsione aut remiſsione in ſempiternum duratura. Chephets, id eſt voluntas, &c. Supra v. 1. Mahhaſeh, id eſt opus, factū, ab Hhaſah, id eſt facio. Hæc duo vulgatus complexus eſt nomine tranſcendēti, Res, ſed clarius in Hebræo exprimitur iudicialis materia, ſcilicet, volūtas & actio, ſiue opus. In nouo teſtamento vtrumque aperte conſtat, 1.Cor.3.
1. Corinth 3. nume 13. vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit: dies enim Domini declarabit, &c. ca 4. n. 5. Nolite, inquit, ante tempus iudicare, quo ad vſq. veniat Dominus: qui & illuminabit abſcondita

tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordiũ &c. Non poſſum non mirari Ioſephi ignorantiam, quam prodit verbis illis lib. 11. cap. 13. Antiq. Voluiſſe enim tantum (inquit) ac non etiam perfeciſſe ſacrilegium, non videtur res digna ſupplicio. Hunc errorem ſecutus eſt noſter Perez ſermone feriæ. 6. ante Dom. 1. Quadrag. loquens de veteri lege ait, *contentandoſe entonces con que tuvieſſẽ quedas las manos, y que vuieſſe reformacion quanto a los actos exteriores &c.* errorem hunc non ſolum refellit hoc loco Eccleſ. ſed illud Exod. 20. num. 17. non concupiſces &c. non deſiderabis, & Leuit. 19. numer. 17. non oderis fratrem tuum in corde tuo &c. Sæpe etiam prauæ cogitationes reprehenduntur, & reprobantur. Pſal. 32. v. 10. Prou. 6. num. 8. cap. 15. num. 26. &c.

v. 18. H. *Dixi ego in corde meo ſuper verbum filiorum Adam ad probandum eos Deus, & ad oſtendendum quod ipſi iumentum ipſi ſibi.*

Lat. *Dixi in corde de filijs hominum, vt probaret eos Deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtijs.*

VIDETUR Salomon ad primam originem malorum noſtrorum recurrere, vt ſciamus cauſam humanarum perturbationum, & confuſionis actionum; ſi enim recta ratio illas moderaretur, non eſſet tempus belli & pacis: non ſederet in loco iudicij impietas. Inobedientia & ſuperbia hominis factum eſt, vt compararetur iumẽtis inſipientibus. Pſ. 48. v. 21. Sicut in horologio rotæ mouentur paulatim, & mira conuenientia, ingentia pondera deſcẽdunt etiam pedetentim; & tam artificioſam machinam moderatur virgula ferrea duobus perpendiculis in ſumitate conſiſtens, qua remota omnia diſſoluuntur, pondera magno impetu ruunt: rotæ prę attritu & celeritate ſcintillas emittũt: ſic homo a Deo fabricatus iuſtitia originali temperabatur, qua per peccatum remota omnis armonia diſſoluta eſt, & apparuit quid haberet ex ſua natura & quid ex D. gratia. Apparuit igitur hominem ſimilem eſſe beſtijs. Hoc autem peius habet homo quod non vni ſed multis beſtijs ſimilis eſt. Eſt homo paruus quidam mundus, ideo Microcoſmos vocatur, & cum poſſet habere omnes mũdi viſibilis perfectiones, iumẽtorum deteriores imitatur qualitates, iram leonum, crudelitatem

delitatem tygridis, voracitatē & immanitatem lupi: calliditatem vulpis: canis rabiem & inuidiam: ſuis immunditiam: & multorum animalium laſciuiā & turpitudinem', quæ cum illis contingat ſtatis plerumque temporibus, hominem perpetuo infeſtat. Conſtat homo eiſdem elementis, & elementorum qualitatibus, quibus iumenta, ſed aliter concurrentibus coeuntibuſque, ita vt niſi maxima rationis vigilantia & D. gratię adiutorio contineatur, multo ſit deterior beſtijs. Eſt aliqua inter beſtias diſcordia, carniuoræ ſiue volucres, ſiue quadrupedes imbelles rapiunt ac deuorant; in ſui ſimiles raro ſæuiunt, pręcipuam inter animantia eiuſdem ſpeciei diſcordiam parit veneris ſtimulus, ſed inter homines infinitæ ſūt occaſiones diſcordiæ, odij, crudelitatiſq. Pugnant non ſolum pro venere, ſed pro diuitijs, pro honoribus, pro nobilitate, pro imperio, pro vaniſsimis fictiſq. opinionibus, pro ſuperſtitione; cum deberet eſſe inter homines ſumma animorum conſenſio. Sed fit iuſto Dei iudicio, vt qui cum Deo nolunt pacem habere perpetuis vexentur diſcordijs. Audi Iuuenalem Satyra. 15. ſic dicentem; Saty. 15.

Sed iam ſerpentum maior concordia: parcit
Cognatis maculis ſimilis fera. Quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tigr's agit rabida cum tigride pacem
Perpetuā: ſæuis interſe conuenit vrſis.
Aſt homini ferrum lethale incude nefanda
Produxiſſe parum eſt &c.

Deus ergo iuſte iratus homini permittit illum ſuæ naturæ, Gen.8.v.21. quæ ad malum prona eſt ab adoleſcentia ſiue pueritia ſua, ſic apparet qualis ſit homo, & quanta ſit vis & neceſsitas D. gratiæ. Sic probat Deus homines non quaſi ignarus futuri, Pſ.49.v.21. ſed vt homo ſibi ipſi innoteſcat. Arguit Deus hominem & ſtatuit contra faciem eius: nullum homini ſpeculum verius & aptius quam alter homo, cū enim ſimilis ſit, eademq. natura quicquid in alio cōſpicim⁹ ad nos pertinere putādū eſt: ſi viros bonos cōſideramus & in illis inſpicimus virtutes illas, quæ in nobis deſiderantur, ſciamus ſcelera noſtra in cauſa eſſe vt illis caream⁹ virtutibus, quia D. gratiæ deſumus, ac repugnamus, nec precibus contendimus aſsiduis, deuotiſq. a Deo impetrare, quod naturæ viribus

viribus aſſequi impoſsibile eſt. Si plura in alijs ſcelera intuemur, a quibus abhorremus, & quæ deteſtamur, agnoſcamus Dei gratiã, & gratias agamus noſtramq. ſalutẽ cũ timore & tremore operemur. Probat igitur Deus nos hac rerum varietate, & vt putamus cõfuſione belli & pacis; fletus & riſus: & quod efficacius eſt, quãdo in loco iudicij eſt impietas, & in loco iuſtitiæ iniquitas.

Phil. 2. v. 12.

In his enim manifeſtatur, homines ſimiles eſſe beſtijs, quæ impetu paſsionum mouentur; ſic improbi, non ratione, ſed appetitu trahũtur, paſsionibus ſuccumbunt, & ſi quid acumine ingenij excogitant ad belluinos affectus detorquent. Barar, id eſt, Probo. In hac ſignificatione ſolum repetitur hoc loco: ſolet vulgatus vertere, eligere, purgare, mundare, ſed idẽ eſt quod probare. Sed tamen conſiderandum, Deum iuſtiſsime punientem inobedientiam & arrogantiam noſtram, ipſomet ſupplicio nos erudire, probare, purgare, & eligere: ſi velimus animum apponere ad conſiderandam diuinam clemẽtiam, bonitatem, ac prouidentiam, quæ ex malis bona nouit elicere. Bonum mihi (inquit Dauid) quod humiliaſti me vt diſcam iuſtificationes tuas. Item, conuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina. Ierem. 31. num. 18. Caſtigaſti me & eruditus ſum quaſi iuuenculus indomitus &c. plurima in hanc ſentẽtiã occurrunt paſsim teſtimonia. Reuera fides noſtra & patiẽtia maxime probatur cũ in loco iudicij eſt impietas.

Barar. Pſ. 118. Pſ. 31. v. 4. Ierem. 31.

Nota emphaſim verborum Hebraicorum, quod ipſi iumẽtum (ſiue animal) ipſi ſibi (vel, ipſis) hoc eſt, homo tam ſibi, quam alij animal eſt, neque res ſuas neque alienas ratione moderatur. Nemo eſt, qui alijs noceat, qui ſibi maius nõ pariat detrimẽtum, nam cum nemo lædatur niſi a ſe ipſo, iniquus homo ſiue iudex, ſiue priuatus animum ſuum lædit, aliorum vero aut honori, aut diuitijs ſiue ſubſtantiæ, aut corpori infert nocumentum animus manet illæſus, niſi harum rerum amore teneatur, imo iactura illarum poteſt proficere, quemadmodum B. Iob, qui pro infortunio grauiſſimo gratias egit. Nota: Dibrath. i. verbum, cauſa, negotium, ordo, res &c.

Quia euentus filiorum Adam, & euentus animalis, & euentus vnus eis: ſicut mori hoc, ſic mori illum: & ſpiritus vnus omnibus: & amplius v. 19. H.

amplius homini præ animali non, quia omnia vanitas.

Lat. *Idcirco vnus interitus eſt hominum & iumentorũ: & æqua vtriuſq conditio: ſicut moritur homo, ſic & illa moriuntur ſimiliter ſpirãt omnia & nihil habet homo iumento amplius, cuncta ſubiacent vanitati.*

In ſuperbos. ALIVD eſt argumentum, quo probatur fides noſtra, & purgatur animus pius, nõ ſolum rerum inconſtantia, turbulentia, confuſione: ſed cõmuni vitæ exitu, quo tã homo quam iumentum expirat, probatur, exploraturq. fides Reſpiratione viuunt omnia animantia præſertim terrena & notiora homini: egent alimento, nutritione, motu & quiete, & tandem omnes vna manet nox & calcãda ſemel via lęthi. Animi immortalitas ſi ratione naturali probari poteſt, talis probatio paucis nota eſt: cum autem videamus homines non ſolum vitali ſpiritu, & vitæ termino eſſe beſtijs ſimiles, ſed affectibus & concupiſcentijs, conſequens eſt, vt qui inconcuſſa fide ad ſuperiora contenderit purgetur, probetur, eligatur, Deoque ſit chariſsimus. Non eſt neceſſe hic Salomonem loqui ex aliorum ſententia, cum legitimus aptiſsimuſq. ſenſus indicatus ſit; illa namq. proponit argumenta, quæ impios de D. prouidentia impie ſentire mouent, & quæ pietatem iuſtorum probant, manifeſtantque. Hi iniuſtis rerum tumultibus, quibus improbi obruuntur, agnoſcunt Dei iuſtitiam, miſericordiam admirabilemque prouidentiam. Deus enim iuſtiſsime hominem morte mulctauit, cui ſub mortis pęna arboris ſcientiæ boni & mali fructum interdixit, & hac pęna innotuit homini propria fragilitas, & miſerrima conditio, ſibi cum beſtijs commuṅis, vt a corporis voluptatibus abſtractus ad illum confugeret per pænitentiam, a quo receſſerat per inobedientiam.

Ruach, id eſt, ſpiritus, reſpiratio, halitus &c. Miqreh, id eſt, euentus &c. ſup. cap. 2. numer. 14 & 15. Hoc loco non ſolum interitum, ſed alios euentus ſignificat, vt comedere, ſitire, dormire, vigilare &c. quæ homini cum alijs animantibus communia ſunt. Mothar, id eſt, amplius, eiuſdem ſignificationis eſt cũ Iethron de quo ca. 1. v. 3. nam ab eodem verbo deriuantur. *Mothar.*

Vbi

Vbi eſt gloriatio tua ô nobilis? quid te iactas diues? quid pauperem ſpernis? quid ignobilem alloqui dedignaris cum non ſolus homo homini ſimilis ſit, ſed etiam iumentis? ſi deeſt virtus nihil habet homo iuméto amplius: ſi adeſt, amore omnes complectitur vir ſtudioſus, quos animo cernit generoſos, & probitate diuites. Virtus ſola eſt, quæ nos a brutis ſeparat ac illis præſtantiores efficit. Nihil ſtolidius eſt homine chriſtiano, qui aliter viuit quam lex præcipit euangelica: hæc humilitatem, modeſtiam, paupertatem ſpiritus, caſtimoniam, rerum mundanarum cõtemptum prædicat, charitatemq. commendat. Dic mihi chriſtiane cur beatos Petrũ, Andręam Iacobum veneraris? pauperes fuerunt, & ignobi-
1.Cor.1.27. les, illitterati, indoctiq. Audi Paulum: quę inquit, ſtulta ſunt mundi elegit Deus vt confundat ſapientes; & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia; & ignobilia mundi & cõtemptibilia elegit Deus &c. quare ergo tu iactas nobilitatem, aut opulentiam tuam, & pauperes aut ignobiles contẽnis, cum Apoſtolos colas? dices te in illis colere Dei gratiam, & virtutem, quæ illos illuſtrauit, euexitq. ſuper aſtra; ergo virtus eſt digna coli, & paupertas ignobilitaſq. virtuti nõ obeſt: ergo inſanis, qui rebus gloriaris vanis, & ab euangelica veritate & gloria alienis. Si tibi paupertas aut ignobilitas diſplicent, ſi homines ob iſta contemnis, neceſſe eſt vt tibi diſpliceant religionis noſtræ principes glorioſi. Certe decet omnem chriſtianum animo eſſe modeſto, & erga omnes beneuolo. Neſcio qua ratione poſſit ſperare fęlicitatem æternam, qui in præſenti fratrem ſuum contemnit, quem ignorat an in illa gloria ſibi futurus ſit ſocius, & fortaſsis præferendus.

Ecce quidam nomine antiquæ chriſtianitatis ſibi vendicare volunt, imo inuiolabili decreto vſurpant opes eccleſiaſticas, a quarum participatione certæ conditionis homines excludunt, etiã ſi auos, proauos, atauoſque chriſtianos habuerint, & chriſtianæ religionis fuerint cultores ab antiquo, quia ex Iudæis ducunt originem. Dicite mihi quæſo hoc decretum reſpicit religionem euangeliumque, an opes & honores? ſi in euangelio fundatur, ergo indignum eſt vt tales ſint Epiſcopi, Cardinales, ſacerdotes, ſi autem chriſtiana charitas, & pia conſuetudo tales non excludit, cur vos chriſtianitatis nomine hos reijcitis?

nempe

Eccli. 10. v. 10. nempe vt vobis ſolis diuitiæ maiores ſeruiant; ſed cum nihil ſit ſceleſtius, quam amare pecuniam:cumq. paupertas in euangelio tantopere commendetur, videtur colligi fictam eſſe veſtram chriſtianitatẽ quã veterem prædicatis. Quid tandem hoc eſt niſi vanitas vanitatum?

V.20. H. *Omne vadens ad locum vnum:omne fuit ex puluere, & omne reuertens ad puluerem.*

Lat. *Omnia pergunt ad vnum locum:de terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur.*

FINIS origini reſpondet, ex eadem maſſa conſtant animalia & homo, ſed quia humanum corpus meliorem formam erat habiturum propterea a Deo plaſmatum eſt: animus autem a Deo creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis, quam amiſit nequitia voluntaria, & ab honore ſuo delapſus comparatus eſt iumentis inſipientibus:& idem eſt interitus omnium. Sępe idem dicimus, quia ſæpe dicendi eadem occurrit occaſio. Grauiſſima repræhenſione & ſupplicio digna eſt hominum ſuperbia, qui nihil habent iumento prę̨ſtantius, niſi animum, qui ipſa arrogantia, & culpa deprauatur, & viliorem induit conditionem, quia a Deo longius recedit, cum bruta ſuum ſemper locum ſeruent: deinde reus fit peccator ęternæ damnationis. An poteſt eſſe grauior miſeria, maiorq. inſania quam inde gloriari, vnde foret dolendum, & quod deberet eſſe erubeſcentiæ & confuſionis materia, id vſurpari in argumẽtum iactantiæ? Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate? Quanto homo magis ſuperbit, magis vileſcit, quia eius anim⁹ magis deturpatur, quia viliſsima amat, & in talia trãſformatur, fitq. abominabilis ſicut illa quæ diligit. Qui autem diuinorum amore tenetur animo eſt ſubmiſſo, & ab omni vanitate tumoreq. ſpiritus alieno. Sed de ſuperbia alias dicendum, & de puluere. cap. 12. v. 7. Prudentis eſt ſe ipſum cognoſcere, & originem ſuam finemq. ſemper præ oculis habere, hinc oritur modeſtia, & arrogantiæ motus compeſcitur, hinc incipit pænitentia, qua peccata punimus ſponte noſtra, quorum grauitatem cognoſcere nequimus niſi peccantis cognoſcatur vilitas ac temeritas, & Dei, quem offendimus maieſtas immenſitaſque. Sancta Eccleſia quadrageſimæ ſacrum tẽpus inchoat ab hac ſententia, Memento, inquit, homo

[Margin: Pſ.51. v.3. — Oſeæ. 9. v. 10.]

homo quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Sed de hac re plura cap. 12.

v.21.H. *Qui ſciens ſpiritus filiorum Adam aſcendens ipſe ſurſum: & ſpiritus iumenti deſcendens ipſe ſubtus terram?*

Lat. *Quis nouit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum: & ſi ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum?*

EN alia probatio fidei noſtræ, nam vt dixi ſupra, animæ immortalitas aut euidenti argumentatione demonſtrari non poteſt, aut opus eſt excellenti ingenio, inſignique eruditione; his autem dotibus pauci pollent. Quapropter ſæpe hæc cogitatio animum ſubit, ſæpe dubitatur a mundanis, vtrum ſimul cum vita anima extinguatur, an remaneat anima hominis & iumenti: rurſus ſi remanent, an ſint diuerſa loca ſingulis conſtituta, vt animus hominis ſurſum feratur; iumenti vero ſpiritus deorſum. Multi reprobi, ne vllo futuri metu iudicij a voluptatibus retraherentur, ſeipſos iumentis ſimiles penitus iudicarunt, & animorum immortalitatem negarunt. Horum er-
Sap. 2. rorem vide Sap. cap. 2. de quo opportunius dicam. Pij vero conſtanter tenent animos eſſe Heb.11.v.6
immortales, Deumque eſſe, & inquirentibus ſe remuneratorem eſſe. Nobis certum eſt iumentorum animas eſſe mortales; hominis animum eſſe a Deo creatum immortalem: bonorum ſedes eſſe ſuper omnes cælos, vel in cælo Empyreo, malorum vero apud inferos: detinebantur boni in limbo ante Chriſti aduentum, cuius ſanguine cæli ianua reſeranda erat. Sunt qui per iumenta hoc loco intelligant carnales homines more pecudum & beſtiarum viuentes, quorum animæ poſt mortem ad inferos deferuntur, vbi ſicut oues ponentur, & mors depaſcet eos. Pſ.48.v.15.

v.22.H. *Et vidi quia non bonum præter quod lætetur homo in operibus ſuis quia illud pars eius: quia quis adducet eum ad videndum in quo, quod erit poſt ſe.*

Lat. *Et deprehendi nihil eſſe melius quam lætari hominē in opere ſuo, & hanc eſſe partem illius. Quis enim eū adducet vt poſt ſe futura cognoſcat?*

HÆC ſententia iam expoſita eſt cap. 2. v. 24. & hoc cap. v. 12, & 13. ſed aliquid

Digitized by Google

quid hic additur, quod conſideratione dignum eſt. Duæ ſunt curæ, quæ homines ſolent torquere, altera circa D. prouidentiam: altera circa filiorum ſtatum honorificum occupatur: vtramque vult Salomon ex animis noſtris eximere, vt inter mala huius vitæ aliquid quieris inueniamus. Sic

Matth. 6. v. 34. Chriſtus nos a ſolicitudine diei craſtinæ auocat, quia ſufficit, inquit, diei malitia ſua. De illis ſolicitos nos eſſe oportet, quæ certo ſcimus futura, ſcimus ſtatutum eſſe omnibus ſemel mori, & poſt hoc iudiciũ: ſcimus nos omnes manifeſtari

2. Cor. 5. v. 10. oportere ante tribunal Chriſti, vt pro meritis ſiue demeritis pręmium aut ſupplicium recipiamus: ſic ergo viuamus, vt honeſtam lętitiam ex bonis operibus concipiamus, neque infideliũ quæſtionibus de animi immortalitate animum applicemus, neque conemur occulta Dei iudicia inueſtigare,

Pſ. 35. v. 7. quoniam iudicia Dei abyſſus multa. Diuitiarum etiam amorem & ſolicitudinem deponamus, neque in gratiam hæredum noſtrorum laboremus anxie, in omnibus actionibus modum ſeruemus, nos noſtraque Deo committamus, ſic honeſte lętabimur, & fructum ex labore noſtro capiemus: ſtultum enim eſt de futuro hæredum ſtatu eſſe ſolicitos, cum inde nullum emolumentum nobis oriatur, imo maximum detrimentum, nam ſolicitudo, cura, inquietudo animum diſtrahunt & excruciant, & quamuis id aſſequamur, vt hæredem relinquamus opulentum, quis nos reuocabit ab inferis vt videamus fructum laborum noſtrorum? Vide ca. 2. v. 18. &c. omitto nunc mala illa, quę animum inuadunt & obruunt, dũ cumulandis diuitijs homo incumbit.

Præparat Salomon hac ſententia animum hominis ad perfectiorem doctrinam poſtea tradendam: interim curſſam ſolicitudinem, & curam ſuperfluam remouere conatur, vt animus vano amore vacuus, rerum diuinarum notioni & amori aptior reddatur.

CAP.

CAP. QVARTVM.

v. 1. He. *Et conuerſus ſum ego & vidi omnes oppreſſos (vel calumniã patientes) qui facti ſub ſole: & ecce lacryma oppreſſorum, & non eis conſolator: & de manu opprimentium eos potentia, & non eis conſolator.*

Lat. *Verti me ad alia, & vidi calumnias, quæ ſub ſole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem conſolatorem, nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos.*

Conſolationis carentia.

PERGIT huius vitæ calamitates enumerare, quibus non ſolum vanitas, ſed rerum perturbatio, & miſeriæ humanæ magnitudo cõprobatur. Hoc autem conſiderare plurimum confert, vt ad veram vitam conuertamur, & per viam mandatorum Dei ad brauium ſupernæ vocationis curramus.

Proponit impiorum calumniam, violentiam, oppreſsionem, & oppreſſorum ſiue calumniam patientium lacrymas, deſolationemq. Miſerum eſt pati calumniam, opprimique, honoris & bonorum detrimentum incurrere, ſed multo eſt grauius ope, auxilio, & conſolatione carere. Hæc mala per partes aliqui experiuntur, ſed confertim quaſi agmine facto in Iobum irruerunt, qui Iob. 1. & 2. bonis & filijs ſimul ſpoliatus eſt, deinde vlcere peſsimo percuſſus, ab vxore, quæ ſola ex tãta clade ſuperſtes fuit, calumniam & perſecutionem paſſus eſt: amici qui ad conſolandum conuenerant, in aduerſarios conuerſi ſunt, eiuſq. animum grauibus calumnijs exaſperarunt; quare exclamare coactus eſt, Miſeremini, inquiens, mei, Iob. 19. 21. miſeremini mei ſaltẽ vos amici mei. Dauid deplorat deſolationem ſuam aiens, Elongaſti Pſ. 87. v. 19. a me amicum & proximum, & notos meos a miſeria.

Ieremias afflictionem gra- Thren. 1. 2. uiſsimam illis verbis expreſsit, Plorans plorauit in nocte & lacrimæ eius in maxillis eius, nõ eſt, qui conſoletur eam ex omnibus charis eius. In maxillis

eius,

Digitized by Google

eius, non eſt, qui conſoletur eam ex omnibus charis eius. Pro his qui vim patiuntur Dominum interpellat Dauid Pſalm.93. Deus vltionum Dominus, Deus vltionum libere egit. Exaltare, qui iudicas terram, redde retributionem ſuper bis. In Hebræo eſt, Deus vlt. D. Deus vltionum appare, vel irradia, illuſtra, id enim ſignificat verbum Iaphahh, de quo dixi Iob.10. v. 3. quaſi dicat Dauid, quare ô Deus, qui tibi reſeruaſti vindictam pauperum & innocentum, qui a nullo potes impediri; qui libere agis cum ſis omnipotens, & potes declarare iuſtitiæ tuæ vim contra calumniatores & oppreſſores, quare taces, diſsimulas, & dormire videris? irradia, illuſtra faciem tuam ſuper ſeruos tuos, manifeſta fauorem erga innocentes, defende humiles contra ſuperbos, & qui iudex es vniuerſæ terræ, exaltare in finibus inimicorum tuorum. Vſquequo, inquit, peccatores Domine, vſquequo peccatores gloriabuntur, effabuntur & loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur iniuſtitiam? populum tuum Domine humiliauerunt & hæreditatem tuam vexauerunt: viduam & aduenã interfecerunt; & pupillos occiderunt: & dixerũt nõ videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. Non diſsimilis eſt illa Habac. argumentatio & querimonia c.1.n.13. Mundi, inquit, ſunt oculi tui ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatẽ non poteris. Quare reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe? & facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principem, &c. Deuorant maiores piſces minores, ſic qui ad calumniandum, vel opprimendũ pauperes & debiles nacti ſunt robur, ingenium, fauorẽ, innocentes deuaſtant. Iſa. 59. v. 13. Auerſi ſumus ne iremus poſt tergum Dei, vt loqueremur calumniam & tranſgreſsionem: concepimus & locuti ſumus de corde verba mendacij; & conuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia longe ſtetit, quia corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi; & facta eſt veritas in obliuionem, & qui receſsit à malo prædæ patuit, &c. Grande ſcelus, grauis calamitas: ſic graſſatur violẽtia ſic vagatur libere iniquitas, vt contra viros bonos armata ſit, & ad nocendum prompta; qui receſsit, inquit, á malo prędę patuit. Iuſtus ne iuſtitiam deſerat, mauult bonis, honore & vita ſpoliari; cauſam ſuam Deo committit, & tamen Deus tacet deuorãte impio iuſtiorem ſe; abũdãt innocentium lacrymæ; quia violentia & iniuria, & calumnia exuberant, & nõ adeſt neq. de-

Pſa. 93.

Deus diſsimulat.

Cap. 1. n. 13.

Iſa. 59.

O fen-

ſenſor, neque conſolator. Vnicũ poſſet eſſe refugium ſi principis opem implorasset is, qui vim patitur, & ad iudicis auxilium confugiſſet: ſed iam dixit Eccleſ.c.3.v.16.vidiſſe ſe in loco iudicij impietatẽ, &c. Quid ſi iudex pius?aduocatus, ſcriba, miniſtriq. alij occurrunt armati auaritia,duritia, crudelitate; quis horum violentiæ reſiſtere poterit?Hhaſaq.id eſt calumniã facio:calumniam patiot:opprimo;noceo,abſorbeo, de quo dixi Iob.ca.10.v. 3.Hhaſuqym.i. oppreſsi,calumniam patientes, &c.Vulgatus primo vertit, calumnias;ſecundo, innocentes. Eſt etiam participium actiuum Hhoſqeyhem.i. opprimentium eos: vulgatus ſenſum tranſtulit quia Hebraica verba erant obſcuriora. Coach, id eſt fortitudo,virtus,potentia, violẽtia,de quo dixi Iob.c.3.n.17.c.6.n22.

v.2. & 3. H. *Et laudaui ego mortuos,qui iã mortui ſunt,præ viuis,qui ipſi viui hucuſq. Et bonus præ ambobus ipſis,qui vſq. adhuc non fuit,qui non vidit opus malũ, quod fit ſub ſole.*

Lat. *Et laudaui magis mortuos quã viuentes,& feliciorem vtroq. iudicaui qui necdum natus eſt, nec vidit mala,quæ fiunt ſub ſole.*

GRandis hyperbole ad amplificandam doloris magnitudinem,& præſentes vitę calamitatem,vt melioris vitæ deſiderio per patientiam expectemus Dei iudicium. *Mors. Vita.* Simili hyperbole ſiue exaggeratione vtitur Iob.cap.3.de qua re ibi dictum. Aduertendum tamen hic eſt,Salomonẽ loqui ex perſona ſapiẽtis,aut ex perſona hominis afflicti; vel loqui more humano ſicut loqueretur aliquis, qui Dei gratiã ignoraret, neq. ante oculos haberet præmium aut pœnam,quæ nos manent poſt hãc vitam.Pręterea,hæc dici poſſũt vel propter omnes, vel propter eos,qui iniuriam & calumniam patiuntur, vel qui calumniãtur alios, & violenter opprimunt. Aliter etiam ſentiunt de vita & morte infideles, aliter fideles: aliter peccatores, aliter iuſti. Eccle.41. Audiamus Eccleſiaſticum cap. 41.O mors, inquit,quam amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis: viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum. Ecce cui dulce eſt viuere,amarum eſt mori, cui ſi vita grata eſt propter oblectationem ac delicias, miſerior eſt quam ille, cui vita eſt moleſta & grauis. 1.Tim.5.6. De vidua loquens B.Paulus ait: nam quæ in delicijs eſt, viuens mortua eſt.Quod ad omnes merito deriuare poſſumus, qui carnis curam faciunt in deſiderijs, quorum vita tendit ad mortem ſempiternam. Quod de Iuda proditore dixit Chriſtus Matth. 26. Matth.26. num.24. Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur

detur: bonum erat eir ſi natus non fuiſſet homo ille. Quod in quam de Iuda dixit, ad omnes reprobos pertinet, qui cum in tormentis fuerint optabunt nõ eſſe, ſicut etiam optant omnes iam damnari, & præſentem vitam oderunt aliqui vi malorum grauati: aliqui etiam deſperantes violenter abrumpunt, qui vel ſuſpendio, vel præcipitio, vel veneno, vel ferro ſe ipſos interimunt: & quamuis melius eſt eſſe quam non eſſe, verum miſerum eſſe ſine ſpe alicuius viciſsitudinis aut mutationis, nemo optabit etiam ſi ſano ſit iudicio, quod in peccatoribus eſt corruptum & deprauatum. Cum autem tam grandis ſit reproborum numerus, quorum ſcelera non ſolum ipſis nocent, ſed plurimis inferũt nocumentum, bonoſque iniuria afficiant, calumnia vexent, vi opprimant, idcirco Salomon mortuos laudat, hoc eſt, præfert mortem vitæ, quia morte finiuntur ſceleratorum calumniæ & crudelitates: bonorum vero calamitates. Et putat fælíciorem eum qui nondum natus eſt, quia incertũ eſt qualis futurus ſit, an facturus, an paſſurus mala, & quamuis hoc leuius ſit, verũ illud plurimi cõcupiſcũt. Plurimi enim male agere eligũt potius, quam mala pati, ſuntq. paucisſimi, qui æquo animo perſecutionem patiantur propter iuſtitiam. Verũ vt dixi locutio eſt hyperbolica, aut prouerbialis. Nunc de his dicendum quibus mors eſt in votis. Idem Eccleſiaſticus eodem cap. num. 3. O mors quam bonũ eſt iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura eſt, & incredibili, qui perdidit patientiam. Hęc vitam faciunt amaram, & qui his aut ſimilibus malis implicantur mortem expetunt, aliqui etiam ob impatientiam & deſperationem mortem tardantem accelerant. Inopia, imbecillitas: ſenium, cura quotidiana rerũ neceſſariarũ: diffidentia melioris fortunę, ſiue auxilij & reuelationis malorum: & quód ad omniũ malorũ cumulum accedit, impatiencia, faciunt vitam moleſtiſſimam. Idem c. 30. v. 17. Melior eſt, inquit, mors, quam vita amara. Quiſquis hãc vitam inchoat his malis obnoxius eſt, militare incipit, & vſque ad mortem illi certandum eſt; quod ſi meliorẽ nactus eſt ſortem, vt vulgus putat, & abundat omnibus rebus, delicijſq. affluit, vitaq. præſẽs illi chara eſt, multo eſt deterioris conditionis, quia animo eſt deprauato: cumq. acutis voluptatũ & diuitiarum ſpinis cor eius vulneretur, prę inſania dolorem nõ ſentit, & metu mortis turbatur, cruciaturq. cũ ſit ineuitabilis. Itaq. omnishomo cuiuſuisſit Luc. 8. v. 14.

O 2 ſor-

ſortis non poteſt nõ eſſe aliqua ex parte miſer. Sapienter Dionyſius Syracuſanus oſtendit temporalem fælicitatem metu, ſolicitudine, curis inuolui, & quæ corpus oblectant, animum torquere: quendam ipſius fælicitatem admirantem conuiuio excepit, cubiculum precioſiſsimis aulæis exornari fecit, cibos exquiſitos, & regia magnificentia dignos apparari iuſsit, conuiuæ capiti gladius acutiſsimus é tenui filio ſuſpenſus, imminebat, factumq. eſt, vt cõuiua metu imp endentis mali nulla ciborum copia delectaretur, nulla ſuauitate frueretur. Rogatus poſt cõuiuium quid ſibi voluptatis illa omnia attuliſſent, negauit ſe vlla re fuiſſe delectatum ob metũ imminentis capiti gladij; talis, inquit, Dionyſius eſt, quam admiraris, humana fęlicitas. Multos paſsim videmus nullo mortis metu angi, nullis aut leuibus curis diſtrahi, ſed totos ſeſe delicijs tradere; fateor tales reperiri, ſed horum multo eſt infælicior vita, qui in labore hominũ non ſunt, & cum hominibus nõ
Pſa.72.v.5. flagellantur, ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua, &c.

Cum ergo tã multa mala animi & corporis paſsim graſſentur, & infinitus ſit numerus ſtultorũ improbis mors ſemper accidit opportuna vt peccare deſinant; probis vt a conſortio malorũ, & periculo ruinæ liberentur: & cũ in certum ſit, qualis futurus ſit is, qui nondũ natus eſt, ideo fęlicior putatur mortuis & viuentibus, hi enim in malis verſantur, illi verſati ſunt.

Plurima ſunt corporis mala, labor, laſsitudo, ſolicitudo, morbus, inopia. &c. Grauior tamen calumnia, perſecutio, iniuria, & deſolatio, ſiue conſolationis, ac refugij defectus, & remedij deſperatio. Sed multo plura ſũt animi mala, multoq. illis grauiora, ita vt vita præſens malorũ omnium abyſſus eſſe videatur. Ecce Lucæ.23.n.
dies veniũt (ait Chriſtus) in qui- 29.
bus dicens: Beatæ ſteriles, & ventres, qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt. Cũ męror, luctus, lamentatioq. iſta ex temporali calamitate oriatur, quæ morte finitur; quantus erit labor & dolor qui naſcitur ex peccato, quo homo fit Dei inimicus, & reus æterni ſupplicij? Peccatorũ autem quam ingens ſit cumulus, quæ enormitas, nemo non nouit. Omnia iſta confirmant Salomonis ſententiam, quæ eo tẽdit, vt nos ad rerũ mũdanarũ cõtẽptũ inducat, & præſentiũ malorũ remediũ à Deo quęramus, vel per patientiã eius beneuolentiã cõciliemus, & ſpe
æternę fæliciratis æquo animo Rom.8.v.18
feramus aduerſa, ſcientes quia non ſunt cõdignæ paſsiones huius tẽporis ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis.

Præter illos, quos diximus optare mortem, ſunt etiam alij, qui non illis de cauſis cupiunt è vita migrare, ſed quia ſperant meliorem vitam. Sic Dauid in-
Pſa.119.v.5. gemiſcebat. Heu mihi, inquit,
Phili.1.v.23 quia incolatus meus prolongatus eſt, &c. & B. Paulus, cui aliquando ob malorum grauitatem vita tædio fuit, cupiebat diſſolui & eſſe cum Chriſto.
3. Reg. 19. nu.4. Multi Sanctorum mortem a
Tob.3.n.6. Deo poſtularunt, vt Elias, & Tobias: qui ſciebant mortem eſſe malorum præſentium finem, & futuræ quietis ac ſecuritatis initium. Infideles autem, qui Dei gratiam & Sanctorum prædeſtinationem ignorabant naturæ cæterorum animantium patentem, hominis vero nouercam reputabant.

Rogabit aliquis cur Deus amator animarum, & qui neminem vult perire tot calamitates humanum genus inuadere paſſus ſit? ſi reſpondeam, Deum mortem non feciſſe: rurſus vrgebit, cur ergo non anteuertit, & impediuit? ſed de his inferius opportunius dicetur; iam enim longius progreſſus ſum quam putaueram: quia ſumme bonus eſt mala permittit, vt inde maiora eliciat bona.

v.4.H. *Et vidi ego omnem laborem, & omnem induſtriam operis, quod ipſa inuidia viri á ſocio ſuo: etiam hoc vanitas & paſtio ſpiritus.*

Lat. *Rurſus contemplatus ſum omnes labores hominum, & induſtrias patere inuidiæ proximi: & in hoc ergo vanitas & cura ſuperflua eſt.*

PRÆTER illa mala, quæ vitam faciunt miſeram; videtur mihi nunc Salomon illud proferre, quod multorum malorum cauſa eſt, quodque tam fælices quam infælices infeſtat: Malum hoc eſt inuidia, inuidentem excrucians, & cui inuidetur inſidias parans, & perniciẽ, ſeu detrimentum optans. Inuidiam alij vocant triſtitiam de alieno bono; alij odium alienæ fælicitatis. Nunc Salomon loquitur de illa, quæ proprie inuidia eſt, quæ naſcitur ex puſillanimitate, & deprauato iudicio, ſtultaque ſuperbia. Stultus ſuperbus, & parui animi homuncio, alienum emolumentum ſuum reputat detrimentum. Qui ſano eſt iudicio, temporalia bona contemnit; bona animi magna contentione quærit, quæ hominem bonum faciunt, quæ Dei gratia & humana induſtria comparantur: quorum iacturam facere non poſſumus inuiti; in hęc bona nullum ius habet tyrannorum rabies, prędonum audacia, & inuidorum malitia. Qui dolet propter bona temporalia, qui-

bus alius abundat, animum habet paruum ac vilem,& qui ſe putat miſerum ob inopiam ignobilitatem,laboremque, ſeipſum facit miſerabiliorem inuidia & impatientia,quæ eſt inuidiæ comes. Eliphaz Iob. cap. 5. v.2.Vere ſtultum,inquit, interficit iracundia & paruulum occidit inuidia.Paruuli rerum ignari diſcruciantur cum vident alios paruulos aut veſte, aut pomis, aut re aliqua ludicra gaudentes,quibus ipſi carent, talis ſunt inuidi.

Horatius. *Inuidus alterius rebus macreſcit opimis.*

Alius de inuidia ſic ait,

Ouidius. *Et videt ingratos,intabeſcitq. videndo*
Succeſſus hominum carpitque, & carpitur vna,
Suppliciumq. ſuum eſt.

Inuidia carnifex eſt ipſius inuidi, poſſeſſoré ſuum torquet ac trucidat,charitati eſt contraria, Rõ.12.v.15. quæ iubet flere cum flentibus gaudere cum gaudentibus: inuidia vero alieno malo gaudet, bono torquetur : charitas patiens eſt benigna eſt, non æmulatur non agit perperam : inuidia omnia peruertit, impatiens eſt ac maleuola, indignatur & agit perperam. Superbia cecidit diabolus,inuidia ſtimulatus homini ſtruxit inſidias, quem per mulierem, quam decepit, de gradu illo inſignis dignitatis deiecit, & inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Si mortis genitrix inuidia eſt, quid mirum ſi inuidia excruciat inuidentem, & in perniciem proximi illum impellit? Sunt quidam inuidiæ gradus,de quibus nunc agere longum eſſet; illud tamen ad rem præſentem pertinere puto, vt animaduertamus inuidum quãdoque odio, quandoq. concupiſcentia ſtimulari. Ille qui dolet aliena fælicitate odio laborat; qui vero non tam triſtatur bono proximi, quã ſua inopia, & quia talibus caret commodis,concupiſcentia ſtimulatur, quæ naſcitur ex ſuperbia, quæ alium ſibi præferri dedignatur. Poſſumus appetere vitæ neceſſaria,& curam habere de bono nomine,ſed tunc iſta ardentius expetere cum videmus alios his excellere, arrogantis & parui animi eſt,qui magna ambit ob ſui paruitatem & prauitatem iudicij, nihil enim in hoc mundo magnum eſt, nihil hominem meliorem facere poteſt, niſi virtus, quæ donum Dei eſt. Magnos putamus diuites, ac potentes, ſed vilitas ac paruitas noſtra huius peruerſi iudicij cauſa eſt. Nam & ſiquis erit conſummatus inter filios hominum, ſi ab illo abfuerit ſapientia tua,in nihilum computabitur (ait ſapiens) opes, vires, humanæ ſcientiæ, pulchri-

1.Cor.13.4.

Sap.2.24.

Sap.9.6.

chritudo, imperium, & quicquid præclarum eſt apud homines, ſine D. Sapientia, quæ hominem de rebus recte iudicare, & erga Deum bene affectum facit, pro nihilo reputari debent. Puluis ſubſtantia eſt, aliquid eſt, ergo bonum eſt, puluis tamen non facit veſtem meliorem, ſed illam deturpat, puluis oculos lædit, ſic bona temporalia entitatem ſuam & bonitatem habent, ſed quæ ad hominis fęlicitatem nihil conducat. Venenum ſubſtantia eſt, ergo aliquid bonum eſt, ſed in cibo aut potu mortem affert, homini bonum nō eſt, niſi arte & ſapientia eius vſus alijs in rebus accommodetur. Paruum vas facile impletur, ſic paruus animus his rebus impleri cupit, ſed appetitus noſter eſt, quaſi vas perforatum, ſiue dolium pertuſum, ſtatim euacuatur, ideo inſatiabilis eſt, inuidia autem illum facit magis inſatiabilem, nam multa non optaremus niſi in alijs illa conſpiceremus. Alienæ opes augent inopiam noſtram, creſcit fames noſtra alienorum ciborum copia: nudos nos eſſe paramus cum aliorum fulget veſtis: creſcunt mala noſtra cum aliorum bonorum incremento. Si generoſo eſſemus animo, & cor noſtrum charitate dilataretur, non autem ſuperbia tumeſceret, noſtra eſſemus ſorte contenti, & aliena bona quaſi noſtra reputaremus, gauderemuſque aliena fælicitate, & cum Dauide diceremus, particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua. Pſa. 118. v. 63 Nam chatitas ſingularitatem odit fugitque, bonorum communionem amat. O quam magnanimus erat vir ille, qui dicebat, quid enim mihi eſt in cælo & à te, quid volui ſuper terram? Pſa. 72. v. 25. defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternū. v. 26. Sic Paulus omnia detrimentum faciebat & arbitrabatur vt ſtercus, vt Chriſtum lucri faceret, a quo omne bonum proficiſcitur, per quem gratia & veritas facta eſt. Ioan. 1. v. 17 Paruus etiam & ſtultus eſt, qui bonis ſpiritualibus alterius inuidet, quæ Deus omnibus propenit, ad quæ omnes inuitat, quę quanto à pluribus habentur, tanto maior gaudendi & merendi materia offertur viro bono; hæc enim iuſtorum & bonorum mirabilis eſt participatio. Bona temporalia finita ſunt, & vnius opulentia multi fiunt inopes, obſcurat alienus honor inuidi honorem; reputat ſe minus fælicem, qui alienam intuetur fælicitatem, nam vbi plures ſunt eiuſdem artis periti minus ſinguli æſtimantur, in-

ter pauperes ſplendeſcit diues; nobilis inter plebeios illuſtrari ſe putat; verum vbi eſt iſtorum multitudo ſine aliqua inſigni differentia, nemo digito monſtratur, id fert impatienter homo arrogans, neminem vellet ſibi ſuperiorem, neminem parem, tanta eſt vanæ gloriç cupido. Vir probus non ſolum gaudet multorum probitate, ſed improbos ad probitatẽ pro viribus reducere nititur. Creſcit iuſtitia iuſti non ſolum cum bene agit, ſed cum de aliena ſanctimonia gaudet, & alieno profectui gratulatur. Grande malum inuidia humanis atq. diuinis rebus inimica, quæ ſi nanciſcatur opportunitatem, vſq. ad interitum fratris trahit inuidentem. Sit huius rei teſtis impius fratricida Cain diaboli aſſecla & imitator, diabolus parentes primos morti reddidit obnoxios, fecitque reos; Cain innocentem Abelem crudeliter inuaſit, & interemit. Cum animaduertiſſet Cain Abelis munera Deo fuiſſe accepto ſua,
Gen.4.a.5. vero nequaquam, indignatione & inuidia correptus eſt. Iratuſque eſt Cain vehementer, & cõcidit vultus eius. Dixitque Dominus ad eum: quare iratus es, & quare concidit facies tua? Vides hic illa coniuncta, quæ dixit Eliphaz, ſcilicet iracundia, quç interficit ſtultum, & inuidia, quæ occidit paruulum. Inuidia dolor eſt ſine triſtitia ex alieno bono concepta, triſtis autem vultum demittit, frontem contrahit. Infælix & ſtultus Cain, qui dolet ſibi præferri fratrem ſuum, cum deberet ad pęnitentiam confugere, & malitiæ ſuç remedium querere, inuidia ſtimulatus ad fratris necem progreſſus eſt. Pius Dominus voluit hominem ſceleratũ curare; ſed præualuit apud ipſum iniquitas. Nonne, inquit Dominus, ſi bene egeris recipies, ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit? &c. ex Hebræo vertere poſſumus. Nõne ſi benefeceris recipere; vel tollere, vel portare: vel eleuare: quaſi dicat Dominus in te eſt cauſa cur ego non reſpiciam munera tua, cur iraſceris, cur inuides fratri tuo: huius triſtitiæ origo in te eſt, malitia tua deprimit animum tuũ, & ideo cõcidit vultus tuus. Conſideremus huius mali antiquitatem & violentiam. Inuidia armauit filios Iacob, vt fratrem ſuum Ioſeph vellent occidere, & mitius in illum ſæuientes, vendiderunt. Aaron quoque & Maria fratri ſuo inuidentes contra illum murmurauerunt: vt non tam mirum videatur ſi Core Dathan & Abiron eadem furia perciti contra eundẽ Moyſen inſurrexerint. Vndiq. igitur nos circunſtãt mala, potẽtes ac ditiores imbellibus ac pauperibus

Gen.37.& c.49.23.
Nu.12.& c.16.

bus vim faciunt; æquales æqualibus inuident, & maiores oderunt. Miſerrima igitur vita eſt, inſanitq. quicumq. in hoc ſæculo quietem & fælicitatem quærit. Labor etiam & induſtria pater inuidiæ: ſi inuideret quis homini otioſo & delicijs vacanti aliquid poſſet afferre, quo peccatum ſuum excuſaret, eiuſque grauitatem minueret, ſed laboranti etiam inuidet homo nequam.

Omne vitium bonum aliquod ſaltem apparens reſpicit, inuidia & odium ſemper optat malum, bono triſtatur.

Ouid. *Riſus abeſt, niſi quem viſi fecere dolores.*

Agis Lacædemoniorum Rex dicẽtibus eſſe aliquos, qui eius factis inuiderent, reſpondit, geminam habebunt moleſtiam, quos & ſua ipſorum mala diſcruciabunt, atque inſuper, tum meis, tum amicorum meorum bonis torquebũtur. Videns quidam hominem inuidum ſolito triſtiorẽ, dixit: aut huic aliquid accidit mali, aut alteri aliquid boni. Aptiſsima ſimilitudine ſignificauit Antiſthenes inuidorũ proprietatem, Nõ aliter; inquit, ac ferrum abſumitur rubigine,
Prou.14. ita inuidi ſuo ipſi malo contabeſcunt. Prou. 14. 30. vita carnium ſanitas cordis, putredo oſsium inuidia. Cor habet infectũ veneno inuidus, lęthali morbo laborat, & tabe conſumitur. Inuidia eſt animo idem, quod oleribus ærugo, ſegetibus locuſta & bruchus, veſtibus tinea. Infęlici & calamitoſo nemo inuidet, ſed fęlici, opulento, ſapiẽti, forti, potentiq. Inuident autem nõ ſolum miſeri fęlicibus, ſed fęlices, ſibi inuicem. Qualis ergo eſt vita noſtra, quam inuidia contaminat, atq. peruertit? In iudicibus reperitur iniquitas, in potentibus violentia, in afflictis lacrymæ & mæror, in omnibus fere odium & inuidia: miſerrima igitur eſt vita, quæ tot malis expoſita & implicata eſt. Vir bonus inuidia non laborat, ſed inuidorum inſidijs, detractionibus, maledictiſque patet.

Ciſron.i. induſtria. LXX. fortitudo, vel virtus. Chaldæus, directio. Alij, rectitudo. Symmachus, vigor, alacritas. ca 2. v. 21. ſolicitudo LXX. fortitudo. Forſterus interpretatur, induſtriã, congruentiam, opportunitatẽ, conuenientiam, rectitudinem, decorum, vtile. c. 5. v. 10. quid prodeſt. H. Mahciſron, id eſt, quæ vtilitas, vel, quę conueniẽtia &c. LXX. quæ fortitudo. Chaldæus, quæ vtilitas. In his locis in LXX. eſt, Andria, id eſt, virtus, fortitudo ſtrenuitas, apud LXX. eſt idem quod Andragathima. Pſalm. 67. v. 7. Qui educit vinctos in fortitudine H. Coſaroth, id eſt congruentię, opportunitates, fortitudines: *Ciſron.* Pſalm. 67.

nes. Deus opportune & ſtrenue ſuccurrit afflictis, ſoluit compeditos, liberat captiuos, eſt enim adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Eſt aliud nomen
Prouer. 31. Ciſor, quod vulgatus Prouer. 31. v. 19. vertit, Fortia. LXX. vtilia. R. Dauid cum Chaldæo, vertibulum, id eſt, rotula in capite fuſi: alij teſte Forſtero, colum interpretantur: ſed nomen reuera ſignificat, cōuenientiam ſtrenuitatem, fortitudinem. Quod de vertibulo ſiue verticulo dicitur, ridiculum eſt, & con fictū, ſic etiam poſſet ſignificare omnia inſtrumenta, quibus fæminæ vtuntur. Mentem ſapientis non aſſecuti Iudæi diuinant, & confingunt pro libito ſignificata: Salomon mulieris ſtrenuitatem & fortitudinem cum eius animi ſubmiſsione coniungit quæ virilia opera facit ac perficit, & muliebria non contemnit, mittit manum ad fortia, & tamen fuſum apprehendit. Caſer reperitur Eſth. 8. nu. 5. Et deprecatio mea non ei videtur eſſe cōtraria. H. Et rectum (vel congruum, vel opportunū) verbum meū ad facies regis. Caſar, id eſt conueniens aut rectum eſſe. Eccleſ. 11. v. 6. quia neſcis quid magis oriatur &c. H. quia non tu ſciens an hoc conueniet an hoc. Vide etiam. cap. 10. v. 10. Significat igitur Ciſron Induſtriam, ſtrenuitatem, fortitudinem, congruentiam, vtilitatem: omnibus iſtis aduerſatur inuidia, quicquid bonum, egregium, præclarum, illuſtreq. eſt deleri exoptat.

Stultus complicat manus ſuas & comedens carnem ſuam (dicens) bona plenitudo palmæ requie, præ plenitudine pugillorum labore & malitia ſpiritus. v. 5. & 6. He.

Stultus complicat manus ſuas, & comedit carnes ſuas, dicens: Melior eſt pugillus cum requie, quam plena vtraque manus cum labore & afflictione animi. Lat.

SENTENTIAM horum verſuum cōiunxit vulgatus, & ad hominem pigrum retulit, addens illud participium, dicens: poteſt tamen alium habere ſenſum; & verſus quintus ad inuidum pertinere: verſus autem ſextus ad ipſum ſapientem. Iuxta vulgatum hic eſt ſenſus: Mundus plenus eſt hominibus aut inutilibus, aut perniciofis, de his iam dixit, ſcilicet de iudicibus iniquis, de tyrannis, de crudelibus, de inuidis: nunc de otioſis, inertibus, deſidioſis agit, qui paruo contenti eſſe videntur, ſed non contemptu rerum mundanarum, neque frugalitatis aut ſapien-

ſapientiæ amore, ſed odio laboris honeſti,& vitioſa inertia otio ſe tradunt. Verſamur ſemper in extremis, mediũ tenuere beati. Alius laborat ſine requie, neque vllum laborum ſuorum fructum capit: alius aliena fęlicitate cruciatur inuidia ipſum torquente: alius nullum vult ſubire laborem complicatis manibus ſedet, & inopia conſumitur: cum rariſsimi ſint, qui honeſto otio vacent, aut qui honeſtum ſubeant laborem. Ergo cum mundus plenus ſit hominibus peruerſis, noxijs, aut deſidioſis, qui vtiles ſunt nemini, & ſibi conſulere nolunt, merito vita hæc miſera reputatur: in qua ſiquis bonus & ſapiens eſt, cogitur cum talibus conuerſari. De pigritia & otio vitioſo multa ſunt documenta, quibus abutuntur homines malitioſi, ſicut in præſenti homines deſidioſi, vt inertiam ſuam atque pigritiam teneant. Abutuntur veriſsima ſententia: melior eſt, iniquiunt, pugillus cum requie &c. damnatur pigritia multis S. Scripturę locis, ſed non damnatur honeſtum otium corporis, & quies, qua mens liberius Diuinæ poſsit vacare ſapientię. Sed de pigritia aliquid dicam⁹ Prou. 6. v. 6. Vade ad formicam ô piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam: quæ cum non habeat ducem, nec pręceptorem, nec Principem: parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe, quod comedat. Vſque quo piger dormies, quando cõſurges è ſomno tuo? paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conſere manus tuas, vt dormias: & veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus, &c. Sapiens vtitur formicæ exemplo ad relegandã pigritiam: ad ſuadendum honeſtum laborem, quo opportune quærantur neceſſaria ad tempus, in quo a labore ceſſandum eſt; formica enim congregat in meſſe, quod comedat, ſcilicet, in hyeme: labori ſuccedit quies. Auarus vero eodem exemplo abutitur, vt perpetuo labore ſeipſum conterat, neſciũt iniqui modũ tenere. Auarorum argumẽtũ videre eſt apud Horatiũ Satyr. 1. quod in ipſos retorquet Poeta, inquiẽs:

Impij abutuntur S.S. — *Prou. 6.* — *Auarus.* — *Horatius.*

Ille grauem duro terram qui vertit aratro:
Perfidus hic caupo, miles, nautaq. per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Se ſe ferre, ſenes vt in otia tuta recedant,
Aiunt: cum ſibi ſint congeſta cibaria, ſicut
Paruula (namque exemplo eſt) magni formica laboris.
Ore trahit quodcumq. poteſt atque addit aceruo
Quem ſtruit haud ignara, ac non incauta futuri,

Qua

Quæ ſimul inuerſum contriſtat
Aquarius annum,
Non vſquam prorepit, & illis vti
tur ante
Quæſitis ſapiens.
Hunc vſq. argumentantur aua ri & cupidi, nunc retorquetur argumentum.
Cum te nec feruidus æſtus di-
moueat lucro,
Neque hyems, ignis, mare, fer-
rum,
Nil obſtat tibi, dum ne ſit te ditior
alter &c.

Aduerte, quod dicitur in Prou. conſerere manus, in Eccleſ. dicitur complicare. Hic eſt verbũ Chabaq. i. complico complector, conſero: ibi eſt nomen Chabuq. i. complexus, amplexus, complicatio. Idem eſt Prouer. 24. numer. 33. vbi etiam de pigro eſt ſermo. Prouer. 13. v. 4. vult & non vult piger; anima autem operantium impinguabitur. Homo laboris impatiens, & otio torpens, vrgente fame & inopia, de excutienda pigritia delibe rat, ſed tandem vincit inertia: vellet diues eſſe, cibis delicatis & copioſis veſci, rerum abundantia perfrui, ſed labore deterretur, & inerti otio contabeſcit. Prouer. 25. num. 5. cogitationes robuſti ſemper in abundantia: omnis autem piger ſemper in egeſtate eſt. Qui hic vocatur Robuſtus H. dicitur Chatuts; & qui vocantur c. 13. v. 4. operantes. H. Charutſym. Prou. 10. num. 4. & c. 12. num. 24. fortis. Iob. 14. v. 5. Breuis. Charats ſignificat, decernere 3. Reg. 20. num. 4. inire prælium 2. Reg. 5. num. 24. Abbreuiare Iſa. 10. numer. 22. opponitur piger viro forti, robuſto, operanti, decernenti, negotia breuianti: piger vero torpet otio, imbellis eſt, vult & nõ vult, & vt dicitur Prou. ca. 21. nu. 25. Deſideria occidunt pigrum, noluerunt enim manus eius quicquam operari: tota die concupiſcit & deſiderat: qui autem iuſtus eſt tribuet & non ceſſabit. Hic piger opponitur viro iuſto, qui honeſto labore comparat ſibi neceſſaria, & habet etiam vnde tribuat indigenti. Inutilis & iniquus eſt piger ſibi & alijs: cuius otium malignum eſt, ſemper alijs inuidens, aliorum ſtudia carpens: manus complicat, manus remittit, manus abſcondit, vnde neceſſe eſt careat vitæ emolumentis, quæ ſui deſiderio animum torquent & conficiunt, prius enim vitam cum morte commutat piger, quam votorum ſuorum compos fiat. Plura de hac re reperies in prouerbijs. Mirum eſt quantum a ratione diſtent vitia, vt qui nolunt ſecundum rationem rectam viuere, quærant tamen aliquam rationem, qua mala ſua aut defendant aut excuſent: atque etiam aliorum facta accuſent. Homo ventri & volup-

Chabaq.

voluptati debitus non ſolum in temperantiam ſuam amat, ſed laudat. Nonne, inquit, melius eſt comedere & bibere & oſtendere animæ ſuæ bona &c.
Eccleſ.2.24. & vitum ſobrium ac modeſtũ damnat auaritiæ. Homo impatiens & ad fundendum ſanguinem pronus & prõptus fortitudinẽ; actat, & nobilitati deputat vindictam; veruntamen patientem & mitem virum, vocat imbellem ac degenerem. En piger deſidiã ſuam & turpe otiũ excuſat, imo approbat optima ſententia. Melior, inquit, eſt pu-
Prou.15.16. gillus cum requie &c. Melius eſt parum cum timore Domini, quam theſauri magni & in-
Cap. 16.8. ſatiabiles. Melius eſt parum cũ iuſtitia, quã multi fructus cũ ini-
Cap. 17. 1. quitate. Melior eſt buccella ſicca cũ gaudio, quã domus plena
Pſ.36.15. victimis cũ iurgio. Meli⁹ eſt modicũ iuſto ſuper diuitias peccatorũ multas. Ex his & ſimilibus infert piger, meliorẽ eſſe pugillum cum requie &c. Si requies honeſta eſſet, labor autem vituperabilis, qualis eſt auarorum,
Sap.5.7. & ambitioſorum, qui laſſantur in via iniquitatis & perditionis, & ambulant vias difficiles: optimum eſſet pronuntiatum, veriſsima aſſertio: ſed piger omnem laborem declinat odit, deteſtaturq. Sic ſolent hæretici veriſsimas ſententias praua interpretatione peruertere. Miſeram vitam viuit piger, ſed quæ tandem finẽ ſit habitura: væ nobis qui ad omne opus bonum, quo vitã mereamur æternã torpemus, & tota die ſtamus in foro otioſi, & a Deo vocati, vt laboremus Matth. 20.
in vinea eius renuimus. Multa de ſpirituali pigritia, & turpi otio dici poſſẽt, ſed nolo lõgior eſſe: occurret huius rei opportunitas.

Si hi duo verſus ſeparentur, prior ad ipſum inuidũ pertinebit, & complicare manus erit geſtus dolentis, ſolent enim lamentantes manus conferere ſiue digitos digitis implicare, ac conſtringere. Comedit inuidus carnes ſuas quia dolore & mœrore conficitur, vt ſupra dictum eſt. Alter verſus eo ſpectare poteſt, vt inuidus ſuo morbo medeatur ſi paruo ſit contentus, ſic enim fiet, vt nullius inuidia crucietur, præſertim quia dolor ex aliena fœlicitate conceptus adiumenti nihil affert penuriæ noſtræ, imo auget mala noſtra. Cumque vita ſit malis referta ſtultum eſt maiorem quærere mæroris materiam, & moleſtiarum accumulare cauſas.

Et conuerſus ſum ego & vidi vanitatem ſub ſole. Eſt v.7.& 8. Heb.
vnus & non ſecundus, etiam filius & frater non ei, & non finis omnis laboris eius, etiam oculus eius non ſatiabitur opulentia: & cui ego laborans & deficere

deficere faciens animam meã a bono: etiam hoc vanitas, & afflictio mala ipſum.

Lat. *Conſiderans reperi & aliã vanitatem ſub ſole: Vnus eſt & ſecundam non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat, non ſatiantur oculi eius diuitijs: nec recogitat dicẽs, cui laboro, & fraudo animam meam bonis? in hoc quoque vanitas eſt, & afflictio peſſima.*

PERICVLOSIS morbis, & medicamentorum vires refutantibus plurima adhibenda ſunt remedia, magna opus eſt diligentia & ſapientia; talis eſt auaritia & omnis cupiditas immoderata, id circo toties Eccleſ. huius morbi malignitatem aperit. Cupiditas enim vitioſa & cupidum diſtrahit, turbat, exagitat, & in alios concitat indignationem, odium, inuidiam; nemo enim inuideret alijs, niſi diuitiarum aut honoris, & vanæ æſtimationis cupiditate teneretur. Inuidet etiã carnalis carnali, quẽ videt delicijs affluere, pulchro ſcorto operã dare, epulis abundare, his omnibus diuitiæ ſeruiunt, hæc fouẽt mala, nutriuntq. Sed miſer auarus perpetuo ſeruit fraudans ſe etiam carnali voluptate, & animæ ſuæ querit perniciem, eſt enim in alios & inſe crudelis, quia plerumque malis artibus, fraude & dolo, vſuriſque diteſcere vult. Si quis tamen abſq. talibus vitijs incumbit cumulandis diuitijs, etiam prauitatem ſuam excuſare non poteſt, qui improbo aſsiduoque labore ſe ipſum macerat, neq. ſibi neque alijs vtilis eſt, cum ſæpe charitas indigentis ſubſidium impe-ret. Theſaurizat & ignorat cui congregabit opes: non habet filium, neque fratrem, qui poſſint bonis partis potiri. Excuſatio aliqua foret ſi pater filio theſaurizaret, quamuis ratio efficax non eſſet, quæ auatum liberaret a culpa, & cõmuni vitupe ratione, quia vt dictum eſt cap. 2. v. 18. ſtultum & vanum eſt immodice laborare in gratiam hæredis, quem ignoramus qualis futurus ſit. Suo muneri ac debito facit ſatis pater ſi honeſto labore ac moderato filijs proſpiciat, quibus aliquid laboris relinquat, ne otium & abundantia illis afferat grande detrimentum. Fratris curam ſuſcipere, ſi laborare non poteſt, æquum erit, ſi vero illi ſuppetunt vires & induſtria, quorſum ego illi laborabo? ergo ſtultiſsimũ eſt ſe ipſũ exquiſitis laboribus, magnis curis, anxijs ſolicitudinibus vexare, neq. vſquã quieſcere cũ neq. filij, neq. fratres ad ſint, qui bus quæſita relinquamus.

Auaritia. Cupiditas. Pſ. 38. v. 7.

Qui ſe ipſum fraudat quiete, volup-

voluptateq. vt pauperibus opẽ-
ferat, auarus non eſt, ſed tempe-
rans prudens, beneficus & pius,
hoc autem non reſeruandum
ad vltimum vitæ diem, neq. cõ-
Eleemoſyna fiat in vita. mittẽda eſt diſpẽſatio iſta extra
neis. Dũ viuimus benefaciendũ
eſt, vt animus amore diuitia-
rum liber exiſtat, & qui proprio
ſudore opes comparamus, pro-
pria prouidentia theſauros re-
condamus in cælis, deferendos
illuc per manus indigentium,
vt iuſtitia noſtra præcedat faciẽ
Iſa. 58. 7. noſtram, iuxta illud Iſaiæ. 58. v.
7. frange eſurienti panem tuũ,
& egenos vagoſq. induc in do-
mum tuam, cum videris nudũ
operi eũ & carnẽ tuã ne deſpe-
xeris: tũc erũpet quaſi mane lu-
men tuũ, & ſanitas tua citius
orietur, & anteibit faciem tuã
iuſtitia tua, & gloria Domini
Matth. 16. v. 26. colliget te. Verum vniuerſum
mundum lucrari, & animæ ſuæ
detrimentum pati non ſolũ va-
num ſed impijſsimum eſt.

Chaçar, Chaçar. i. fraudo. Deſum c. 6.
v. 2. Deficio. c. 9. nu. 8. alibi ſæ
pe ſignificat indigere, minuere,
decreſcere, auferre. Vide cap. 1.
nu. 15. & ca. 10. nu. 3.

Nota: in copia diuitiarum
eget auarus, corpus indiget, ani
mus inopia conſumitur; negat
auarus corpori honeſta veſtimẽ
ta, & ſæpe neceſſaria aut cõmo-
da alimenta; animus vero omni
bono fraudatur, quiete, æquita-
te, charitate: nam curis diſtra-
hitur, fraudes machinatur, &
cum videat fratrem ſuum ne- 1. Ioan. 3. v. 17.
ceſsitate preſſum viſcera ſua ab Iacobi. 2. v. 13
illo claudit. Reliquum eſt vt illi
fiat iudicium ſine miſericordia,
qui non fecit miſericordiam.
Quam miſericordiam faciet in
alios, qui in ſe ipſum crudelis
eſt fraudans animam ſuam bo-
nis? ſatis vulgatũ eſt illud, Aua-
ro tam deeſt, quod habet, quam
quod non habet. Eleganter di- *Seneca.*
xit Seneca in Prouerbijs, de-
ſunt inopiæ multa, auaritiæ om
nia. In nullum auarus bonus eſt
in ſe peſsimus. De auaro eiuſq.
inſatiabilitate iterum redibit
ſermo cap. 5. v. 9. Præſens ſen-
tentia dure in Chriſti allegoriã
vſurpatur.

Boni duo præ vno, quia eſt eis V. 9. Heb.
merces bona in labore eorum.

Melius eſt duos eſſe ſimul Lat.
quam vnũ, habent enim emo-
lumentum ſocietatis ſuæ.

OMNIVM malorum ori- *Singularitas concordia.*
go eſt ſingularitas, rerum
naturæ eſt inimica, quæ ſuperio
ribus inferiora coniunxit, & in
ter elementa concordiam fecit,
in quibus ita diſcordiã poſuit,
vt meliorum rerum naſceretur
coniunctio. Quid eſt rerũ gene
ratio niſi noua elementorum &
qualitatum conueniens con-
cordia? hanc ſi tollas omnia in-
teribunt; ſi cæli negauerint
influen-

influentias, planetæ & aſtra retraxerint lucē, Machina diuulſi turbabit fœdera mundi. Niſi conueniret inter marem & fœminam nullum animal naſcere tur. Superbus, inuidus, auarus ſingularitatem amant: & ferus ſingularis depaſcit vineam Domini. Omnia mala ſupra commemorata, quæ vitam faciunt morte amariorem, ex ſingularitatis differentijs naſcuntur. Superbus excellentiæ ſingularis auidus inuidet æqualibus & etiam melioribus ſiue illuſtrioribus: ſcit opes eſſe adiumento vanæ gloriæ, diuitias appetit, hinc ambitio, auaritia, rapina, crudelitas, vindicta, fraus, peruerſum iudicium ortum habēt. [illegible] aduocatus, ſcri [illegible] & quiuis de me[illegible] ſingularis eſſe cupit, eſtq[illegible] deſiderium in plerisque [illegible]feſtius, in alijs occultius. Eccleſ. ab inuidia ab auaritia, ab omni vitio nos abſtrahere conatur, & ad cōcordiam charitatemq. trahere. Eſt enim charitas vinculū perfectionis: vinculum vero multa coniuncta continet, imperfecta perficit, conſeruatq. Et quia nulla tanta poteſt eſſe morum aut iudiciorum conformitas, vt aliquid non diſpliceat in proximo, ideo prima charitatis proprietas eſt, patientia: ſecunda, Benignitas: charitas patiens eſt, benigna eſt &c. Cum Eccleſ. affirmat, melius eſſe duos quam vnum, non reſtringit charitatem ad alterū ſolum, ſed inde ſequitur, vt quā to plures fuerint charitate coniuncti, tanto maius ſit ſocietatis emolumentum. Habebimus in re difficili adiutorem: in triſti conſolatorē: in dubia conſilia torem: quos ſi charitas deuinxit habebim⁹ fidos & ſtabiles. Amicus fidelis protectio fortis, qui autē inuenit illū, inuenit theſaurū. Amico fideli nulla eſt cōparatio: & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis &c. Cum tot malis præſens vita abundet, hoc vnicum eſt ſolamen & adiutorium, ſi beneuolentia aliorum animos conciliemus, ſi beneficentia deuinctos teneamus. De eſt diuiti filius, deeſt frater, non deeſt proximus, non deeſt pauper, quorum animos beneficio ad nos trahamus, quorum amicitiam promereamur. Facite (inquit Chriſtus D) vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiāt vos in æterna tabernacula. Multos experiemur ingratos, ſed multorum beneuolentiam inuenie mus, non enim omnes ſunt maligno præditi ingenio. Eſto qui recipit beneficium ingratus ſit, at multorum amor erga nos excitabitur, qui amant bonitatem etiamſi non receperint beneficium.

Margin notes: Pſ. 79. v. 14. — Coloſſ. 3. v. 14. — *Charitas.* — 1 Cor 13. — *Amicitia.* — Eccli. 6. 14. — *Beneficentia.*

cium. Deus ſe fecit fidei iuſſorem bonorum operum; peribit apud ingratum beneficium, ſed non apud Deum. Si homines facimus amicos de mammona iniquitatis, & ipſi obliuione & ingratitudine, benefacere nolunt, aut impotentia non poſſunt; certam & firmam habebimus angelorum, imo Dei amicitiam; hi ſunt, qui nos recipiẽt in æterna tabernacula. Multorum ſunt inſtrumenta malorum diuitiæ, ſiue mammoma, ſed charitas, quæ vinculum eſt perfectionis multa inde bona eliciet. Triticum in horreo diu ſeruatum aut putreſcit, aut vermiculis, aut muribus arroditur, ſed in fertili ſolo opportune ſeminatum fructum affert copioſũ; ſic diuitiæ auare retentę pereunt cũ detrimento auari, diſtributæ prudenter & beneuole fructum centuplum reddunt.

Habes auare ſalubre conſilium, vtere rebus tuis, eſto tibi & alij vtilis. Qui alijs prodeſſe ſtudet opere aut verbo, nemini inuidebit; nemini nocebit, non erit impietas in loco iudicij: nõ erit, qui alienam famam maculet, neq. qui proximi bona inuadat. Charitas igitur vitam reddet iocundam, & malorũ amaritudinem mitigabit; nulla erit ſingularitas vbi fuerit charitas.

V.10. H. *Quia ſi ceciderint, vnus ſtare faciet ſocium ſuum, & væ ipſi vni: qui ceciderit & non ſecũdus ad ſtare faciendũ eũ.*

Lat. *Si vnus ceciderit ab altero fulcietur: væ ſoli quia cum ceciderit non habet ſubleuantem ſe.*

QVam ſit vtilis concordia, amicitia, charitas nunc explicat. Multis ſumus incommodis obnoxij, multis expoſiti periculis, quibus implicati ſine alieno adiutorio expediri nequaquam poſſumus. Mæſtus eget conſolatione; ignarus doctore; dubius conſultore; æger curatore: pupillus tutore: imbellis defenſore: corruẽs ſubleuatore: omnia iſta nomine caſus & ruinæ comprehenduntur, & in religionibus bene inſtitutis reperiuntur multi, qui fratres iuuent conſilio, conſolatione, diligentiaq. Nullus fidelior & ad omnem neceſsitatem potẽtior amicus, quam Deus ipſe, de quo ſic dixit Dauid. Pſalm. 36. v. 23. Apud Dominum greſſus hominis dirigetur, & viam eius volet; cum ceciderit non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam. Nulla nobis nocebit aduerſitas ſi nulla dominetur iniquitas: neque Deus patietur nos tentari ſupra id, quod poſſumus, ſed faciet cum tentatione prouentum. Ego dormiui & ſoporatus ſum, & exurrexi quia Dominus ſuſcepit me, ait Dauid, mærore quaſi ſopore obrutus

Deus verus eſt amicus.

Pſalm. 36.

1. Cor. 10. v. 13.

Pſal. 3. v. 6.

ctus dormiebat, magnitudo doloris omnes ſenſus occupauerat,& illũ quaſi mente alienauerat.In magna triſtitia aut dolore animi deliquiũ cõtingit non raro,ſed quem Deus protegit,
Pſal,4.v.9. cuius Deus curam gerit amicã, in pace inidipſũ dormiet & requieſcet.Inter alia attributa Diuina,quorum virtutem experiũ
Eccl.34.20. tur timentes Deum,Eccleſiaſt. enumerat,adiutorium caſus,exaltans animã,& illuminans oculos,dans ſanitatem,vitam,& benedictionem.Vę ſoli,væ ei, qui à Dei amicitia receſsit,non habebit ſubleuantem ſe. Ille vere ſolus eſt,qui ſine Deo eſt,cæteri ſunt vmbra ſine Deo.

V.11. H. *Etiã cũiacuerint duo,& calor erit eis:& vni quomodo calor erit?*

Lat. *Et ſi dormierint duo ſoucbuntur mutuo:vnus quomodo caleſiet?*

ALius ſocietatis fructus, vt ſimul iacentes amici quando viget frigus ſe mutuo calefaciant, in quo vtriuſq. par eſt commodum, ſicut par neceſſitas.Cadentem amicũ ſubleuat is,qui ſtat, verũ in hyeme mutuo ſe iuuãt.Charitas igni cõparatur, cuius calor ſi amicitia copuletur plurimũ valet ad depellendũ vitiorum frigus,torporéque mentis.Iuuant ſe mutuis adhortationibus & exemplis:quẽ enim non pudebit in religione ſi viderit cæteros alacriter ad opus Dei accelerãtes,ſi ipſe nullanecesſitate impeditus vacare, aut dormire velit?tũ maxime augetur deuotionis calor,cum pręlatus præit,& ſubditi inſequuntur.Si quis priuatus conetur ſurgere media nocte ad laudandũ Deum cito illius conatus tepeſcet,ac frigeſcet, verum in conuẽtu animus roboratur ad opus bonum aggrediendum & perficiendum.Tunc mutuo calore ſe fouent boni viri cum alter alterius onera portat , vt ſic adimpleat legem Chriſti. Sic particeps fiebat Dauid omniũ timentium Deum & cuſtodientium mãdata eius.Eleganter ſane Auguſt.l.50.hõ. hõ. 25. congaude (inquit)illi,cui Deus aliquã gratiã donauit,habet ille forte virginitatem,ama illam & tua eſt. Iterum tu habes forte maiorem patientiam,diligat te & ſua eſt. Ille poteſt ſatis vigilare , ſi non inuides tuum eſt ſtudium eius. Tu forte potes amplius ieiunare:ſi amat te,ſuum eſt ieiunium tuũ:quia per charitatem tu in illo es,&c.Hęc ex Euangelio facile probare poſſumus.Qui accipit Prophetæ (inquit D.)in nomine Prophetæ mercedẽ Prophetæ accipiet;&qui recipit iuſtũ in nomine iuſti mercedẽ iuſti accipiet.O magna charitatis potentia,quæ ſi nõ facit Prophetas aut Doctores,aut Apoſtolos, poteſt tamẽ horũ merita cõferre ei,qui congaudet;fieri quoq. poteſt,vt Propheta malus ſit,& malus Doctor,& qui de eorum do-

Charitas.

Matth.10.v.41.

doctrina & prophetia lætatur ob cõmune bonũ grande meritũ acquirat Hoc eſt præclarum emolumentũ ſocietatis fideliũ, & eorum, qui charitate feruent. Iam vidimus.v.9 pro emolumẽto in Hebræo eſſe, mercedẽ labo ris bonam. Laborat vnus alter laborare non poteſt impeditus imbecillitate, aut ęgritudine, & charitas illi confert laborantis meritũ quia cõgaudet charitati laborãtis. Ruſticus & idiota doctoris meritum habet, quia mutuo fouentur omnes diligentes Deũ. Pauper pauperi ſubuenire non poteſt, gaudet cũ videt diuitẽ in pauperes liberalem, & habet meritum liberalitatis. Poſtquã Apoſtolus enumerauit mul
1.Cor.12.31
ta dona Dei, & varia gratiarum genera, nequis ſe quaſi a Deo neglectum putaret ſi illis donis careret, ęmulamini, inquit, chariſmata meliora. & adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. & c.13. ex profeſſo de charitate differit, quæ poteſt perſe ſola illuſtriorem facere poſſeſſorem ſuũ, quã prophetia, aut gradus doctoratus, aut gratia curationum, &c. & ſi quid in iſtis meriti fuerit ſuum facere poteſt. Foueamus nos mutuo, augeatur cõmunicatione charitatis feruor, vt præualeamus contra hybernũ peccati frigus: vt ſuperemus perſecutionũ tempeſtates & grandinẽ, glaciem, niuem detractionum, iniuriarũ, blaſphemiarum & errorũ depellamus ac propulſemus.

Et ſi præualuerit ei vnus, duo ſtabunt cõtra eum: & filum triplex (vel triplicatum) non in feſtinatione rumpetur. v.12. H.

Etſi quiſpiam præualuerit cõtra vnũ, duo reſiſtũt ei: funiculus triplex difficile rũpitur. Lat.

Non ſolum ſibi mutuã prębent opem amici, ſed contra hoſtes fiũt potẽtiores. Quis non nouit prouerbiũ illud? Nec Hercules contra duos. Chriſtus ad prædicandum binos diſcipulos miſit ante faciẽ ſuam. Quia duos illos, qui ab Ieruſalem in Emaũta ibant, concordes erãt, Chriſtus ſe illis adiunxit itineris comes, ac beneficus. Similitudine fili probat Salomon cõcordiæ vim, funiculus, inquit, triplex difficile rumpitur, ſingula perſe fila facile, coniuncta non facile rũpuntur. Triplex dixit pro multiplici, quia ternarius numerus ob ſui perfectionẽ quãdoq. multitudinẽ ſignificat. Vel Charitas. triplicẽ dixit, vt indicaret nullã amicitiã eſſe validam ſine Deo, duo igitur ſi cõueniãt ſine Deo, neq. fortiores erũt aduerſus animę hoſtes, neq. verã charitatẽ habebunt. Charitas ergo ſolitaria eſſe non poteſt, ſed in Deum & proximũ fertur; ſic fit funiculus triplex: aut multiplex pro multitudine eorũ, qui in amicitiam coeũt, quamuis omnes nomine

proximi compræhendantur, ſic ſeper dicetur funiculus triplex.

Multiplicem huius funiculi allegoriam excogitant, alij ad Trinitatis myſterium referunt; alij ad Chriſtũ, in quo ſunt anima, caro, diuinitas: alij ad ſapientiam potentiã bonitatemq. Dei; alij ad fidẽ, ſpẽ, & charitatẽ, alij ad partẽ rationalẽ, cõcupiſcibilẽ, iraſcibilem, quæ ſi in homine conueniant illum potentiſsimũ efficiunt. Deinde illud difficile quidam accipiunt pro impoſsibili, quidam proprie, quia in nobis ſitum eſt vt rumpatur Trinitatis fides, à qua deficere poteſt homo. Poſſumus quidem hanc ſententiam ad Trinitatis, aut incarnationis myſterium accommodare, ſed fortaſsis non iuxta mentẽ Salomonis: ſi quis tamen id contendat, mecum non pugnabit, quia nolo in re nullius momenti tẽpus conſumere: præſertim cum hęc à pietate aliena non ſint, neq. nobis officere poſſint: neq. repugnat Salomonem potuiſſe hic myſterium inſinuare, cuius fide armati cõtra omnes aduerſarias poteſtates potẽ- Ad Heb. 11. 33.
tiſsimi erimus: ſancti enim per fidem vicerunt regna operati ſunt iuſtitiam &c.

v. 13. H. *Bonus puer pauper & ſapiẽs præ rege ſene & ſtulto, qui nõ nouit prauidere vltra.*

Lat. *Melior eſt puer pauper & ſapiens rege ſene & ſtulto, qui neſcit prauidere in poſterum.*

ALIVD proponit argumẽtum vanitatis humanę vitæ, & confuſionis rerum mundanarum ex comparatione pueri ſapientis & ſenis ſtulti: pueri priuati & plebi cum rege ſene. Si recte ſe haberent res hominum rex præſtaret homini priuato, ſenex puero; rerumque natura exigit a ſene ſapientiam, præſertim á rege ſene, qui regiminis publici tenet habenas: in puero autem nemo ſapientiæ defectum accuſat, ſi vero adſit mirantur homines. Si pauper fuiſſet Salomon, puerilis ſuæ ætatis cum ſenili comparationem feciſſe videretur: de quo ſic ſcriptum eſt Sapien. 8. v. 19. puer autem eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam, &c. de eodem Salomone ſene dicitur 3. Reg. 11. v. 4. cumq. iam eſſet ſenex deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur deos alienos. Quid autem magis ſtultum quã ob turpem amorem mulierum diuinum honorem tribuere ſimulachris, & dæmonibus ſpurciſsimis? Non tam æquum quam prudens fuit Alcibiadis pueri conſilium, qui auunculo ſuo Pericli de reddenda ratione publicæ pecuniæ vehemẽter ſolicito, cogitãdũ, inquit, tibi potius eſt quo pacto non reddas. Arripuit Pericles Val. M. l. 3. cap. 1.
pueri

pueri monitũ, & effecit, vt Athenienſes belli difficilis cura impediti de Periclis ratione reddenda non curarent. Quis neſcit pueri prætextati prudens cõmentum, quo matris importunitatem deluſit, & ſecretum ſenatus ſeruauit? Sed illa illuſtrior Danielis pueri ſapientia qua innocens Suſanna a falſo crimine & morte liberata eſt, cumq. duceretur ad mortem ſuſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris, cui nomen Daniel. Aliqui hunc puerum ſapientem Chriſtum intelligunt, de quo dictum eſt; paruulus natus eſt nobis & filius datus eſt nobis Iſa.9.nume.6 vbi eſt eadem vox Ieled id eſt paruulus, quæ in Eccleſiaſte ſignificat puerum. De eodem dicitur Lucæ 3. nu. 43. Remanſit puer Ieſus in Ieruſalem, &c. inuentuſque poſt triduum in medio doctorum & ſtupebant omnes ſuper prudentia & reſponſis eius. Sed puer iſte non cum ſene ſtulto conferendus eſt, qui omniũ ſapientiſsimorum ſapientiam ſuperat, à quo omnis ſapientia dimanat. Stultorum regum exẽplis plenæ ſunt hiſtoriæ, & tertius ac quartus regum libri, qui ſi aut ambitione, aut auaritia, aut crudelitate, aut alio vitio laborarunt ſtulti ſane fuerunt nõ prouidentes in poſterum, neq. ab imminenti clade ſibi cauentes. Generali ſententia concluditur contra principes, & ſapiẽtes huius ſæculi, contra potentes ac Gigantes Baruch.3.n.28. & quoniam non habuerunt ſapientiam perierunt propter ſuã inſipientiam. Lege à n.16. Zahar. id eſt præuidere. Huic verbo hæ tribuuntur ſignificationes, monere, admonere, inſtituere, docere, cauere, circunſpectũ eſſe, obſeruare, ſplẽdere, ſic Pagninus. Vulgatus vertit, oſtendere Exodi.18.nu.20 2.Paral. 19. num. 10. præoccupare 4. Reg. 6.num. 10. annuntiare Ezech 3. nu.17.18. auertere, nu.18. item annuntiare cap.33.num.3.7.9. obſeruare num.4. cuſtodire, nu. 8. Pſalm. 18. v. 12. videre 1. Eſdræ.4. nume. 22. fulgere Dan. 12. num.3. communis verb. ſignificatio videtur eſſe, manifeſtare, ſic & fulgorem, & monitionem comprehendit. Magna eſt ſtultitia ſic præſentium amore detineri, & voluptate allici, aut triſtitia abſorberi, vt rerum vicisſitudinem non animaduertamus. Symmachus, vt refert B. Hieronymus, pro præuidere in poſterum vertit, præcauere viciſsitudinem. Puerorum eſt ſolum præſentia curare, & maledictus vocatur puer centum annorum. Non erit, inquit Iſaias, ibi amplius infans dierum, & ſenex qui non impleat dies ſuos, quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus

Dan.13.45.

Zahar.

Iſa.65.20.

Digitized by Google

ctus erit. In regno cælorum, in ciuitate illa beata Ieruſalem nulla erit rerum confuſio, omnis ibi ætas perfecta erit: in hoc ſæculo, non qui diutiſsime viuit ſenex eſt, neq. dies ſuos implet quoniam dies ſunt diminuti, qui in peccatis conſumuntur, tranſit tempus & nihil boni acquirit peccator: vacua eſt vita, quæ vanitati ſeruit. Stultus ſenex puer eſt, & peccator centũ annorum, non præcauet, non

Deut. 32. 28. prąuidet in poſterum. Gens abſque conſilio & ſine prudentia, vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſsima prouiderent. Horatius dixit,

L. 2. ode. 26.

Lætus in præſens animus quod vltra eſt
Oderit curare, & amara lento
Temperet riſu, nihil eſt ab omni
Parte beatum.

Si de curis ſuperfluis, & de rebus nihil ad nos pertinentibus locutus eſt, conuenit eius ſententia cum illa ca. 2 v. 26. & ca. 3. v. 12. & 13. & 22. Si vero de omni futurorum prouidentia loquitur, ſtultus eſt, ſed naſcitur hæc ſtultitia ex infidelitate, quę Dei iudicium poſt mortem ignorat. Sed regem decet multa præuidere & prouidere non ſolum ratione ſuæ perſonę, ſed ſtatus & dignitatis,

Li. 2. ode. 10 *Nam, ſæpius ventis agitatur ingens*
Pinus, & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres feriuntq. ſummos
Fulmina montes.

Principum ruina non contingit ſine grauiſsimo plebis detrimento. Hæc prouidentia in ſapiente eſt, quoniam ſperat infeſtis, metuit ſecundis alteram ſortem bene præparatum pectus. *Ibidem.*

Quia de domo vinctorum egreſſus eſt ad regnandum: quia etiam in regno ſuo natus pauper. v. 14. H.

Quod de carcere catenisq. interdum quis egrediatur ad regnum & alius natus in regno inopia conſumatur. Lat.

Rex ſtultus inſoleſcit poteſtate immemor fortunę inconſtantiæ, non præuidet in futurum, non præmunit animum aduerſus infortunia. Si Iobum præparatum tam grauiter afflixit calamitas, quid ſupereſt ſtulto qui futura non attendit, niſi deſperatio, laqueus, venenũ, præcipitium? Iob 3. v. 24. antequam comedam ſuſpiro, & tanquam inundantes aquæ ſic rugitus meus; quia timor, quem timebam euenit mihi, & quod verebar accidit &c. Vides hominem ſecundis rebus metuentem, & ſe ipſum ad conflictum fortunæ præparantem. Sic nos Eccleſiaſt. pręmunitos adhortatur. cap. 2. fili, inquit, accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia & ti- *Prouidẽtia & præparatio ad tribulationem*

& timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Huius doctrinæ immemor, aut ignarus ſtultus non attendit omnia eſſe vana, incerta, inconſtantia. Hecuba ſic confidentes alloquitur:

Seneca in Trag.

Quicumque regno fidit & magna potens
Dominatur aula, &c.
Me videat & te Troia, non vnquam tulit
Documenta fors maiora quam fragili loco
Starent ſuperbi.

Fortuna mutatio, & incõſtantia.

Extant apud Poetas elegantiſsimæ ſententiæ de fortunæ mutabilitate lege Horatium l. 1. Ode. 35.

O diua gratum quæ regis Antiũ,
Præſens vel imo tollere de gradu
Mortale genus, vel ſuperbos
Vertere funeribus triumphos, &c.

l. 3. Ode. 29.

Fortuna ſæuo læta negotio &
Ludum inſolentem ludere pertinax
Tranſmutat incertos honores
Nunc mihi, nunc alij benigna..

& Iuuenalis Satyr. 3.

Ex humili magna ad faſtigia rerum
Extollit, quoties voluit fortuna iocari.

Sunt quam plurima huius generis, quæ reperies in floribus Poetarum. Exempla ſuppeditabunt hi, qui exemplorum libros ſcribunt, Titulo de varietate caſuum. Extat etiam titulus, de ijs, qui humili loco nati clari euaſerunt, apud Val. Maxim. lib. 3. cap. 4. nos domeſticis contenti ſimus exemplis. Ioſephus è carcere ad principatum Ægypti euectus eſt, de quo ſic pſalmographus ait. In ſeruum venundatus eſt Ioſeph, humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrũ pertranſijt animam eius, donec veniret verbum eius: eloquium Domini inflamauit eum (id eſt illuſtrauit) miſit rex & ſoluit eum, princeps populorum & dimiſit eum, conſtituit eum dominum domus ſuæ & principem omnis poſſeſsionis ſuę. Moyſes in flumẽ proiectus, de cuius vita iam erat deſperatum a parentibus, à filia Pharaonis eductus & in filium eſt adoptatus. Meru regiæ indignationis poſtea profugus, & in paſcendis ouibus occupatus, inde a Deo Hebræorum dux eſt electus. In Ægyptum reuerſus maximam genti inimicæ detrimentum intulit; & rex ille ſæuus ac durus, qui Dei populum graui ſeruitutis iugo premebat cum omni exercitu bellatorum ſubmerſus eſt. Intrantibus Hebræis terram promiſam plurimi reges deleti ſunt. Ioſue cap. 12. 31. numerantur, præter Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Baſan. Saul ex minima familia Benjamin electus in regem cum eſſet vir optimus,

Pſal. 104. 17.

Exod 2.

Exod. 14.

ſuperbia elatus, in obedientia rebellis, reprobatus a Deo miſere perijt, & omnis fere eius domus ſimili calamitate inuoluta eſt. Plura leges in libris regum & Paralipomenon.

Charitas. Cum nihil in rebus humanis ſit conſtans certumque, diuina quæramus. Tempus omnia conterit, eſto omnia cedant ex animi ſententia, & vita ſit iocũda, mors leuis ac facilis, veruntamẽ finem habet hæc vana fallaxque fælicitas; ſolus amor cæleſtis, ſo
1. Cor. 13. la Dei charitas nunquam excidit, ſiue prophetiæ euacuentur, ſiue linguæ ceſſent, ſiue ſcientia
Rom. 8. 38. deſtruatur. Charitas Paulum & omnes Dei amicos facit inſuperabiles. Certus ſum enim, inquit, quia neq. mors, neque vita, neque angeli, neq. principatus, neq. virtutes, neque inſtantia, neque futura, neq. fortitudo, neq. altitudo, neq. profundum, neq. creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Quiſquis ergo temporalia quærit illorum amore captus; & ęterna non curat aũt infidelis eſt, aut ſtultus. Prouideamus in poſterum, neq. formidemus tyrannorum rabiem, vinculorum duritiem, carceris pædorem, quoniam de catenis & carcere educet Dominus ſeruos ſuos ad regnum æternum: Beati enim qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Obijt Ioannes in vinculis, Matth. 11.
ſed regnat in cælis. Petrus è vinculis ab Angelo liberatur, in quę illum miſerat Herodes: iterum á Nerone vinctus & crucifixus ad regni æterni principatum peruenit. Plus Paulus gloriatur in vinculis, quam reges regali throno, & ſceptro, & glorioſum ducit vocari vinctus Ieſu Chriſti. Pſalm. 149
In ſupremo illo iudicio exultabunt ſancti in gloria lætabuntur in cubilibus ſuis, exaltationes Dei in gutture eorũ, & gladij ancipites in manibus eorũ, ad faciendam vindictam in nationibus increpationes in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, &c. En vides rerum mutationem non à fortuna inductam ſed diuina iuſtitia ordinatam.

Vidi cunctos viuentes ambulantes ſub ſole cum puero ſecundo qui ſtabit pro eo: non finis omni populo, omni, qui fuit ad facies eorum, etiam poſtremi non lætabuntur in eo, quia etiam hoc vanitas & afflictio (ſeu paſtio) ſpiritus. v. 15. 16. Heb.

Lat: *Vidi cunctos viuentes, qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo, qui conſurget pro eo. Infinitus numerus eſt populi omnium, qui fue-*

fuerunt ante eum, & qui poſtea futuri ſunt, non lætabuntur in eo: ſed & hoc vanitas & afflictio ſpiritus.

DIFFICILIS locus, & multitudine interpretationum non ſatis explanatus. Quidam putant hic fieri cōparationem pueri ſiue adoleſcentis ſapientis, & ſenis ſtulti. Alij inter regem ſenem & eius hæredem; quod probabilius videtur.

Videtur Eccleſ. indicare in præſenti vulgi inſtabilitatem, & regnandi cupidinem magna vanitate inuolutam, ambitionemq. populi & principis, ille fauorem iſte gloriam ambit, cũ omnia breui ſint peritura. Stultus populus vanam ſpem concipiens de futuro principe, & nouitatis auidus regni hæredi cito gratulatur, & in ſeniorem regem ſe ingratum demonſtrat: princeps illis blanditijs delinitus euaneſcit, & fit deterior, pręſenti gloria delectatur, quã bonis operibus nõ firmat, & ideo cito eius gloria perit, & ſicut antequam naſceretur erat hominibus ignotus, ita apud poſteros memoria eius obliuione delebitur, aut tenuiſsimam & fortaſsis peſsimam de ſe memoriã relinquet. Id affirmat Salomon quod plerumq. accidere ſolet, homines enim ambitioſi in hæredis regni amicitiam ſeſe inſinuare conantur: omnes illius gratiam quærunt, in illũ ſe propenſos multis argumentis manifeſtant. Hæc populi ambitioſa alacritas & pro nouitate lætitia contingere ſolet adhuc viuẽte rege ſeniore, vel poſt mortẽ illius: ſed iſta popularis exultatio diuturna eſſe nõ ſolet. Vaniſsimum igitur eſt, & magna ſolicitudine plenum imperium quod tam leui ac mutabili vulgi opinione fulcitur, vulgus etiã pro arbitrio hominis vani & inconſtantis regitur. Domeſticis exemplis probare poterat hæc Salomon, cuius ad huc viuente patre inſignis ambitionis artifex Abſalon ſolicitabat corda virorum Iſrael. Deniq. facta eſt coniuratio valida, populuſque concurrens augebatur cum Abſalon. Venitq. nuncius ad Dauid dicens, toto corde vniuerſus Iſrael ſequitur Abſalon. Dedit hic pœnas ſceleris ſui, neque diu in illo lætatus eſt populus. Poſt hunc eleuatus eſt Adonias ſecundus natu poſt Abſalon & principes populi inuitauit vt poſt conuiuium ipſum regem conſtituerẽt, ſed protinus conſilio Nathan prophetæ, Dauid Salomonem regem declarauit, & Adoniæ regnum euanuit, Magna fuit populi Iſrael lætitia regnante Salomone, ſed non firma neque conſtans, nam ſuo exemplo populum ad Idola-

2.Reg.15.6. nu: 12.

3.Reg.1.

lolatriā inclinauit, vnde plurimæ ortæ ſunt calamitates: filium ſtultum hæredē reliquit, cuius ſtultitia factum eſt vt regnum Iſrael ab illo deficeret, ac diuideretur, ſeparatis ab eius obedientia decem tribubus. Lōgum fore ſi de vulgi inconſtantia, & de vana regum lętitia nunc agere vellem. Vnum addam exemplum rei de qua loquimur accommodatum. Laborabat pedū ægritudine Seuerus imperator, & ideo bellum morabatur, huius moræ impatientes milites Baſsianum eius filium Auguſtum cōſalutarunt. Iuſsit Seuerus ſe ad tribunal deferri, adeſſeque duces ac tribunos, cohorteſque, quibus auctoribus hoc acciderat: aderat etiam filius, qui Auguſti nomē non recuſauerat, cumq. in omnes, excepto filio, animaduerti imperaſſet, omnes proſtrati veniam rogabant. Seuerus caput manu contingens ait, tandem agnoſcitis caput imperare non pedes. Omnes adoleſcentem ſecundum ſequebantur relicto ſene, ſed momentanea fuit illa lætitia. Difficile hæc ſententia ad Chriſtum accommodare conātur aliqui: ego duras allegorias exhorrui: liberum ſit vnicuique talia amplecti, quæ pietati non obſunt. Aduerte dictiones vniuerſales, cunctus, vel omnis ſumi plerumq. pro pluribus ſic. 2. Reg. 15. num. 13, dicitur, vniuerſus Iſrael ſequitur Abſalon, id eſt, plurimi ex Iſrael. *Propoſit. vniuerſ.*

Cuſtodi pedem tuum quando ieris ad domum Dei: & appropinquare ad audiēdum præ dare ſtultos ſacrificium, quia non ipſi ſcientes facere malum. V. 17. H.

Lat. *Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua vt audias. Multo enim melior eſt obedientia quam ſtultorum victima, qui neſciunt quid faciunt mali.*

QVORSVM nunc Eccleſiaſtes de religione verba facit? quorſum de loco ſacro, De audiendo verbum Dei, deque obedientia meminit? omnia in hoc ſæculo turbulenta ſunt, moleſta, difficilia, idcirco à tempeſtate ad portum deducit auditores, à regno terreno, vbi ſępe dominatur impius aut ſtultus, ad regnum Dei nos trāſferre ſtudet, a bello vocat ad pacem, a foro iudiciali & throno, in quo ſedet impietas & iniquitas ad Dei eccleſiam trahit nos, vbi Deus æquo iudicio nocentes punit, innocentes abſoluit, deſidioſos & malignos reprobat, ſtudioſos & miſericordes præmijs afficit. Confugiamus igitur ad domum Dei, ſed quia domum *Eccleſia.*

Pſ. 91. v. 7. Luc. 19. v. 46. domum Dei decet ſanctitudo: & domus Dei eſt domus orationis, non negotiationis, aut confabulationis, docet nos qua animi præparatione accedere oporteat: & qui hominibus obtemperabamus, qui imperare poſſunt iniqua, aut ſtulta, Deo promptiſsime obediamus, cuius imperium ſemper eſt iuſtum & ſanctum. Accedamus non ad ſcrutãdum Dei iudicia, ſed ad audiendum & faciendum ipſius mandata. *Pes. Affectus.* Sicut in domum principis cuius pauimẽtum ſtratum eſt ſpecioſo ac precioſo lapide, non permittitur intrare homo ruſticus calceis luculentis & immundis: ita domum Dei ſanctam non decet intrare hominẽ immundis affectibus, corde cõtaminato. Exod. 3. v. 5. Ioſue. 5. v. 16. Moyſes & Ioſue iubentur ſoluere calciamẽta de pedibus, quia ad præſentiam angeli ſiue Domini per angelum loquẽtis terra ſanctificabatur, quæ mox futura erat prophana angelo recedente: ergo ad domum Dei mundis pedibus, & omni affectu beſtiali depoſito accedendum eſt, quę ſemper eſt ſancta. Pes eſt infima pars corporis terram contingens, & puluerem ac lutum cõtrahens, Ioan. 13. v. 5 Chriſtus diſcipulorum pedes lauit, vt mundi eſſent toti: & nos cum omnimoda munditia domũm Dei intrare debemus. Pedes corpus ſuſtentant, ſic affectus & deſideria, & animi facultates ſiue potentiæ hominem fulciunt, ſed multo magis animus roboratur fide & ſpe, vnde Dauid dicebat. Pſ. 72. Pſal. 72. quã bonus Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde, mei autem pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper iniquos &c. periculoſa eſt inueſtigatio diuinorũ iudiciorum, laborioſa ſcrutatio D. prouidẽtię, ſed labor iſte fuit in Dauide donec intraret in ſanctuarium Dei: ingreſſus domũ Dei cuſtodiuit pedem ſuum, mũdauit affectum, humiliauit intellectum, appropinquauit vt audiret & obediret & ſic intelligere meruit finem impiorum. Idẽ Pſ. 35. v. 12. Pſal. 35. non veniat mihi pes ſuperbiæ & manus peccatoris non moueat me: hoc eſt, Obſecro Domine vt longe ſit a me affectus ſuperbiæ, ne permittas me imitari opera peccatoris, vt non mouear a lege tua, non recedã ab amicitia tua, nõ cadam a dignitate electorũ tuorũ. Cuſtodi pedẽ tuũ ne offendas ad Pſ. 90. 12. *Manſuetudo.* lapidẽ: ne duritia in clementiæ, & vindictæ lædat animũ tuũ: ſi enim ad altare obtuleris mun⁹, & ibi recordat⁹ fueris fratrẽ tuũ habere aliquid aduerſũ te, inde te reuocabit Chriſtus, Matth. 5. 23. *Charitas.* vt prius reconcilieris fratri tuo, quia læſo ad lapidẽ pede ingreſſus es domum Dei. Qui domũ Dei ingreditur, vt audiat: audiet Dominũm loquentem pacem in Pſ. 84. v. 9. plebem

plebem ſuam,& in eos,qui conuertuntur ad cor, quapropter animo tranquillo debet accedere,vt audiat.

Prou.15.29. Appropinqua,vt audias.Accede mente,affectu, deſiderio; Pſal. 118.v.155. longe eſt Dominus ab impijs, & longe a peccatoribus ſalus, quia Dei iuſtificationes non exquirunt. Peccata noſtra diui- Iſa.59.2. dunt inter nos & Deum.Phariſæus & publicanus aſcenderunt in templũ,ille erat corpore propinquior, animo remotior, publicanus a longe ſtans Deo erat propinquus humili affectu,compunctione, confeſſione,qui diu neglexerat cuſtodiam pedum ſuorum,ingrediēs domum Dei cuſtodiuit pedem ſuũ, & appropinquauit corde. Pſ.33.v.5. Acceſsit ad Deum & illuminatus eſt,& qui præ confuſione & verecundia conſcientiæ oculos nō audebat leuare, illuminatus eſt a Deo,vt facies eius in iudicio Dei non confunderetur.

Vt audias: domus Dei eſt columna & firmamentum veritatis; ibi doceberis Dei legem & Pſ.118.85. dices, narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed nō vt lex tua. Ibi loqui poteris non vt doceas ſed vt audias & diſcas, vt ores Pſ. 118.68. & dicas,bonus es tu & in bonitate tua doce me iuſtificationes Iſa.48.v.17. tuas. Magiſter tuus eſt Deus tuus, docens te vtilia: qui do- Pſ.93.v.12. cet hominem ſcientiam. Beatus homo quem tu erudieris Domine & de lege tua docueris eum.

Vt audias non vt oculis & mente vagus ſis: non vt confabulationibus vaces: non vt reputeris pius,vt videaris ab hominibus,caue hypocriſim, cuſtodi pedem tuum. Eſto paratus ad obtemperandum, accede cũ humilitate, ingredere ſine macula.Domine quis habitabit in tabernaculo tuo,aut quis ſtabit in monte ſancto tuo? qui ingreditur ſine macula & operatur iuſtitiam &c. Pſal.14.

Samahh, id eſt, audio, obedio, pateo, acquieſco &c. ideo audire ſæpe pro obedire accipitur,in præſenti pro vtroque & ſic interpretatus eſt vulgatus, vt auditionem,& obeditionem ſignificaret. *Obedientia.* Geneſ. 3. num. 17. quia audiſti vocem vxoris tuæ &c. id eſt, acquieuiſti. cap. 21. num. 12. Omnia, quæ dixerit tibi Sara audi vocem eius cap. 27. num. 13. num. 43. Exod. 3. num. 18. cap. 4. num. 1. num. 9. &c.

Obedientia victimis præfertur,quia Deus animum noſtrũ quærit, non res noſtras quoniã bonorum noſtrorum non eget. Merito vocatur ſtultus, qui ſacrificio ſe poſſe Deum placare Pſ.15.v.2. exiſtimat ſine interno ſacrificio,ſacrificium Deo ſpiritus cō Pſ.50.v.19. tribulatus, qui ad parendum promptus eſt, animum ſuum Deo offert, & pro præterita rebellione

bellione grauiter dolet; qui animo eſt à Deo alienus,& ſacrificijs illum conciliare nititur impie de Deo ſentit, quaſi Deus
Pſ.49.13. egeat rebus humanis, aut comedat carnes taurorum,aut hircorum ſanguinem bibat; ideo taliter ſacrificantes ignorāt quid faciant. Nemo eſt qui neſciat il-
1. Reg. 13. 13. lud Samuelis ad Saulem,hic obtulerat ſacrificium contra Dei mandatum, & ſe id neceſsitate compulſum feciſſe affirmabat, cui Samuel,ſtulte,inquit,egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui,quæ præcepit tibi &c. Iterum cap. 15. num. 12. Saul holocauſtum obtulit inſipienter, & contra Dei mandatum, & nu. 22.ait Samuel, numquid vult Dominus holocauſta & victimas,& non potius,vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia quam victimæ: & auſcultare magis quam offerre adipem arietum: quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare: & quaſi ſcelus Idololatriæ nolle equieſcere. Nō potuit maiore ſignificatione ex primi grauitas ſceleris inobediētię.Latiſsimus patebat hic cāpus ſi plura de hac inſigni virtute dicere vellē, ſed alia ſe offeret occaſio,nunc huic capiti finem ponamus.

CAP. QVINTVM.

V.1. He. *Ne feſtines ſuper ore tuo, & cor tuum ne properet proferre verbum ad facies Dei, quia Deus in cælis & tu ſuper terram,id circo ſint verba tua pauca.*

Lat. *Ne temere quid loquaris, neq. cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo: Deus enim in cælo, & tu ſuper terram:id circo ſint pauci ſermones tui.*

NECESSE fuit eſſe aliquem locum ſacrum publicumque, quo homines conuenirent ad Dei cultum, ad orationem,ad ſuæ fidei proteſtationem, vt communis fidei & religionis profeſsio deuotionē & pietatem promoueret; vbi etiam eſſet cathedra Diuinæ ſapientiæ,

pientiæ, neque dum priuatim impius docet periculoſius noceret difficiliuſq. errores cognoſcerentur, ac refutarentur. Multis igitur de cauſis in eccleſiam conuenimus, non inferior eſt diſcendi cauſa. Docuit in fine ca. 4. Eccleſ. quo affectu ad domum Dei eſſet appropinquãdũ,& animũ ad obedientiã eſſe firmandum, præterea oratione à Deo multa petenda ſunt, vota quoq. facienda & ſoluenda: deinde magiſter non imparatus ad dicendum,non temere prodire debet,neque diſcipulus temere etiã interrogabit, ſed omnia ratione, modeſtia, animi ſubmiſsione moderanda ſunt: conſideráda loci religio,doctrinæ vtilitas,præſtantia, neceſsitas.Dei cuius domus eſt,& quẽ colimus,maieſtas habenda præ oculis,propria infirmitas,indignitas, & ad malum procliuitas, ad bonum inſufficientia, vt cũ magna reuerentia & timore, & D. gratiæ confidentia omnia faciamus.His quæ diximus accõmodanda eſt Eccleſ. ſententia, qua nõ ſolum verba, ſed etiam cogitationes moderari nititur, vt verba præcedat meditatio, hæc autem ſit prudens & ſapiẽter moroſa.

Iacobi. 1. 19. Scitis fratres mei dilectiſsimi,ſit autem omnis homo velox ad audiendum, & tardus ad loquendum. Diu diſcendum eſt,vt tuto prudenterq. loqui poſsimus,maxime de rebus diuinis,in quibus periculoſe erratur.Natura aures duas& apertas fecit,quæ quandoq.obturãdæ ſunt ne malum audiant: ſed linguã intra oris clauſtra labijs & dentibus continuit. Eccli. 28. nu 28. Sepi aures tuas ſpinis,linguam nequam noli audire, & ori tuo facito oſtia & ſeras. Aurum tuum & argentum tuum conſla,& verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos,&c.quaſi dicat,pręter naturalem linguæ cuſtodiam, prudentia adhuc maiorem adhibebit diligentiam ne quid temere loquamur,& ſicut ad ſeruandas opes diuitiaſq. vtque tuto requieſcamus oſtijs & ſeris domos munimus,ita cuſtodiendũ eſt os. Præterea ſicut aurum & argentum prius igne purgatur & conflatur,deinde ſtatera põderatur, ita verba tanquã quid precioſum in camino cordis matura deliberatione ſunt præparanda & ponderanda. Vel tanti facere debemus verba noſtra, tantiq.eſt momenti opportune & ſapienter loqui,vt aurea ſiue argentea ſtatera ſint ponderanda:vel auro & argento emenda eſt ſtatera,qua ponderemus verba, quærendaq. potius ſapientia quã opulentia. Illa enim docet quando,quid,quantũ loqui oporteat, diuitiæ autem hominẽ non faciunt meliorem. Videris mihi cogitabundus ô Phocion,dixit Demoſtenes Phocioni,te-

Eccli. 28.

ni,recte coniectas, inquit Phocion,cogito enim ſi quid detrahere poſſum his, quæ dicturus ſum.Præmeditabatur Phocion quid diceret in Senatu, & verbis ſuis ſtateram faciebat, non ſolũ ne temere loqueretur, ſed etiam ne verba non neceſſaria multiplicaret. Si coram hominibus ſic vir prudens ſe ad verba facienda præparabat, quid curæ & diligentiæ adhibere neceſſe erit vt coram Deo loquamur?

Monet Eccleſ. vt ſint pauci ſermones noſtri, quia Deus eſt in cælo & nos ſuper terram: contrarium videbatur colligendum, quia ob diſtantiam aut verba multiplicanda ſunt, vt ſi quædam non peruenerint, alia Dei aures tangant, vel ſaltem vox eleuanda,diſtãtes enim pleniore voce alloquimur, & clamore vtimur. Verum non hoc dicit ad indicandam diſtantiam, & ſpacij longinquitatem inter nos & Deum, quia Deus vbique eſt,cælum,inquit,& terram ego impleo; neque longe eſt ab vnoquoque noſtrum, in ipſo enim viuimus mouemur & ſumus: ſed indicare voluit Dei magnitudinem & celſitudinẽ & maieſtatis D. imměſitatẽ.Cũ dicit Deũ eſſe in cælis,indicat eſſe omniũ rerũ moderatorẽ,& omni creatura ſuperiorem, vniuerſitatiſque imperatorem cui debemus honorem, reuerentiam, timorem, obedientiam. Vocatur Deus Magnus,Altiſsimus, Sublimis, Excelſus,Immenſus, Incompræhenſibilis &c. De quibus dixi lib. de D. Nominibus. Appellatur etiam cordium ſcrutator: & ideo Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationes cordis eorum audiuit auris eius. Coram viro principe, ſapiente grauique non audet homuncio loqui, ſi neceſsitas vrgeat paucis vtitur verbis & præmeditatis: qui enim verborum vtitur multitudine aut id facit ad oſtentationem eloquentiæ,ſiue verboſitatis: aut ob imperitiã auditoris:vtrumq. apud Deum nefas eſt: Deum contemnit, qui ſe coram Deo iactare ſtudet,aut certe inſanit:qui autem in multi loquio ſe exaudiri á Deo putat, de Dei ſapientia & bonitate impie ſentit. Matth. 6. v. 7. Orantes (inquit Chriſtus. D.) nolite multum loqui, ſicut Ethnici: putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiuntur. Nolite ergo aſsimilari eis: ſcit enim pater veſter, quid opus ſit vobis antequam petatis eum.Deinde docet diſcipulos ſuos & omnes Chriſtianos orare. Dices, ergo nihil omnino petendum, neque eadem oratio ſæpius repetenda. Reſpondeo non bene hoc colligi, neque enim multiloquium vocatur

cum

Ierem.23 v. 24. Actor.17.v. 28.

Pſ. 9. h. 10. v.17.

Matth.6.

Digitized by Google

cum ſæpe idem petitur, aut cũ plura petuntur ſi pluribus indigemus, ſi ea ſumus fide, vt credamus Deum non indigere precibus noſtris, vt cognoſcat, quid opus eſt nobis: & ſi non quærimus vanam verborum multitudinem, aut minime neceſſaria deuotioni excitandę, animo prę parando ad recipienda & conſeruanda Dei beneficia. Sæpe Deus poſtulata differt, vt orationis perſeuerantia animus in religioſa firmetur confidentia; vt orantis & perſeuerantis meritum augeatur; vt beneficiũ impetratum plurimi fiat & magna diligentia cuſtodiatur. Aliter Deus orandus, aliter homo noſtri ſimilis, qui animi noſtri ſecreta non nouit, quem verbis & motu ſiue geſtu ad miſericordiam flectere conamur, qui clara & diſtincta oratione informandus eſt, & ſi ad illum accedere non poſſumus, clamãdum eſt. Deus in cælis in altis habitat & humilia reſpicit in cælo
Pſ. 112. v. 6. & in terra, non indiget noſtro clamore, neque ſuſurro, ſed à nobis poſtulat fidem & charitatem: hæc faciunt preces noſtras Deo gratiſsimas, ſine his oratio infirma eſt.

Bahal. Bahal: hic temeritatem ſignificat. Feſtino. cap. 8. num. 3. Prou. 20. num. 21. cap. 28. nu. 22. Dani. 2. num. 25. 2. Paral. 26. num. 20. conturbo. Exod. 15. num. 15. Iob. 4. numer. 5. Pſal. 2. num. 5. &c. perturbo 2. Reg. 4. nu. 1. Accelero Eſth. 2. num. 9.

Mahar, id eſt, velocem eſſe feſtinare &c. eiuſdem eſt ſignificationis cum pręcedenti, quia nullam habet difficultatẽ exẽplis ſuper ſedeo.

v. 2. Heb. *Quia veniens (vel venit) ſomnium in multitudine curæ (vel afflictionis) & vox ſtulti in multitudine verborum.*

Lat. *Multas curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus inuenietur ſtultitia.*

COMPARAT ſtultum multiplicantem verba homini ſomnianti. Solent ſomnia ſequi vehementes curas diurnas; & confuſis rerum imaginibus multa ſe in ſomnis offerunt quandoq. monſtroſa, ridicula, quandoq. læta, vel triſtia, horrificaque: ſic ſtultus veluti ſomnians ideo multis vtitur verbis ſæpe inordinatis, perturbatiſq. quia ſimilitudines varię eius mẽtem occupant, & ante mentis oculos obuerſantur, neſcitq. imprudens illarum motus compeſcere, & turbulentiam ſedare, confuſionemq. diſcernere. Hinc non ſolum ſermo imprudens, ſed vanus, ſed confuſus, ſed importunus, ſed mendax ſequi-

Digitized by Google

ſequitur vt facile veritas illius
Prou.10.20. ſententiæ appareat. In multi loquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia ſua pru dentiſsimus eſt. Si hęc in communi hominum conuictu attẽdenda ſunt, quanto magis cum de diuinis rebus loquimur, aut coram Deo preces fundimus? De multi loquio & taciturnitate vide Eccleſiaſt. 20. Multos habet ſoniatores & loquaces ætas noſtra; magna feſtinatione ad loquendum properant, antiquorum tarditatem tacite reprehendere videntur; qui opinionum nouitates non ſunt aſſecuti, ad quas velociſsimi iſti curſores, & ad loquendum de rebus ſecretiſsimis diuinæ prouidentię promptiſsimi ſe perueniſſe, & arripuiſſe arbitrantur. Iã de his tot libri circunferuntur vt legere moleſtiſsimum ſit: ego malo illam antiquorum ſobrietatem & vigilantiam amplecti. Sed de his nunc non eſt opportunum loqui.

v.3. He. *Cum voueris votum Deo ne tardes reddere illud, quia non complacentia in ſtultis: quæ voueris redde.*

Lat. *Si quid vouiſti Deo ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſsio.*

ALIVD nunc refert, in quo deliberatio requiritur, ne temere loquamur, ſi enim temeritas vituperabilis eſt, & pernicioſa in loquendo, multo erit pernicioſior in vouendo. Solent homines pij, vel ob acceptum beneficium, aut recipiendum, vel ob deuotionem & gratiarũ actionem Deo aliquid vouere; quod cum ſit opus ſanctum ſancte ac prudenter faciendum eſt. Vouere aliquid Deo opus eſt religioſum; & voti violatio eſt ſacrilegium, verum non ſolum oportet conſiderare quid voueas, vt ſit res Deo grata, ſed etiam adimplendi voti facultas, ne ſtulta ſit promiſsio vel quia temere facta, vel quia vires noſtras excedit. De hac re multa diſputant theologi ſcholaſtici, nos pauca ex D.S. cõſiderabimus, vt ſciamus quanta ſit votorum antiquitas & religio. Gen. 28. num. 20. Iacob votum vouit, ſed ſub conditione, vouit autem Domino decimas omnium, quę à Deo accepturus erat. Anna etiam 1. Reg. 1. num. 11. etiam ſub conditione votũ vouit, filiumq. ſe Deo conſecraturam promiſit, quem ab ipſo Domino poſtulabat. Exod. 36. nu. 3. quotidie mane vota populus offerebat: videlicet ad fabricam tabernaculi & vaſorum eius. Qua in re illud conſiderandum quod tunc in viris Synagogę inſigne fuit argumentum modeſti animi & ab omni auaritia & cupiditate alieni. Artifices, inquit, venire compulſi,

dixerunt Moyſi; plus offert populus quam neceſſariũ eſt. Iuſſit ergo Moyſes præconis voce cantari:nec vir,nec mulier quicquam offerat vltra in opere ſanctuarij.Neſcio an hæc moderatio ſæculo noſtro conueniat: neſcio an nunc miniſtri ſanctuarij vllis oblationibus ſatientur. Pudeat vos Sacerdotes euangelicos maiore eſſe cupiditate corruptos,quam legales, iſti quod ſatis erat admittebant, aliquibus vero Chriſti miniſtris nihil ſatis vnquam videtur.Fit mentio hoſtię ex voto, vel ſponte oblatę Leuit.7.num.16. & cap. 22.num.21.cap.23.num 38.plura de votis lege cap.27.pluribus etiam capitibus numerorum, ſed præcipue cap. 30.Illud ex Deut.conſiderandum, quod in præſenti mutuatus eſt Salomon Deut.23.num.21. Cum votum voueris domino Deo tuo non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus: &ſi moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri abſque peccato eris: quod autem ſemel egreſſum eſt de labijs tuis obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo, & propria voluntate tua & ore locutus es. Pſalm.75. v.12. Vouete, & reddite Domino Deo veſtro,omnes qui in circuitu eius affertis munera: terribili,&ei, qui aufert ſpiritum principum,terribili apud reges terræ. Ne animum veſtrum tam ſtulta & impia ſubeat cogitatio, vt exiſtimetis Deum poſſe illudi,aut res noſtras non curare.Dominus vniuerſorũ, Deus fidelis & abſq. vlla iniquitate. Pſalm 88. Miſericordias Domini in æternum cantabo, in generationem & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo:quoniã dixiſti,in æternum miſericordia tua ędificabitur in cælis, præparabitur veritas tua in eis.Et v.6.confitebuntur cæli mirabilia tua, etenim veritatem tuam in Eccleſia ſanctorũ.Et v.9.Potenses Domine & veritas tua in circuitu tuo. v.15.Miſericordia & veritas pręcedent faciem tuam. Pſal. 118. v. 160. Principium verborum tuorum veritas.Cumq. ſit Deus ipſamet miſericordia & veritas: Miſericordiam & veritatem diligit.Pſalm.83.v.12.& Pſal. 50. v.8. Ecce enim veritatem dilexiſti. Et Pſalm.30.v.24. Quoniã veritatem requiret Dominus. Ex quo ſequitur non fore innoxium,qui Deo mentitur.Si homines impatienter ferunt ſibi datam fidem frangi, Deus qui mentiri non poteſt, cuius maieſtatem contemnere iniquiſſimum eſt,feret impune reum fracti voti? magna eſt Dei miſericordia velle acceptare vota noſtra,quia id in noſtrã cedit vtilitatẽ & gloriam. Magna debet eſſe in nobis veritatis conſtãtia

Dei veritas amat veraces

erga

erga Deum. Homo mendax ab homine ſeuere exigit veritatẽ, & Deus verax patietur ſibi non reddi promiſſa? Fiant ergo vota matura deliberatione, & iudicio, vt Deo grata promittamus nõ animi leuitate, neq. temere, ſicut Iepthe Iud. 11. n. 30. Votũ vouit Domino dicẽs, ſi tradideris filios Ammõ in manus meas, quicũq. primus egreſſus fuerit de foribus domus meę, mihiq. occurrerit reuertenti cũ pace à filijs Ammon eũ holocauſtũ offeram Domino. Stulta ſane promiſsio, nam potuit ei occurrere canis, aſinus, aut aliud animal, immundum, & occurrit vnica filia. Quidam in honorẽ ſancti Ioannis Baptiſtæ vouent ſe non comeſturos capita animalium, & cum apponuntur animalia quorum deterior pars ad cibum eſt caput, ipſi voti religione armati meliorem partem ſibi vendicant. Certè ſi quis in mei gratiam voueret ceſſationẽ ab opere aliquo ſeruili, qui in alijs ſimilibus occuparetur; nec honeſto otio vacaret, tale votum ridiculum putarem & refutarem. Quid inde mihi honoris, aut quid vouenti vtilitatis redundaret? ergo honeſta Deo promittamus, & promiſſa reddamus. Votũ præſertim perpetuũ maxime liberum & volũtarium eſſe debet; tale eſt votũ religionis, quo ſe homo perpetuæ obedientiæ mancipat. Qua propter omnis fraus remouẽda eſt, & omnis grauis religionis difficultas aperienda nouitio.

Bonũ quod non voueas, quã quod voueas & non reddas. v. 4. He.

Multoq. melius eſt non vouere quam poſt votũ promiſſa non reddere. Lat.

Liberum eſt vnicuiq. vouere, ſed non eſt liberũ fidem abnegare Deo datam. Si cogitur iure homo vt ſtet promiſsis & pactis cũ homine factis, cur nõ erit reus, violatæ fidei, qui Deo promiſſa non reddit? Mihi videtur omnes religioſi, qui præeſſe ambiunt voti obedientiæ violatores, hi enim dedignantur obtemperare, & ideo imperare volunt. *Ambitio.* Erat grauis contentio inter vnum monaſterium, & reliqua eiuſdem congregationis de primatu imperij, nobilis quidã fauebat monaſterio, cũq. nobili dictum eſſet duos nouitios ante profeſsionem manus conſeruiſſe contendentes quis eorum prior futurus eſſet prælatus, reſpondit ſtultus nobilis, vt ambitioſis viſum eſt prudẽti iudicio, tanto illos eſſe magis idoneos ad regendũ qui ab incunabulis ad imperium anhelarent. Stulti de religione iudicãt ſicut de militia ſæculari, aut officio mechanico cũ nemo promittat Deo ſe imperatorẽ fore, ſed imperatis ſibi parendũ. quod ſi in prælatum eligatur, miniſteriũ illud

ſuſcipit, vt obediat, & iuxta regulam ſuam mores ſuos, & ſubditorum componat, ille vero qui ambit præeſſe ſuperbus eſt, & obediētiæ hoſtis. Id ſatis declarant mores talium prælatorum. Mihi prælatus legitimus videtur, qui præit abſtinentia, modeſtia, patientia, charitate. Abeant iſti nebulones, qui ſibi ſine mora præſtari volunt obedientiam, à qua defecerunt, qui bus multo fuiſſet melius non vouere quam promiſſa Deo nō reddere.

v. 5. He. *Nedes os tuum ad peccare faciendum carnem tuam: & ne dicas ad facies Angeli, quod error iſtud. Ad quid iraſcetur Deus propter vocem tuam & diſsipabit opus manuum tuarum?*

Lat. *Ne dederis os tuum vt peccare facias carnē tuam: neq. dicas corā Angelo non eſt prouidentia: ne forte iratus Deus contra ſermones tuos diſsipet cuncta opera manuum tuarum.*

Prouidentia Dei ante oculos habenda.

SEntentiam, quæ in Hebræo latius patet, contraxit vulgatus ad prouidentiam Dei, quæ ſi iuxta alicuius impietatem inſaniamq. de medio tollatur, actum erit de rebus humanis, nihil in illis conſtans, nihil honeſtum erit, ſed omnia perturbata, deprauata, turpia ſecundum cuiuſque paſsionis impetum; nihilque ratione fiet, niſi quis tali fuerit indole præditus, vt mitiores ſentiat concupiſcentia ſtimulos, illaq. appetat, quæ non penitus rectæ rationi aduerſentur. Verbis noſtris ſtateram faciendā docuerat ſapiens, ne temere quid loqueremur: deinde fidem & veritatis conſtantiam ſeruandam docuerat præſertim erga Deum cum aliquid fuerit promiſſum; fugiendumq. ſacrilegium violati voti. Nunc docet vidandam blaſphemiam; quæ ex impia opinione de Diuina prouidentia poteſt naſci; ſi enim talis impietas animum inuadat atque peruertat, carnis effrenata licentia per omne ſcelus vagabit, nulli non libidini tradet ſe homo, omniq. flagitiorum colluuie cōtaminabitur. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus; corrupti ſūt & abominabiles facti in ſtudijs ſuis. Si inter illos, qui Dei prouidentiā fatētur, qui credunt eſſe Dei iudiciū præmiūq. bonorum, & malorum ſupplicium, tot paſsim crimina fiunt, tot latrocinia, homicidia, adulteria ab iſtis perpetrantur, quid cōſtaret honeſti, aut æqui ſi prouidentia Dei negaretur? abſit à corde impietas hæc, & ab ore impia blaſphemia. Quoſdā ſic vexat concupiſcentia, vt iā non quærant tenebras ad peccandū Pſalm. 13.

qui

qui tamen æſtimationis ſuæ ia-cturam facere nolunt, affectant-que videri probi, aut minus improbi, quare ne videantur facere contra conſcientiam ſuam, & violatores legis diuinæ reputentur, malunt ſuis flagitijs addere impietatem quam libidini ſuę frænum adhibere, negantq. D. Prouidentiã, & alios in ſuum trahere errorem conantur, vt communis licentia & impudicitia ipſos ſatiari permittat ſine vituperatione. Recte poſt mentionem religionis Eccleſiaſt. agit de prouidentia D. quia ſi prouidentia non eſt, nulla eſſe poteſt religio, nulla pactorum & conuentorum firmitas, hæc enim interpoſito iuramento firmantur. Diſputat Dauid contra inſignes illos peccatores, qui viduam aduenam & pupillum interficiebant Pſalm. 93. v. 7. & dixerunt, inquit, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. Non dicunt, non puniet, non curabit Deus, ſed non videbit, vt prouidentiam & ſcientiam Dei negent; quia cum ſcientia coniunctam eſſe prouidentiam exiſtimabãt. Quis enim vir bonus ac potens videat innocentem indigne tractari ab homine nefario, qui non opem ferat, & violentiam nocentis repellat? Deus enim optimus ac omnipotens
Sap. 11. n. 24 omnia nouit, & omnium habet prouidentiã; quapropter iudex eſt omnium, diſsimulat tamen peccata propter pænitentiã, cunctatur, eſt patiens redditor. Impios illos ſic alloquitur Dauid, v. 8.
intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquãdo ſapite. Qui plantauit aurem nõ audiet? aut qui finxit oculũ non cõſiderat? qui corripit gentes non arguet, qui docet hominem ſcientiam? &c. Fateor quidem multa eſſe diuinæ prouidentiæ occulta; ſed tamen plurima ſunt eius manifeſtiſsima argumenta, quæ nullum, niſi penitus inſaniat, non conuincunt, vt ſubuerſio Sodomæ & Gomorrhæ; Pharaonis in mari rubro ſubmerſio: exercitus Sennacherib euerſio, Amorrhæorum & Chananæorum deſtructiõ. Quæ hiſtoria Græcorũ & Romanorum non abũdat huius rei exemplis? ne impietas cõtra Dei prouidẽtiam inſultaret, voluit Deus multa ſcelera in pręſenti punire. Antiochus Epiphanes miſere perijt. Alexander Macedo veluti gracilis ſpuma extinctus eſt ſine vllo hærede. Iulius Cæſar & Pompeius ambitionis pænas dederunt. Calamitoſiſsima fuit Romanorum imperatorum vita, quouſque pietas chriſtiana calamitatibus attulit leuamen. Quid dicã de miraculorum innumerabili multitudine, quæ huius rei ſunt certiſsima argumenta?

Prima rectæ fidei & honeſtę vitæ rudimenta ſunt illa: quę

Heb.6.11. Paulus proponit ad Hebr. 11. numer.6 ſine fide, inquit, impoſsibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator eſt. Hoc eſt Deum eſſe, & prouidentiam habere: qui enim remunerator eſt bonorum, malorum punitor etiam eſt. Quantum Deo diſpliceat, impietas negantium prouidentiam videre eſt apud Ezech. cap.9. nume. 9. Videns Ezechiel magnam populi ſtragem ruit ſuper faciem ſuam clamans: Heu, heu, heu, Domine Deus: ergo ne diſperdes reliquias Iſrael effundens furorem tuum ſuper Ieruſalem? Et dixit ad me, iniquitas domus Iſrael & Iuda magna eſt nimis valde, & repleta eſt terra ſanguinibus, & ciuitas repleta eſt auerſione: dixerunt enim: dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. Ideo repleta erat terra ſanguinibus, & ciuitas auerſione, quia impie de D. prouidentia cogitabant. Errorem circa hanc rem retulit Iob cap. 22. v. 13.& 14. vbi Eliphaz huius erroris meminit, illumque Iobo, á quo non fuit immunis Ariſtoteles per calumniam affigit. Iam ſingula huius ſententiæ expendamus.

Ezech.9.

Ne dederis os tuum, &c. ex abundantia cordis os loquitur; qui vetat blaſphemiam, vetat etiam impiam cogitationem. Quis enim mentem errantem continebit, quin verbis ſe prodat? maxime vbi loquendi libertas datur. Gen.27.num.41. Dixit Eſau in corde ſuo, venient dies luctus patris mei, & occidam fratrem meum Iacob. Nunciata ſunt hæc Rebeccæ &c. Sacra S. tantum de cordis locutione mentionem facit: ſed non potuit ſe continere Eſau, ideo eius voluntas innotuit. Per carnem intelligitur corpus proprium, & etiam proximus. Iſa. 58. v. 7. cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Vtroq. modo in præſenti vſurpari poteſt. De priore modo iam dixi impietatem ſequi omnium flagitiorum colluuié. Secundus intelligendi modus facilis eſt, nam ſatis compertum habemus colloquia mala mores bonos corrumpere, vt admonuit Paulus 1.Cor.15.nu-33. huic autem monitioni præcedit illa impiorum ſententia, quæ tollit Dei prouidentiam & iudiciū. manducemus, inquiūt, & bibamus cras enim moriemur. Vides carnis curam coniūctam cū impietate. Sic noſtra ætate quidam doctor, vt carnis voluptati ſe totū traderet, neq. poſſet fœminam in ſuam turpitudiné facile trahere, perſuaſit vt matrimoniali fœdere ſe con iungerent, & ad perſuadendum adduxit exemplum Sacerdotū veteris legis & Eccleſiæ primitiuæ

Gen.27.

Iſai.58.

Carnis concupiſcentia.

tinæ atq. etiam Græcæ: dedit os ſuum vt peccare faceret carnẽ ſuam. Deo gratias, qui nobis dedit vigilantes fidei cenſores, alioqui huius exẽplo multi ſcelus idem amplecterentur, quod ſatis probauit huius doctoris diſcipulus, multo (niſi fallor) magiſtro ſuo ſceleratior, qui conatus eſt ſcelus magiſtri callide excuſare, & infinitis flagitijs ianuam aperire. Dum enim aſſerit Sacerdotes reuelationis probabilitate poſſe matrimonium contrahere, quid aliud aſſerere voluit, quam magiſtri ſui priuatam reuelationem inſinuare, & clauſtra monachorum reſerare, vt quiſq. fingeret priuatã reuelationẽ, & ad matrimoniũ cõuolaret? Ne demus os noſtrũ vt peccare faciamus carnem noſtram, ne ipſi noſtra impietate frẹnum pudoris rumpamus, & ſceleribus ianuam reſeremus; ne proximũ ſimili ſcelere inuoluamus, ne in cathedra peſtilẽtiẹ ſedeamus.

Coram Angelo. Receptiſsimæ theologiæ hic mentionẽ facit, quæ docet nos habere Angelos cuſtodes, quos Deus noſtræ ſalutis miniſtros eſſe voluit, nobiſq. ád eſſe tãquã pædagogos; ac protectores, quorũ etiam meminit Paulus ad Heb. c. 1. n. 14 & primus veritatis magiſter Chriſtus Matth. 18. n. 10. Nemo ergo noſtrũ ſeipſum ad opera carnis obijciat, quoniã tãti nos fecit Deus vt cuſtodię noſtræ Angelos dicaret. Reuereamur Angeli præſentiã omni honore & veneratione dignã. Nõ eſt prouidentia. H. eſt error, vel ignorantia, hoc enim ſignificat, Segagah. Ne dicas eſt in Deo ignorantia, non curat, vel nõ videt rés humanas, & circa cardines cæli perãbular nec noſtra cõſiderat. Aliqui hoc ad peccatorum excuſationem referunt: quaſi dicat: noli declinare cor tuum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis, adeſt enim Angelus teſtis malitiæ, qui ſæpe conſcientiam tuam pupugit, ſæpe te tacitis monitis inſtruxit. Satis vulgatum eſt prouerbium illud, conſcientia mille teſtes. Iniquum eſt, atq ſtultũ velle coram Angelo excuſare id, quod accuſat cõſcientia, quæ ab Angelo ſtimulatur, inſtruiturque. Pæna huius impietatis eſt, euerſio, diſsipatio, deſolatio operũ impij, vt oſtendat Deus vanã eſſe hominis prouidentiã, cuius tanta eſt ſtultitia, tamq. ſtulta impietas vt in Deo neget prouidentiã, ſibi vero illã impius vẽdicat, de qua ſe vane iactat. Si enim Deus multorum conatus ob arrogãtiam, & vanam glorię cupiditatem impediuit, aut opera magnifica euertit, non eſt mirum ſi talẽ pænã incurrat impius. Vbi ſunt ipſius Salomonis inſignes ædificationes? Vbi Herodis fabricę? vbi multorũ imperatorũ opera magnificẽtiſsima? lingua-

Heb. 1.
Matth. 18.
Iob. 22. 14.
Pſa. 140. v. 4.
Gen. 11.

rum confuſionẽ inuexit mūdo ſuperba illorum deliberatio, qui ſe ad ædificandam turrim Babel adhortabantur, vt nomẽ ſuum magnificarent.

v.6. He. *Quia in multitudine ſomniorum, & vanitatum & verborum multitudo, ſed Deum time.*

Lat. *Vbi multa ſunt ſomnia plurima ſunt vanitates, & ſermones innumeri: tu vero Deum time.*

Religioſi eſt rectè de Deo ſentire, vota facere ac ſoluere adimplereque, ab omni verbo iniquo abſtinere, Dei prouidentiam aſſerere ac venerari, ſomniorum vanitates deuitare, ſicut enim impietas corrumpit mores, & os apetit ad colloquia mala atque blaſphemiam, ita ſomniorum credulitas. Quicquid contra Dei prouidentiam dicitur vanum & ſtultum eſt, oriturque ex vanis perturbatiſque cogitationibus, ſicut ſomnia ex vaporibus ciborum, ex curis diurnis, ex phantaſmatum permiſtione ac turbulentia. Fuge impietatem, fuge ſuperſtitionem, ne ſomniorum vanitati fidem adhibeas. Poteſt hic contineri noua exhortatio ad pietatem, qua cauetur ſomniorũ ſuperſtitioſa vanitas. Poteſt etiã eſſe comparatio qualis v.2. propoſita eſt. Efficax & ſalutare remedium contra huiuſmodi deliramenta eſt timor Domini, Pſ. 110. v. 10 qui eſt principium ſapientiæ, Prou. 1. v. 7. qui eſt ſanctus & permanet, ac Eccl. 1. v. 16. permanere facit hominem in ſęculum ſæculi. Time Deum teſtem omnium oculatum, iudicem ſupremum, iuſtiſsimumq. fortem ac potentem, qui neminem timet, nullius eget, nec minis, nec donis á recto recedit. Quicquid ab hoc alienum cogitaueris puta eſſe variſsimum ſomnium.

Si calumniam (vel oppreſſionem) pauperis, & rapinam iudicij & iuſtitiæ videris in prouincia, ne mireris ſuper voluntate: quia excelſus deſuper excelſum obſeruans, & excelſi ſuper eos. v.7. He.

Si videris calumnias egenorum & violenta iudicia, & ſubuerti iuſtitiam in prouincia, ne mireris ſuper hoc negotio: quia excelſo excelſior eſt alius, & ſuperbos quoque eminentiores ſunt alij. Lat.

OPPORTVNE & ſapienter Salomon de prouidentia D. verba fecit, propter illa quæ dixerat cap. 3. v. 16. de impietate in loco iudicij: & cap. 4. verſ. 1. de calumnijs & oppreſſionibus egenorum: qua

qua de re nunc iterum tractat. Iubet hominem Deum timentem æquo animo ferre iudicũ tyrannidem, qui in pauperes ſunt audaces, illoſq. diripiunt; quibus contra diuites ac potentes deberent patrocinari.
Rom. 13. Omnis poteſtas à Deo eſt, & qui poteſtati reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit. Quanta ergo erit peruerſitas iudicis, qui abiecto Dei timore ordinem iuris & iuſtitię normam contemnit? Sed Dei prouidentia factũ eſt, vt in prouincia ſint plures iudices, alij alijs ſuperiores, vt inferiorum iniquitas per ſuperiores comprimatur ac reformetur. Raro enim continget, vt omnes iniuſtitiæ ſcelere cõtaminentur. Non eſt mirum ſi vnus aut alter iniquus fuerit, valde autem mirandum ſi tanta fuerit morum corruptio, vt inferiores & ſuperiores iudices iura violent, æquitatem peruertant, pauperesq. opprimãt. Sed etiam ſi ob hoc tã graue malum miremur monet Eccleſ. quia nõ ſine Dei prouidentia hoc fit, qui regnare facit hominem hypocritam
Iob. 34. v. 30 propter peccata populi: & adducit contra Ieruſalem Chaldęos, quorum crudelitas malos puniat, bonos vero exerceat, illi dent ſuorum ſcelerum pænas, iſti illuſtriores euadant, quibus
Iacobi. 1. v. 12. poſt tentationem corona vitæ tribuatur. Vidi ego apud illos violenta iudicia, quibus venerabilior debuerat eſſe iuſtitia, nam qui neque muneribus corrumpi debuiſſent, neque factione peruerti: ſed impotens ſui, & violenta ambitio omnia ad illam peruerſitatẽ reducit, quã vocant Rationem ſtatus. Ne miretur quiſpiam ſi viderit violenta iudicia, ſi vnius aut alterius iudicis arbitrio prouincia vaſtetur, ſi ſibi occludatur aditus ad ſuperiores iudices, quia non hoc fit ſine Dei prouidentia vt illius purgentur peccata, aut probetur virtus. Paſsim in S. Scriptura iudicium & iuſtitia copulantur, ſed in præſenti iudicium videtur pertinere ad examen & proceſſum cauſæ ſiue litis: iuſtitia vero ad ipſius cauſæ ſubſtantiam. Vtrũq. peruerti ſolet, vtriuſq. rapinam patitur pauper, cui negantur a iudice illa remedia, quę iure pręſcribuntur, & ſubito damnatur ſine vllo æquitatis beneficio, etiam ſi iuſtiſsimam cauſam habeat. Hoc potiſsimum apparuit in Chriſti paſsione, in quo nullã cauſam damnationis inuenit Pilatus & tamen morte afficiẽdum iudicauit: Iudæi vero tanta celeritate id fieri poſtulabãt, vt breuiſsima mora illis eſſet moleſtiſsima, & quem diu torquere cuperent, ne aliqua occaſione effugeret illorum tabem, maluerunt ſubito ad mortem rapere, ſicut, Iſaias prædixerat
cap. 53. v. 8. de anguſtia, in- Iſa. 53.

quis,

quit, & de iudicio ſublatus eſt.

Diuina prouidentia factum eſt, vt cognitio violentiarum, quas faciunt iudices eccleſiaſtici, ad miniſtros regios pertineat, ne infinitæ fiant expenſæ & pauperes ſæpe cauſa cadant. Non paucas litigaui lites in quibus iudices eccleſiaſticos, quos vocant prouiſores, habebam Monaſterio meo propitios, cumque meæ cauſæ fauerent iudicij æquitati præiudicabant, & quamuis contra me declaratum aliquando fuerit iudicem vim feciſſe alteri parti litiganti, tamen ego magno beneficio deputabam æquitatem illam, quæ aduerſario meo fauebat, nam cum cauſa ipſa per ſe iuſta eſſet, & tandem victoriam reportare non dubitarem, dolebam ſi quid iniquum committeret iudex etiam in meum fauorem; quia per Dei gratiam hoc animo eram præditus, multarum litium fere deſperatarum victoriam ſum adeptus. De modo iudicandi violentias iudicum eccleſiaſticorum per regios iudices non eſt meum modo agere, hoc ſcio neminem ſanæ mẽtis poſſe hanc cognitionem repræhendere ſi modum illum nouerit, & iudicum diligẽtiam & ſcientiam, cum prouiſores multo illis ſint in hac parte inferiores. Regium eſt non cauſas eccleſiaſticas examinare, ſed violentias reprimere & propulſare, maxime rebus prius cum Pontifice communicatis, qui naturalis æquitatis eſt amantiſsimus. Obmurmurant nebulones quidam, quia ſibi lucrum imminui dolent. De qua re v. 9. dicendum erit. Chephets, id eſt, voluntas &c. Sup. cap. 3. v. 1. Nihil ſine Dei voluntate fit.

Et excellentia terræ in omnibus ipſe rex agro ſeruienti. v.8. He.

Et inſuper vniuerſæ terræ rex imperat ſeruienti. Lat.

DIFFICILIS admodum ſententia in Hebræo. Lorini diligentia maxima in enumerandis aliorum expoſitionibus inutiliter ſeruit huius loci claritati: ſatius ei fuiſſet catenam facere, quam commentarium moliri. Iuxta vulgatam verſionem ſenſus eſt manifeſtus: eius ſapientiæ debemus in rebus tam dubijs certitudinẽ, quem ducem qui fuerit ſecutus errare non poterit: ſed noſtrum erit indicare ipſum ab Hebræo non diſſentire. Sẽſus igitur eſt: ſunt plurimi in terra iudices, ſed vnus omnium ſupremus eſt Deus, cui omnes ſeruiunt tam hi, qui iuſtitiam ſeruant, quam violenti iudices, iudicijque & iuſtitiæ tranſgreſſores, & om-

nis

nis etiam minimus terræ colonus. Quare cum Deus omnium habeat prouidentiam, ſitq. ſummus rector, non fruſtrà diſsimulat violenta iudicia, quoniam Deus Iudex iuſtus fortis & patiēs eſt; numquid iraſcitur per ſingulos dies? niſi cōuerſi fueritis gladium ſuum vibrabit &c.

Pſ.7.12.

Dei patiētia. Expectemus Dei iudicium, qui credidet non feſtinet. ipſe nouit cauſas tarditatis & cunctationis ſuæ; nobis vtiliſsima eſt eius mora, vt diſcamus patientiam, vt fides noſtra probetur, vt ſciamus Dei vindicta, ſi fuiſſet præceps, iam diu nos ad internecionem delendos fuiſſe. Quæ iniuria tam grauis nobis inferri potuit, quod facinus tā atrox in nos committi poruit, quod cum minimo peccato noſtro contra Deum conferri poſſit? peccata hominis in hominē grauia non eſſent niſi Dei legi repugnarent. Deum erga nos patientem volumus, & diſsimulanti gratulamur, & in alienis peccatis puniendis impetuoſum optamus. Cogita quoties Deus tua patienter pertulit ſcelera, & noli accelerare Dei vindictam in alios. Doles vicē innocentum, qui indigne tractantur: cruciat te pauperum oppreſsio, viduarum direptio te afficit vehementi dolore: laudo animi pietatem & erga proximos charitatem, ſed noli Deo crudelitatis notam inurere, aut illum negligentiæ condemnare, de quo ſcriptum eſt, Miſereris omnium quia omnia potes, & diſsimulas peccata hominum propter pænitentiam; diligis omnia quæ ſunt &c. cumque ſit ſapientiſsimus, rerum omnium nouit opportunitates. Quis mihi fecit iniuriam, qui non maiorem fecerit Deo? omnis peccator legem Dei contemnit, Dei maieſtatem non reueretur, eius iudicium non timet. Si ergo Deus offenſas ſibi illatas diſsimulat, cur nos eius iram accelerare volumus? relinquamus ei non ſolum vindictam, ſed vindictæ modum & opportunitatem. Nūc verba conſideremus.

Sap.11.24.

Iethron, id eſt, inſuper, amplius, vtilitas, excellentia, præſtantia, abundantia, reſiduum &c. de quo iam dictum eſt cap. 1. v. 3. Poteſt etiam in concreto ſumi pro excellente, præſtante, maiore, priore. Aduerte etiam duplicem eſſe lectionem pronominis ipſe vel ipſa, vel ipſum, nam in textu eſt Hi, in margine, Hu, ſed in ſenſu nulla eſt differentia ſiue legamus Hi, id eſt, ipſum. Siue Hu, id eſt ipſe. Quod Lorinus dicit de Haiah verbo ſubſtantiuo in præſenti nugatio eſt audax, quæ lectionem Hebræam peruertit. Aliqui pronomen coniungunt cum nomine Iethron, alij cum Melec, id eſt, Rex, ſed

patum

parum refert vtrum dicas, ipſa præſtantia eſt rex, vt præſtantia eſt ipſe rex. Quidam nomen rex coniungunt cum verbo ſiue participio Nehhbad, id eſt, ſeruiens, vel colens, vel cultus, vel fit ſeruus: alij cum Sadeh, id eſt, Ager: Sadeh autem præponitur littera vel Lamed, quæ eſt articulus genitiui, vel datiui: & etiã poteſt eſſe præpoſitio, ad, in, propter, pro &c. hinc fit vt plurimæ naſcantur verſiones. Poſſumus ſic vertere: Et excellentia terræ in omnibus, (vel terra in omni) ipſe rex agro ſeruienti (ſcilicet imperat). Verbũ in Niphal ſæpe habet actiuam ſignificationẽ vel in ſuper terra in omni &c. Si de terreno rege hoc intelligas, ſenſus eſt. Sũt plures indices alij alijs eminentiores: ſuper hos eſt rex, qui curam gerit agricolarum, quos ab iniuria defendit, per hos enim humana vita ſuſtentatur, hi regi ipſi alimenta præbent, & dũ agriculturæ ſeruiunt, reges & regum miniſtros alunt. Imperat rex his, qui ſeruiunt, quos maxime decet ab omni incommodo tueri contra iudicũ auaritiam, gens eſt innoxia & ſimplex, quæ ne fraudetur labore & quiete ſua ab omni vrbis & fori ſtrepitu abhorrẽs facile ſe ſinet ſpoliari. Indicat quid iure fieri debeat à rege, ne permittat imperium in agricolas hominib⁹ auaris, aut iniuſtis, imo ipſe rex per ſe cauſas agricolarum expendat, ne iniuria aut damno grauentur. Sed iſta melius conueniunt in ſupremum regem regum.

Agricolæ.

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Iouis
Clari giganteo triumpho
Cuncta ſupercilio mouentis. — Horat. l. 3. Ode. 1.

Poteſt alius eſſe ſenſus ſi ita vertamus. Et præſtantia terræ in omnibus ipſe rex agro ſeruiẽs: hoc eſt, in hoc cognoſcent homines Dei prouidentiam, ſi animaduertant quandoque reges, qui erant ipſa terræ præſtantia, qui omnibus erant excellentiores, ab excellentia illa deturbari ob iniquitatem: Deus enim illos de gradu dignitatis deijcit, & ad infimum miniſterium ducit vt cogantur agriculturę operam dare, agroque ſeruire pro cibo diurno. Itẽ: tunc erit præſtantia terræ in omnibus, beneq. cum omnibus actum erit ſi rex nõ viuat vitã otioſam, nõ delicijs vacet, ſed habeat agros quos per ſeruos & famulos colat, & laborantes inuiſat, vt aſſuetudine in illos ſit beneuolentior, & cognoſcat laborantium ſtatum, ſic fiet, vt omnes, qui labore manuum victum quærunt, a rege beneuole tractentur & ab iniuria liberentur. Plurimi refert iudices & principes noſſe litigantium cõditionem,

vt

vt miſeris miſericordiam impendant; audaces vero & qui alieno ſudore vitam viuũt otioſam & delicatam, retundant. Quid in alijs regnis fiat exploratum non habeo, in noſtro vidi regios quoſdam miniſtros ingenioſis manifeſtiſque latrocinijs agricolas ſpoliare. Parabatur ingens claſsis contra hæreticos, bellum erat iuſtum, ſed quia Deus ſummus iudex vult, vt quæ iuſta ſunt iuſte exequamur, ob miniſtrorum regis latrocinia omnis bellicus apparatus ſemel, iterum, ac tertio diſſipatus eſt, ac tandem euanuit. Eo tempore quidam concionator commendans populo pro concione, vt deuotas ad Deum preces funderet, quibus a Deo contenderet vt belli exitus eſſet fœlicisſimus, adiunxit quaſi diuinans: vereor, inquit, ne clamores pauperum iniuriam patientium Dei iram contra claſſem noſtram prouocent, pluſq. nobis ipſi nos afferamus detrimenti, quam hoſtes. Latrocinãdi artem infra commodius referemus. Vtinam reges parcerent delicijs, venationibus, ludis, & prodirent moderata pompa, & perſe diſcerent regni ſui adminiſtrationẽ, nõ iacerent in tam profunda rerũ ignoratione, quę illos apud ſupremũ regem non excuſabit. Alias omitto aliorũ expoſitiones, quarum quędam duræ & alienæ ſunt.

Diligens argentum non ſatiabitur argento, & qui diligens in multitudine, non fructus: etiam hoc vanitas. v. 9. He.

Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis: & hoc ergo vanitas. Lat.

VIDETVR iam dictorum cauſam aperire; eſt enim cupiditas radix omnium malorum. Vouens ne promiſſa faciat auaritia retardatur: calũnias egenorum & violenta iudicia, rapinamq. iudicij & iuſtitiæ, auaritia parit. Auaritia per maria viam aperuit; cum manibus luctari docuit, gentes nõ ſinit eſſe quietas. Si bella ceſsãt ſtimulat animos in fraudes, perfidiam, rapinas: aurũ ſiue opes omnium vitiorũ origo eſt. Docuit Chriſtus verbo & exemplo diuitiarum contemptum, paupertati addixit regnum cælorum, hanc profitentur religioſi, quorum vita in terra quantumuis eſſet laborioſa, eſſet tamen iucundiſsima niſi ambitio quorundam animos corrumperet, qui ne ambitionis labor inanis ſit, ad auaritiam declinant, illaq. ſe arm̃ ãt ad omne facinus, & ſicut ignis lignis augetur, ſic cupiditas opibus & dignitatibus. Proh dolor: multorum paupertas ſeruit pau- (1. Tim. 6. 10. *Auaritia.* *Ambitio.*)

ium

rum ambitioni, & bona cómu nia transferuntur ad auaros mi niſtros ac ſenatores,quorũ ope ta ambitioſus principi fiat acceptus. Hinc homo etiam infimæ ſortis,ſordidæ vitæ,vilis cõditionis audet ambire in alios dominationem;de epiſcopatu ſolicitus eſt, & quia pecuniæ obediunt omnia,hac veluti machina validiſsima aulicorũ animos impugnat, per quos conatur in numerum eligendorum reponi. Ab iſtorum notitia longiſsime abſunt mores hominis ſcelerati & quibus conſultatio de hac re comitittur, quærunt quibus dignitatibus fũctus fuerit,cum potius,quærendum eſſet magna diligentia,quibus artibus ad dignitatem peruenerit,laborauerit nec ne ambitione,quæ ſolah ominem facit corruptiſsimum,& ad omnes dignitates ac officia eccleſiaſtica indigniſsimum.Sanctiſsime ac prudentiſsime Clemens Octauus Motu Proprio de munerũ largitione ambitionis vires eneruare conatus eſt,ſed fuit põtentior ambitio,quæ de ſua celſitudine deturbari noluit. Ad cupiditatem auaritiamq. propius accedamus, de qua non ſemel diximus in hoc opere,& in commentarijs Iob. Auarorum duplex genus eſt, alterum arrogans,gloriæ cupidum,ambitioſum:alterum ſordidum,vile,cõtemptibile: qui plerumque nomine Auari intelligitur, ad hoc ſecundum genus pertinet, ſed prius illud genus hominum & ſi minus videatur vituperabile, eſt tamen perniciofiſsimũ.Hæc auaritia ſequitur ſuperbiam & imperandi libidinem:vocemus hominem hac auaritia laborantem,Auarum glorioſum:alium vero, Auarum ſordidum : iſte metuit paupertatem, & ipſa ſola diuitiarum poſſeſsione delectatur ſine vllo fructu:ille vero opes quærit tanquam ſuæ vanitatis materiam , & inſtrumenta. De vtroque dixit Lyricus,

Eccleſ. 10. v.19.

Auarus.

Horat. l. 2. Ode.2.

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops
Nec ſitim pellit niſi cauſa morbi
Fugerit venis & aquoſus albo
Corpore langor,

De glorioſo auaro dixit Ouidius, 1. Faſtor.

Creuerunt & opes & opum furioſa libido,
Et cum poſsideant plurima plura petunt.
Quærere vt abſumant, abſumpta requirere certant,
Ac ipſæ vitijs ſunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit ſuffuſus venter ab vnda
Quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ.
In pretio pretium nunc eſt, dat cẽſus honores.

Cenſus

Cenſus amicitias pauper vbique iacet.

Quis vnquam tot, tamque diu turnis laboribus ſe obtulit pro patria, aut re honeſta ſicut auarus pro lucro, glorioſus pro vana hominum laude? Habuit virtus ſui ſequaces: habet habuitque Chriſtus euangelicæ paupertatis imitatores, qui pro Dei gloria vſque ad mortem decertarunt, ſi horum numerus cum auarorum numero comparetur, nulla videbitur comparationis ratio. Quæ gens, quæ ætas, quæ reſpublica, quæ ciuitas, qui pagus caruit bello, contentione, litibus, fraudibus, rapinis, periurijſque? cauſam ſi quæras auaritiam tibi monſtrabo. Auaritia glorioſa reges ferro armat, milites ſtimulat, ſanguinem humanum fundit. Innumeri homines apud occiduos Indos interierunt quia aurum noſtris Hiſpanis non offerebant. Deſolabatur populoſiſsima inſula nomine Spagniola, audierunt vicini cauſam huius calamitatis, inijt vicinæ inſulæ Rex conſilium, quo ſe tueri poſſet ab auariſsima crudelitate, decretum eſt, vt omne aurum cogeretur, factoq. aceruo circa illum ludos ſolennes celebrarunt, tanquam rem ſacram venerantes aurum: dixeruntque: Hic eſt Deus iſtorum hominum, neminem patiuntur viuere apud quem Deũ ſuum inuenerint; nos igitur Deum iſtum a nobis ablegemus. His dictis, aurum omne in mare præcipitarũt. Antequam pro auro & argento ad Indos nauigatum eſſet, multa præclara opera patrarũt Hiſpani, multa bella glorioſe confecerũt, inſignes victorias reportauerunt. Allatæ ſunt infinitæ diuitiæ in perniciem noſtram, regeſque noſtri vix facti ſunt ditiores.

Quis nos ad Indos Occiduos properare facit? fęlicem ſe putat, cui nauigandi illuc datur facultas. Dicet aliquis, deſiderium propagandæ fidei multos eo tendere facit: fateor multos eſſe hac præditos pietate: ſed ad illas gentes non penetratur vbi non eſt aurum nec argentum. Pudet plura de hac re dicere, & inſatiabilem noſtram cupiditatem traducere, quam ſatis oſtendit laboris diuturnitas & immenſitas. Beatus diues, qui poſt aurum non abijt &c. Beatus pauper ſpiritu, quia ipſius eſt regnum cælorum. Cum Iulius Cæſar ad pauperem Amyclæ caſam perueniſſet, dormientemque excitaſſet, Amyclas, vt inquit Lucanus,

Eccli. 31. v. 8. Matth. 6. Lib. 5.

Securus belli prædam ciuilibus armis
Scit non eſſe caſam: ô vita tuta facultas
Pauperis, anguſtiq. lares: ô munera nondum

Intellecta

Intellecta Dei. Quibus hæc contingere templis
Aut potuit muris, nullo trepidare tumultu
Cæſarea pulſante manu?

Horat. l. 3. Ode. 16. Paupertas ſecuritatem affert: diuitiæ curas & animi anxitudinem. Creſcentem ſequitur cura pecuniam Maiorumque fames, iure perhorrui, late conſpicuum tollere verticem.

In ſententijs. Seneca prudenter dixit, Auaro quid mali optes, niſi vt viuat diu? Quia miſerrimam vitam viuit, metu, ſuſpicione, ſolicitudine plenus eſt, quid calamitoſius quam his tortoribus perpetuo diſcruciari? quid ſi his adiungas ſcelera, quæ auarus committit? cum audis nomen auari noli diuites ſolos auaros putare, quiſquis pauperiem fugit, neq. modico contentus eſt, auaritiæ morbo infectus eſt, ſuperbiam quoq. ſi animaduerteris in illius pectore reperies. Dedignatur filius ſutoris fieri ſutor, ad militiam, vel ad monaſterium, vel ad indos conuolat, vt ſimul diues fiat & honoratus. Dixerat Chriſtus, facilius Matth. 19. 24. eſt camelum per foramen acus tranſire, quã diuitem intrarẽ in regnum cælorum. Auditis autẽ his diſcipuli mirabantur valde, dicentes, quis ergo poterit ſaluus eſſe? diſcipulorum admiratio nobis admirationem facit, nam Chriſtus de diuitibus locutus fuerat, verum quia non opes, ſed amor opum hominẽ a ianua cæli repellit, et iã ſi plures ſint pauperes quam diuites, veruntamen auaritia pene omnium animos occupat. Diſcipuli Chriſti conſiderantes auiditatem hominum, & animum diuitiarum cupidum, dixerunt, quis poterit ſaluus fieri? Qui cupit diues eſſe pauper eſt, audi quid Paulus dicat de talibus. Habentes, inquit, alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus: nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem; nam radix omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inſeruerũt ſe doloribus multis. Tu autem homo Dei hæc fuge: ſectare vero iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. Videtur omnes iſtas virtutes opponere cupiditati, in qua eſt iniquitas, ſuperſtitio, infidelitas, odium, excandeſcentia, exacerbatio. 1.Tim. 6.8.

Quibus autem laboribus implicentur, quibus ſe exponant periculis, quibus vtantur fraudibus qui volunt diuites fieri; & diuitias eſſe omnium malorum inſtrumenta eleganter expreſsit Lyricus. L.3. Ode. 24.

Neque feruidis
Pars incluſa caloribus

Mundi,

Mundi,nec Boreæ finitimum latus,
Durataq. ſolo niues,
Mercatorem abigunt,horrida callidi
Vincunt æquora nauitæ.
Magnum pauperies opprobrium iubet,
Quiduis & facere & pati,
Virtutiſque viam deſerit arduæ.
Vel nos in Capitolium
Quo clamor vocat, & turba fauentium,
Vel nos in mare proximum
Gemmas & lapides, aurum & inutile
Summi materiam mali,
Mittamus ſcelerum ſi bene pœnitet;
Eradenda cupidinis
Praui ſunt elementa: & teneræ nimis
Mentes aſperioribus
Formandæ ſtudijs: neſcit equo rudis
Hærere ingenuus puer:
Venariq. timet: ludere doctior,
Seu Græco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea.
Cum periura patris fides
Conſortem ſocium fallat, & hoſpitem;
Indignoq. pecuniam
Hæredi properet: ſcilicet improbæ
Creſcunt diuitiæ tamen
Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei.

De hac re multa dici poſſunt, quia plurima paſsim occurrunt; & iterum de eadem redibit ſermo.

Auarus, Hebraice dicitur hic, diligens argentum, vnde Græci illum vocant Philargyron id eſt amatorem argenti; & auaritia vocatur Philargyria, id eſt amor ſiue dilectio argenti. Ceçeph id eſt argentum, pecunia de quo cap. 10. v. 19. Nomine argenti, inquit Lorinus, ſignatum ſolet intelligi, ſiue pecunia. Hoc falſum eſt, plurimis enim locis eſt nomen argentum, vbi non poteſt intelligi ſignatum, ſiue pecunia. Non impletur auarus pecunia, ſed ſicut ſitiens aquę præſentia magis irritatur, ſic auaritia opibus. Stomachi inanitione fit quædam triſtis ſenſatio defectus alimenti, & ſunt aliqui cibi, qui non eſurientes inuitant ad comedendum, imaginatio enim appetentiam excitat, ſed comeſtione repletur ſtomachus & fames ceſſat. Stomachi ardorem mitigat potus frigidus; ſed fames canina, & hydropiſis inſatiabiles ſunt, auaritia his ſimilis eſt. Præterea, diuitiæ ſunt extra hominem, earum cupido eſt in animo, eſt vehemens ardor, ingens ſitis. Grandis concupiſcentia obiecti præſentia creſcit, abſentia cruciatur. Sicut homo, qui fœminæ inſanit amore, tanto vehementius vritur quanto difficilius carnalis copulæ ſpes impleri poſſe creditur; ſi vero detur occaſio explendæ libidinis *Auarus.*

R fœdo

fædo humore imminuto, libidinis ardor miteſcit, & amoris vis paulatim remittitur, & quã doque vertitur in faſtidium & nauſeam, quod ſummopere expetebatur. Teſtis huius rei eſt Amnon filius Dauidis, qui ſororem ſuam Thamar miſere deperibat, & macie attenuabatur, ſed poſtquam fœminam vi oppreſſit, amor ille in odium verſus eſt. Ardor, ſitis, fames, cupido auari ſemper intus manet, nunquã cõiungitur rei amatę, ſed cum abeſt animum torquet ſui deſiderio, cũ adeſt deſideriũ creſcit, & plura adhuc expetit, idcirco nunquã ſatiatur.

Hamon. Hamõ id eſt multitudo. Iud. 4.n.7.1.Reg.24.n.16.3 Reg.18 n.41 c.20.n.13.28.&c. Tumultus. 1.Reg.4.n.14.c.14.n.19.2. Reg.18.n.29. Amos.5.n.23. Significat etiã diuitias, hic. Et Pſal. 36.v.16. Melius eſt modicũ iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Hebraice, bonum parũ iuſto, præ multitudine (vel copia, vel opulentia, Hamon) impiorũ multorũ. Infinitæ formicæ nõ adęquãt vnius apis præſtantiam: impij cũ iuſto comparari non poſſunt, ſed modicum vnius iuſti cũ impiorũ diuitijs confertur, & ſuperat illud modicum multitudinem diuitiarũ impiorum multorũ: quia vnum granum frumenti ſeminatum fructificat, multa ſeruata in horreo inutilia ſunt quãdiu ibi ſũt, imo inutiliora ſunt diutius cuſtodita. Iuſtus modico contentus viuit vitam ſuauem, fructũ capit maximum ex illo modico, quoniam regnum cælorum lucratur, impij ex diuitiarũ prauo vſu, & iniqua acquiſitione magnam ſibi parant dãnationẽ. Luc.21.

Videns Chriſtus multos mittentes munera in Gazophylaciũ, animaduertit viduam pauperculam mittentem æra minuta duo, & dixit, vere dico vobis quia vidua hæc pauper pluſquã omnes miſit, &c. Ecce modicũ vnius viduę ſuperauit multorũ diuitũ munera maiora. Si quis ex diuitijs fructum capere vult, deponat illarum amorem, præferat illis regnum cęlorum. Fructuoſiſſima vſura eſt eleemoſina, qua peccata redimuntur, & homo regnum Dei & iuſtitiam obtinet. Sed de eleemoſyna ſuo loco dicemus.

In multiplicando bonũ multiplicantur comedentes illud: & quid conducens poſſeſſoribus ſuis niſi videre oculis ſuis? (vel ipſum.) v.10. H.

Vbi multæ ſunt opes, multi & qui comedũt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori niſi quod cernit diuitias oculis ſuis? Lat.

HÆC ſentẽtia ad auaros glorioſos pertinere videtur; de quibus diximus in præcedenti: nam ſordidus auarus, nec ſibi

Digitized by Google

bi, nec alijs vtilis eſt. De quo illud recte dixit Lyricus,

Li. 3. ode. 2. *Nullus argento color eſt auaro*
Abdito terris inimice lamnæ.
(id eſt laminę argenti)
Criſpe ſalluſti, niſi temperato.
Splendeat vſu.

Auaritia. Qui terræ infodit argẽtum nulli viui eſſe vult. Idem ſerm. li. 1. Satyr. 1.

At bona pars hominum decepta cupidine falſo,
Nil ſatis eſt, inquit, quia tanti, quantum habeas ſis.
Quid facias illi? Iubeas miſerum eſſe libenter:
Quatenus id facit, vt quidam memoratur Athenis
Sordidus ac diues, populi contemnere voces
Sic ſolitus: populus me ſibilat: at mihi plaudo,
Ipſe domi, ſimul ac nummos contemplor in arca.
Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Flumina. Quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur: congeſtis vndique ſaccis
Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis, &c.

Cum Eccleſiaſt. aſſerit multiplicari comedentes diuitias de diuitibus glorioſis loquitur, qui ſtulto labore, ſuperfluiſque curis diſtrahũtur turbãturq. Appoſitiſsime vocãtur diuitiæ Hamõ id eſt multitudo tumultuſq; vt dixi v. 9. Qui cogitationes diuitum tumultu ſuo & multitudine eius animum quatiunt, exagitant obruũtq. Laborat diues auarus, & gloriæ vanæ mancipiũ, laborat multis, ſerui, famuli, ancillę, miniſtri, hiſtriones, paraſiti, ſutores, ſartores, mercatores, domi & foris plurimi comedunt diuitum opes, & ſæpe magnates videas oppreſſos ære alieno, quia inſana glorię cupido plura ſuadet conſumere quã poſsit induſtria aut labor recuperare. Si vellem enumerare vitia, quę in domibus diuitum nutriuntur, tempus me deficeret, alea, luxus, crapula, ebrietas, blaſphemia, turpitudo. Hæc ſũt diuitiarum commoda, hos fætus pariunt, fouẽt, educantq. Diuitiæ ſi ſeruentur poſſeſſorem ſuum curis diſcerpũt ſi imprudenter vaneq. expendantur coquorũ, lenonũ, paraſitorũ, ſcortorũ turba alenda eſt. Quid ergo poſſeſſori non ſordido conferunt? nonne ſplendide epulatur, mollibus veſtitur, digito monſtratur, & omnibus conſpicuus incedit? Hæc nõ ſunt emolumẽta ſed maxima detrimẽta, quę faciunt hominẽ obliuiſci ſui, deſerere modeſtiam, ſtudere vanitati, demulceri adulatione, carnis illecebras amplecti, tandẽq. turpitudine contaminari. Vnicum habet fructum ſi fructus poteſt dici vanitas, vanaque

parum refert verum dicas, ipſa præſtancia eſt rex, vt præſtantia eſt ipſe rex. Quidam nomen rex coniungunt cum verbo ſiue participio Nehhbad, id eſt, ſeruiens, vel colens, vel cultus, vel fit ſeruus: alij cum Sadeh, id eſt, Ager: Sadeh autem præponitur littera vel Lamed, quæ eſt articulus genitiui, vel datiui: & etiã poteſt eſſe præpoſitio, ad, in, propter, pro &c. hinc fit vt plurimæ naſcantur verſiones. Poſſumus ſic vertere: Et excellentia terræ in omnibus, (vel terra in omni) ipſe rex agro ſerujenti (ſcilicet imperat). Verbũ in Niphal ſæpe habet actiuam ſignificationẽ vel in ſuper terra in omni &c. Si de terreno rege hoc intelligas, ſenſus eſt. Sũt plures indices alij alijs eminentiores: ſuper hos eſt rex, qui curam gerit agricolarum, quos ab iniuria defendit, per hos enim humana vita ſuſtentatur, hi regi ipſi alimenta præbent, & dũ agriculturæ ſeruiunt, reges & regum miniſtros alunt. Imperat rex his, qui ſeruiunt, quos maxime decet ab omni incommodo tueri contra iudicũ auaritiam, gens eſt innoxia & ſimplex, quæ ne fraudetur labore & quiete ſua ab omni vrbis & fori ſtrepitu abhorrẽs facile ſe ſinet ſpoliari. Indicat quid iure fieri debeat à rege, ne permittat imperium in agricolas hominib⁹ auaris, aut iniuſtis, imo

Agricolæ.

ipſe rex perſe cauſas agricolarum expendat, ne iniuria aut damno grauentur. Sed iſta melius conueniunt in ſupremum regem regum.

Regum timendorum in proprios greges: Horat. l. 3. Ode. 1.
Reges in ipſos imperium eſt Iouis
Clari giganteo triumpho
Cuncta ſupercilio mouentis.

Poteſt alius eſſe ſenſus ſi ita vertamus. Et præſtantia terræ in omnibus ipſe rex agro ſeruiẽs: hoc eſt, in hoc cognoſcent homines Dei prouidentiam, ſi animaduertant quandoque reges, qui erant ipſa terræ præſtantia, qui omnibus erant excellentiores, ab excellentia illa deturbari ob iniquitatem: Deus enim illos de gradu dignitatis deijcit, & ad infimum miniſterium ducit vt cogantur agriculturę operam dare, agroque ſeruire pro cibo diurno. Itẽ: tunc erit præſtantia terræ in omnibus, beneq. cum omnibus actum erit ſi rex nõ viuat vitã otioſam, nõ delicijs vacet, ſed habeat agros quos per ſeruos & famulos colat, & laborantes inuiſat, vt aſſuetudine in illos ſit beneuolentior, & cognoſcat laborantium ſtatum, ſic fiet, vt omnes, qui labore manuum victum quærunt, a rege beneuole tractentur & ab iniuria liberentur. Plurimi refert iudices & principes noſſe litigantium cõditionem,

vt

vt miſeris miſericordiam impendant; audaces vero & qui alieno ſudore vitam viuũt otioſam & delicatam, retundant. Quid in alijs regnis fiat exploratum non habeo, in noſtro vidi regios quoſdam miniſtros ingenioſis manifeſtiſque latrocinijs agricolas ſpoliare. Parabatur ingens claſsis contra hæreticos, bellum erat iuſtum, ſed quia Deus ſummus iudex vult, vt quæ iuſta ſunt iuſte exequamur, ob miniſtrorum regis latrocinia omnis bellicus apparatus ſemel, iterum, ac tertio diſſipatus eſt, ac tandem euanuit. Eo tempore quidam concionator commendans populo pro concione, vt deuotas ad Deum preces funderet, quibus a Deo contenderet vt belli exitus eſſet fęlicisſimus, adiunxit quaſi diuinans: vereor, inquit, ne clamores pauperum iniuriam patientium Dei iram contra claſſem noſtram prouocent, pluſq. nobis ipſi nos afferamus detrimenti, quam hoſtes. Latrocinãdi artem infra commodius referemus. Vtinam reges parcerent delicijs, venationibus, ludis, & prodirent moderata pompa, & per ſe diſcerent regni ſui adminiſtrationẽ, nõ iacerent in tam profunda rerũ ignoratione, quę illos apud ſupremũ regem non excuſabit. Alias omitto aliorũ expoſitiones, quarum quędam duræ & alienæ ſunt.

Diligens argentum non ſatiabitur argento, & qui diligens in multitudine, non fructus: etiam hoc vanitas. v. 9. He.

Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis: & hoc ergo vanitas. Lat.

VIDETVR iam dictorum cauſam aperire; eſt enim cupiditas radix omnium malorum. Vouens ne promiſſa faciat auaritia retardatur: calũnias egenorum & violenta iudicia, rapinamq. iudicij & iuſtitiæ, auaritia parit. Auaritia per maria viam aperuit; cum manibus luctari docuit, gentes nõ ſinir eſſe quietas. Si bella ceſsãt ſtimulat animos in fraudes, perfidiam, rapinas: aurũ ſiue opes omnium vitiorũ origo eſt. Docuit Chriſtus verbo & exemplo diuitiarum contemptum, paupertati addixit regnum cælorum, hanc profitentur religioſi, quorum vita in terra quantumuis eſſet laborioſa, eſſet tamen iucundiſsima niſi ambitio quorundam animos corrumperet, qui ne ambitionis labor inanis ſit, ad auaritiam declinant, illaq. ſe arment ad omne facinus, & ſicut ignis lignis augetur, ſic cupiditas opibus & dignitatibus. Proh dolor: multorum paupertas ſeruit paucorum

1. Tim. 6. 10.

Auaritia.

Ambitio.

ium

Google

rum ambitioni, & bona cōmunia transferuntur ad auaros miniſtros ac ſenatores, quorū opera ambitioſus principi fiat acceptus. Hinc homo etiam infimæ ſortis, ſordidæ vitæ, vilis cōditionis audet ambire in alios dominationem; de epiſcopatu ſolicitus eſt, & quia pecuniæ obediunt omnia, hac veluti machina validiſsima aulicorū animos impugnat, per quos conatur in numerum eligendorum reponi. Ab iſtorum notitia longiſsime abſunt mores hominis ſcelerati & quibus conſultatio de hac re committitur, quærunt quibus dignitatibus fūctus fuerit, cum potius, quærendum eſſet magna diligentia, quibus artibus ad dignitatem peruenerit, laborauerit necne ambitione, quæ ſola hominem facit corruptiſsimum, & ad omnes dignitates ac officia eccleſiaſtica indigniſsimum. Sanctiſsime ac prudentiſsime Clemens Octauus Motu Proprio de munerū largitione ambitionis vires eneruare conatus eſt, ſed fuit pōtentior ambitio, quæ de ſua celſitudine deturbari noluit. Ad cupiditatem auaritiamq. propius accedamus, de qua non ſemel diximus in hoc opere, & in commentarijs Iob. Auarorum duplex genus eſt, alterum arrogans, gloriæ cupidum, ambitioſum: alterum ſordidum, vile, cōtemptibile: qui plerumque nomine Auari intelligitur, ad hoc ſecundum genus pertinet, ſed prius illud genus hominum & ſi minus videatur vituperabile, eſt tamen pernicioſiſsimū. Hæc auaritia ſequitur ſuperbiam & imperandi libidinem: vocemus hominem hac auaritia laborantem, Auarum glorioſum: alium vero, Auarum ſordidum: iſte metuit paupertatem, & ipſa ſola diuitiarum poſſeſsione delectatur ſine vllo fructu: ille vero opes quærit tanquam ſuæ vanitatis materiam, & inſtrumenta. De vtroque dixit Lyricus,

Eccleſ. 10. v. 19.

Auarus.

Horat. l. 2. Ode. 2.

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops
Nec ſitim pellit niſi cauſa morbi
Fugerit venis & aquoſus albo
Corpore langor,

De glorioſo auaro dixit Ouidius, 1. Faſtor.

Creuerunt & opes & opum furioſa libido,
Et cum poſsideant plurima plura petunt.
Quærere vt abſumant, abſumpta requirere certant,
Ac ipſa vitijs ſunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit ſuffuſus venter ab vnda
Quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ.
In pretio pretium nunc eſt, dat cēſus honores.

Cenſus

Cenſus amicitias pauper vbique iacet.

Quis vnquam tot, tamque diu turnis laboribus ſe obtulit pro patria, aut re honeſta ſicut auarus pro lucro, glorioſus pro vana hominum laude? Habuit virtus ſui ſequaces: haber habuitque Chriſtus euangelicæ paupertatis imitatores, qui pro Dei gloria vſque ad mortem decertarunt, ſi horum numerus cum auarorum numero comparetur, nulla videbitur comparationis ratio. Quæ gens, quæ ætas, quæ reſpublica, quæ ciuitas, qui pagus caruit bello, contentione, litibus, fraudibus, rapinis, periurijſque? cauſam ſi quæras auaritiam tibi monſtrabo. Auaritia glorioſa reges ferro armat, milites ſtimulat, ſanguinem humanum fundit. Innumeri homines apud occiduos Indos interierunt quia aurum noſtris Hiſpanis non offerebant. Deſolabatur populoſiſsima inſula nomine Spagniola, audierunt vicini cauſam huius calamitatis, inijt vicinæ inſule Rex conſilium, quo ſe tueri poſſet ab auariſsima crudelitate, decretum eſt, vt omne aurum cogeretur, factoq. aceruo circa illum ludos ſolennes celebrarunt, tanquam rem ſacram venerantes aurum: dixeruntque: Hic eſt Deus iſtorum hominum, neminem patiuntur viuere apud quem Deũ ſuum inuenerint; nos igitur Deum iſtum a nobis ablegemus. His dictis, aurum omne in mare præcipitarũt. Antequam pro auro & argento ad Indos nauigatum eſſet, multa præclara opera patrarũt Hiſpani, multa bella glorioſe confecerũt, inſignes victorias reportauerunt. Allatæ ſunt infinitæ diuitiæ in perniciem noſtram, regeſque noſtri vix facti ſunt ditiores.

Quis nos ad Indos Occiduos properare facit? fęlicem ſe putat, cui nauigandi illuc datur facultas. Dicet aliquis, deſiderium propagandæ fidei multos eo tendere facit: fateor multos eſſe hac præditos pietate: ſed ad illas gentes non penetratur vbi non eſt aurum nec argentum. Pudet plura de hac re dicere, & inſatiabilem noſtram cupiditatem traducere, quam ſatis oſtendit laboris diuturnitas & immenſitas. Beatus diues, qui poſt aurum non abijt &c. Beatus pauper ſpiritu, quia ipſius eſt regnum cælorum. Cum Iulius Cæſar ad pauperem Amyclæ caſam perueniſſet, dormientemque excitaſſet, Amyclas, vt inquit Lucanus,

Eccli. 31. v. 8.
Matth. 6.
Lib. 5.

Securus belli prædam ciuilibus armis
Scit non eſſe caſam: ô vita tuta facultas
Pauperis, anguſtiq. lares: ô munera nondum

Intellecta

Intellecta Dei. Quibus hæc contingere templis
Aut potuit muris, nullo trepi lare tumultu
Cæſarea pulſante manu?
Paupertas ſecuritatem affert: diuitiæ curas & animi anxitudinem. Creſcentem ſequitur cura pecuniam Maiorumque fames, iure perhorrui, late conſpicuum tollere verticem. Seneca prudenter dixit, Auaro quid mali optes, niſi vt viuat diu? Quia miſerrimam vitam viuit, metu, ſuſpicione, ſolicitudine plenus eſt, quid calamitoſius quam his tortoribus perpetuo diſcruciari? quid ſi his adiungas ſcelera, quæ auarus committit? cum audis nomen auari noli diuites ſolos auaros putare, quiſquis pauperiem fugit, neq. modico contentus eſt, auaritiæ morbo infectus eſt, ſuperbiam quoq. ſi animaduerteris in illius pectore reperies. Dedignatur filius ſutoris fieri ſutor, ad militiam, vel ad monaſterium, vel ad indos conuolat, vt ſimul diues fiat & honoratus. Dixerat Chriſtus, facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quã diuitem intrarẽ in regnum cælorum. Auditis autẽ his diſcipuli mirabantur valde, dicentes, quis ergo poterit ſaluus eſſe? diſcipulorum admiratio nobis admirationem facit, nam Chriſtus de diuitibus locutus fuerat, verum quia non opes, ſed amor opum hominẽ a ianua cæli repellit, et iã ſi plures ſint pauperes quam diuites, veruntamen auaritia pene omnium animos occupat. Diſcipuli Chriſti conſiderantes auiditatem hominum, & animum diuitiarum cupidum, dixerunt, quis poterit ſaluus fieri? Qui cupit diues eſſe pauper eſt, audi quid Paulus dicat de talibus. Habentes, inquit, alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus: nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem; nam radix omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inſeruerũt ſe doloribus multis. Tu autem homo Dei hæc fuge: ſectare vero iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. Videtur omnes iſtas virtutes opponere cupiditati, in qua eſt iniquitas, ſuperſtitio, infidelitas, odium, excandeſcentia, exacerbatio.

Quibus autem laboribus implicentur, quibus ſe exponant periculis, quibus vtantur fraudibus qui volunt diuites fieri, & diuitias eſſe omnium malorum inſtrumenta eleganter expreſſit Lyricus.
Neque feruidis
Pars incluſa caloribus

Margin notes: Horat. l. 3. Odc. 16. — *In ſententijs.* — Matth. 19. 24. — 1. Tim. 6. 8. — l. 3. Odc. 24.

Mundi,

Mundi, nec Boreæ finitimum la
tus,
Durataq. ſolo niues,
Mercatorem abigunt, horrida cal
lidi
Vincunt æquora nauitæ.
Magnum pauperies opprobrium
iubet,
Quidvis & facere & pati,
Virtutiſque viam deſerit arduæ.
Vel nos in Capitolium
Quo clamor vocat, & turba fa-
uentium,
Vel nos in mare proximum
Gemmas & lapides, aurum &
inutile
Summi materiam mali,
Mittamus ſcelerum ſi bene pœ-
nitet;
Eradenda cupidinis
Praui ſunt elementa: & teneræ ni-
mis
Mentes aſperioribus
Formandæ ſtudijs: neſcit equo ru-
dis
Hærere ingenuus puer:
Venariq. timet: ludere doctior,
Seu Græco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea.
Cum periura patris fides
Conſortem ſocium fallat, & hoſ-
pitem;
Indignoq. pecuniam
Hæredi properet: ſcilicet improbæ
Creſcunt diuitiæ tamen,
Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei.

De hac re multa dici poſſunt, quia plurima paſsim occurrunt; & iterum de eadem redibit ſermo.

Auarus, Hebraice dicitur hic, diligens argentum, vnde Græci illum vocant Philargyron id eſt amatorem argenti; & auaritia vocatur Philargyria, id eſt amor ſiue dilectio argenti. Ceçeph id eſt argentum, pecunia de quo cap. 10. v. 19. Nomine argenti, inquit Lorinus, ſignatum ſolet intelligi, ſiue pecunia. Hoc falſum eſt, plurimis enim locis eſt nomen argentum, vbi non poteſt intelligi ſignatum, ſiue pecunia. Non impletur auarus pecunia, ſed ſicut ſitiens aquę præſentia magis irritatur, ſic auaritia opibus. Stomachi inanitione fit quædam triſtis ſenſatio defectus alimenti, & ſunt aliqui cibi, qui non eſurientes inuitant ad comedendum, imaginatio enim appetentiam excitat, ſed comeſtione repletur ſtomachus & fames ceſſat. Stomachi ardorem mitigat potus frigidus; ſed fames canina, & hydropiſis inſatiabiles ſunt, auaritia his ſimilis eſt. Præterea, diuitiæ ſunt extra hominem, earum cupido eſt in animo, eſt vehemens ardor, ingens ſitis. Grandis concupiſcentia obiecti præſentia creſcit, abſentia cruciatur. Sicut homo, qui fæminæ inſanit amore, tanto vehementius vritur quanto difficilius carnalis copulæ ſpes impleri poſſe creditur; ſi vero detur occaſio explendæ libidinis Auarus.

R fædo

bi, nec alijs vtilis eſt. De quo illud recte dixit Lyricus,

Li. 3. ode. 2. *Nullus argento color eſt auaro*
Abdito terris inimice lamnæ.
(id eſt laminę argenti)
Criſpe ſalluſti, niſi temperato
Splendeat vſu.

Auaritia. Qui terræ infodit argẽtum nulli vſui eſſe vult. Idem ſerm. li. 1. Satyr. 1.

At bona pars hominum decepta cupidine falſo,
Nil ſatis eſt, inquit, quia tanti, quantum habeas ſis.
Quid facias illi? iubeas miſerum eſſe libenter:
Quatenus id facit, vt quidam memoratur Athenis
Sordidus ac diues, populi contemnere voces
Sic ſolitus: populus me ſibilat: at mihi plaudo,
Ipſe domi, ſimul ac nummos contemplor in arca.
Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Flumina. Quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur: congeſtis vndique ſaccis
Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis, &c.

Cum Eccleſiaſt. aſſerit multiplicari comedentes diuitias de diuitibus glorioſis loquitur, qui ſtulto labore, ſuperfluiſque curis diſtrahũtur turbãturq. Appoſitiſsime vocãtur diuitiæ Hamõ id eſt multitudo tumultuſq. vt dixi v. 9. Qui cogitationes diuitum tumultu ſuo & multitudine eius animum quatiunt, exagitant obruũtq. Laborat diues auarus, & gloriæ vanæ mancipiũ, laborat multis, ſerui, famuli, ancillę, miniſtri, hiſtriones, paraſiti, ſutores, ſartores, mercatores, domi & foris plurimi comedunt diuitum opes, & ſæpe magnates videas oppreſſos ære alieno, quia inſana glorię cupido plura ſuadet conſumere quã poſsit induſtria aut labor recuperare. Si vellem enumerare vitia, quę in domibus diuitum nutriuntur, tempus me deficeret, alea, luxus, crapula, ebrietas, blaſphemia, turpitudo. Hæc ſũt diuitiarum commoda, hos fætus pariunt, fouẽt, educantq. Diuitiæ ſi ſeruentur poſſeſſorem ſuum curis diſcerpũnt ſi imprudenter vaneq. expendantur coquorũ, lenonũ, paraſitorũ, ſcortorũ turba alenda eſt. Quid ergo poſſeſſori non ſordido conferunt? nonne ſplendide epulatur, mollibus veſtitur, digito monſtratur, & omnibus conſpicuus incedit? Hæc nõ ſunt emolumẽta ſed maxima detrimẽta, quę faciunt hominẽ obliuiſci ſui, deſerere modeſtiam, ſtudere vanitati, demulceri adulatione, carnis illecebras amplecti, tandẽq. turpitudine contaminari. Vnicum habet fructum ſi fructus poteſt dici vanitas, vanaque

Digitized by Google

obleɫatio, ſcilicet videre oculis diuitias; & tanquam pictis gaudere tabellis. Hæc eſt cauſa cur non ſatietur diues auarus diuitijs ſuis, quia non ſatiatur oculus viſu, nec auris impletur
Ecleſ. 1. auditu; ipſe vero oblectatur aſpectu auri & argenti, lapidum pretioſorum & gemmarum, pictis pulchriſque aulæis, ſtragulis, veſtibus, quæ neque vitam faciunt ſaniorem neque animum meliorem. Nam quę ad vitæ commoditatem & neceſsitatem conferunt finita ſunt, & ſine auaritia poſſunt comparari, auaritia vero infinitum malum eſt, & inſatiabile.

Horat. li. 1. epiſt. 2. *Semper auarus eget, certum voto pete finem.*

Non pellitur fames picto pane, auarus oculis non ſatiabitur. Rerum pretia induxit vana hominum æſtimatio, illa prætioſiora ſunt, quæ naturæ humanę ſunt commodiora, panis, caro, fructus, vinum &c. Panis libra vilius conſtat quam paruus Adamas, aut Rubinus. Aries vnus minoris ęſtimatur quam auri vncia. Bruta animantia, in quibus natura vitijs morum corrupta non eſt neque aurum, neque argentum, neque vniones appetunt, oblatos ſpernunt; mauult gallina granum tritici, quam gemmam fulgentem. Inſania noſtra ac inſana ſuperbia fecit pretioſa omnia, quæ oculis pulchra ſunt præſertim durabilia. Elephas, vrſus, taurus, aues, piſces ingenioſo artificio in tabella ſi quis pulchris coloribus depingat, maius faciet lucrum, quam ſi hæc animalia venderet. Nunquid non eſt hoc genus inſanię pluris facere piſcem pictum quam viuum? Quinimo animalia quædam vera execramur, picta in pretio habemus, quia oculus non ſatiatur viſu: & quia varietate rerum, quas inſani mirantur, ſe beatos diuites exiſtimant, & hunc magnum diuitiarum fructum putant, ſi oculos his rebus paſcant, & opũ oſtentationem faciant. Quid tam pulchrũ fieri poteſt arte, quod non fecerit pulchrius natura? Pingere fac ô diues in tuo tecto ſolem & lunã aſtraque, ſtet tibi magno hæc pictura, hac te oblecta; pauper vera luminaria, vera aſtra quoties volet intuebitur, & in eius oculos hæc incurrent nihil tale curantis. Ageſilaus Lacedæmoniorum Rex inuitatus, vt audiret quendam, qui mira ſimilitudine luſcinię vocem imitabatur, recuſauit: frequenter, inquit ipſam audiui luſciniam. Habeat diues opes pulchras, quas videat, pauper mira rerum naturalium pulchritudine maiore iucunditate, & nulla ſolicitudine perfruetur. Libet hic ſubijcere cuiuſdam fęminæ prudens factum, quo oſtendit marito ſuo iniquam ac pernicio-

cioſam eſſe diuitiarum curam. Hiſtoriam refert Plutarchus li. de claris mulieribus cap. vlti- mo, in qua narratione egregie delineatur ſtudium Hiſpanorum apud Indos in effodiendis metallis, auro, & argẽto. Legat ipſum auctorem diligẽs lector, ego breui abſoluam, quod meo ſeruit inſtituto. Pytheus inuenta auri fodina nimia opum cupiditate populum in effodiendo auro, in conflando, in elaborando, in cuſtodiendo occupatum tenebat, alia opera erant intermiſſa & agricultura pene deſerta: multi etiam laboris magnitudine moriebantur. Ciuium vxores Pythei vxorem adeunt deprecantes, vt tã graui detrimento remedium adhiberet. Illa blande conſolata mulieres bono animo eſſe iuſsit. Vocatis igitur ad ſe fabris, quorum magna in vrbem confluxerat multitudo ob auri copiam, præcepit ex auro fieri panes, fructus, & omnia cibaria, quæ in regis menſa reponi conſueuerant. Aberat tunc maritus, cui reuertenti & cenam parari iubenti menſam auream & omnia ex auro facta apponuntur. Rex primo mirifice delectatus eſt aureo illo apparatu, ſed ſtimulante fame veros cibos afferri iuſsit; tunc mulier, tu inquit, nullius rei, præter hanc vnam, habendæ facultatem præbes: omnis enim virorum cura, omnis ars tuo iuſſu in parando auro verſatur, vt nemo iam agros colat, &c. Prudentiſsima mulier hac arte viri ſui improbum ſtudium repreſsit, & inſatiabilem cupiditatem, ſi non extinxit, ſaltem non mediocriter temperauit. Neceſſitas indicat rerum verum pretium, aurum inutile, imo noxium plerumque eſt.

Aliqui priorem partem huius verſus de prudente diuite interpretantur in quo creſcente bonitate creſcit liberalitas & miſericordia in pauperes, agnoſcit enim diues ſi prudens eſt diuitias retentas inutiles eſſe, ſoloſq. oculos oblectare. Sed ſenſus iſte non bene cohæret. Prodeſt. H Ciſron vide capit. 4 v. 4.

Dulcis ſomnus operantis ſiue parum ſiue multum comedat: & ſaturitas diuitis non ipſa ſinens eum dormire. V. 11. H.

Dulcis eſt ſomnus operanti, &c. Lat.

Pauperis conditio potior.

Videtur diues potioris eſſe conditionis quam pauper, quia abundat delicijs ille, iſte vero quandoq. neceſſarijs deſtituitur: laborat pauper vt victum quærat & veſtitũ: diues vitã in otio tranſigit, otiũ autẽ & quies iucundiſsima ſunt. Iſta refellit Salomõ euidentiſsima ratione ex rerum natura & cõmuni ducta experimento: quę talis confici põteſt. Corpora noſtra neq.

omnimodam quietem,neq. perpetuum laborem ferre poſſunt, quare alterum alteri ſuccedere opus eſt,per diem laborandum, per noctem vero quieſcendum eſt. Deus enim ſapientiſsimus & noſtri cōmodi prouidus non perpetuā lucem, nec perpetuas fecit tenebras in omnibus locis. Non ſolū corpori quies concedenda ſed etiā animo, ne curis cōficiatur. Præterea corpora noſtra ſunt corruptibilia,egent alimento,quod in naturā corporis noſtri conuertatur,id fit beneficio caloris natiui,qui per diem, & in vigilia diſsipatur,noctu vero & ſōno roboratur quieſcitq. & ſic alimentum concoquit, & humores defæcat, quapropter ſomnus eſt homini neceſſarius lōgior & profundior quā equo, aut boui ſimilibuſq. animantibus,quia magnū habet cerebrū & illis frigidius,ſic exigentibus hominis functionibus ſēſificis, & rationalibus. Fit autem ſomnus vaporibus meatus cerebri obturātibus,cibiq. illi ac potus ſunt ſomno conciliando aptiores,qui vaporibus caput replēt; ſi autem vapores calidi ſint & meatus cerebri diſtendant, vigilare cogitur homo quando dormiendum foret;deinde ſi vapores & ſpiritus animales turbulēti ſint vigiliam inducūt, vt videre eſt in his,qui ſicco ſunt cerebro,aut nimio repleti cibo,cuius vapores aut calore, aut turbulenti cerebrū exagitant,neque certa in parte quieſcūt,hoc eſt in primo ſenſu interno ſiue organo illius, qui ſenſus communis vocatur;ſed potiſsimum in homine,qui anxius eſt,& cura nimia diſtractus,ſomni quies deſideratur. Exercitatio ac labor humorum cruditates depellit, natiuum calorem auget,& ideo membra feſſa ſomno profundiore corripiuntur. Confert igitur labor pauperis eius quieti, ſiue parū ſiue multū comedat, multū vero intellige intra limites naturalis caloris, ſi tamē paruus ſit exceſſus facile corrigitur beneficio laboris & ſomni,quare videmus homines labori aſſuetos cibis vti craſsioribus & tamē optima pollere valitudine ob laboris aſſuetudinē & ſomni quietā profunditatē. Non eſt mei inſtituti medicā hic facultatē profiteri,ſed nō erit ab re adducere Hippocratis ſententiā: ventres, inquit, hyeme & vere ſunt calidiores,&ſomni longiſſimi;per ea igitur tēpora plus cibi dare oportet, ſiquidē plus natiui caloris habent;quo fit vt copioſiore alimento egeant. Argumēto ſint ætates & athletæ:Per ætates intelligit Galenus pueritiam: athletæ vero, quia ſe multo exercebāt labore, multo etiā cibo indigebant, exercitatione enim calor augetur. l.1.Aphor.15

Ex his ſequitur pauperes,qui plerumq. laboribus aſſueſiunt me-

melioris eſſe conditionis, quia maiore potiuntur quiete, & ſaniores viuunt. Diues autē ſatur ſed cruditate laborans, curiſq. frequentibus exagitatus quieſcere non poteſt: varia quærit ciborum condimenta, quæ naturam non eſurientem inuitāt ad comedēdum. Cibo plenus ac diſtentus, curiſq. ſtimulatus cogitur vigilare, & noctē ducere inſomnem, cumq. ſurgendum foret ex lecto appetente iam luce, tunc incipit dormire, & diē vertit in noctem: non illum iuuat ſtrati mollities, non lectus aureus: cum pauperes humi iacentes quietum ſomnum capiant. Saturitas diuitis ob torporem otij, & curarum magnitudinem non ſinit eum dormire, pauperi laboranti cibi parſimonia ſōnum non adimit, ſaturitas ſomnum non expellit. Sunt diuites etiam laborātes ſicut pauperes, ſed ſi curę ſint diſsimiles etiam ſi par labor, non eſt par quies. Si pauper etiā curarū plenus ſit ob auaritiam, inquietus erit noctu, ſed erit hac in re melioris conditionis quam diues, quia illum nec amittendi metus, nec ſeruādi ſolicitudo torquebit. Nō laudat in pręſentiarū Eccleſ. ſomnum, in quo rationis vſus intermittitur, & homo ſimilis eſt mortuo: vt eleganter Poëta vnico hoc verſu expreſsit:

Æneid. 6. *Dulcis & alta quies placidaq; ſimillima morti.*

Sed hoc agit, vt oſtendat diuitem perpetuis curis exagitari, & quanto maiori otio fruitur, tanto minus habere quietis. Sed quoniam vita noſtra tot plena eſt ęrumnis ac laboribus ſomnus dulcis, ſuauis, placidus, gratiſsimus eſt non ſolū ob neceſsitatem naturalem, ſed quia ſomno animus quieſcit, daturq. triſtitiæ & mæroris aliqua remiſsio. Somnus ęquat pauperes diuitibus, miſeros fælicibus, vnde extat Epigramma è Græco ſic conuerſum,

Ferme dimidium vitæ dormitur in illo.
Æquales ſpacio diues inopſque iacent.
Ergo Crœſe tibi regum ditiſsime vitæ,
Ferme dimidio par erat Irus egens.

O miſeram vitæ conditionem, homo vigilans ſi diues eſt curis ac multis animi prauis affectibus inquietus eſt, ſi pauper labor & penuria illius animum pulſant, corpuſque fatigant. Vnicum omnibus remedium eſt ſomnus, qui omnes facit æquales; ſi dormire non poſſunt ſe miſeros reputant, ſaluſq. periclitatur nimia vigilia, ſi dormiunt mortuis ſunt ſimiles, rationis vſura priuantur. Pauper non raro lęto ſomnio, ſed falſo recreatur: diues autem ſemper veris curis, vero metu, vera ſolicitudine ac dolore

torquetur, quæ vix ſomno remittuntur. Cogitemus ſemper conditionem noſtrã, & quoties ſõno requieſcere volumus mortis meminerimus, quæ non tardat: ideo Deus nos ſõni neceſsitati obligauit, vt quotidie mortis recordaremur; & ad illam vitam venire conaremur vbi perpetua eſt fęlixq. vigilia; vbi corporis mole non fatigabimur, nec corpus laborabit, vt egeat refectione. Erimus etiã reſumpto corpore ſimiles angelis ſemper læti, ſemper robuſti, ſemper ſani, nulla indigẽtes ſomni quiete, vigilia enim ibi erit fælicisſima ac quietiſsima Hanc fælicitatẽ imitari conantur in præſenti vita viri ſancti, & veræ vitę amatores, qui parciſsimo vtuntur ſomno, vt diuinis laudibus, meditationi, orationiq. vacent. Omnis rectè informata religio ſomnũ abrũpit ad laudandum Deum, placuit enim viris ſanctimonia & religione præſtãtibus á primordijs Chriſtianæ Eccle-
Pſal. 118. 62 ſię imitari illud Dauidis, media, inquientis, nocte ſurgebam ad confitendum tibi, &c. Non eſt dubium poſſe eſſe religionem vbi non ſit communis laus diuina, ſed ego loquor de illis, quæ tot miraculis, & tot ſæculorum approbatione omnem inuidiam & maledicentiam ſuperarunt. Maneat vnicuique gradus ſuus, & iungat omnes, Chriſtiana concordia, neque pes contra brachium & manum eleuetur, neque oculi calcaneum contemnant. De iuſto Sap. 4. 13.
celerius moriente dicitur, conſummatus in breui expleuit tẽpora multa, non ſolum ob bonorum operum frequentiam, ſed ob vitæ temperantiam, quæ ſomnum facit breuiorem. Ciborum namque parcitas cum animi puritate, & diuinarum rerum contemplatione ſomni magnam partem excludunt; tantum ergo plus homo iuſtus viuit, quantum minus ſomno indulget. Vita iuſti vera eſt vita; impius etiam ſi vigilantiſsimus non viuit vitam rationalem, quare ſemper moritur, & prius deſinunt quidam viuere, vt rectè dixit Seneca, quam vitam Epiſt. 23.
inchoent. Sed de hoc alibi, hic indicaſſe ſufficiat. Illud addendum, quod paradoxum videtur Pſalm. 54. v. 24. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Videmus multos impios ad vltimam ſenectutem peruenire ſanos, lætoſque: quid ergo voluit ſignificare Dauid? Reſpondeo, omiſsis illis, quæ in commentario Iobi me dixiſſe exiſtimo, reſpondeo inquã iuxta id, de quo nunc ſermonẽ facimus, per viros ſãguinũ intelligi omnes ſceleratos, per doloſos, ſiue vt eſt in Hebræo, viros doli, auaros, & diuites otioſos, quos ſaturitas nõ ſinit dormire & nõ ſolũ bonã noctis partẽ, ſed etiã

diei

diei iacent in lecto, partim dormientes, partim ſtimulantibus curis vigilantes:alij vero ſcelerati, quibus leuiores curæ inſunt, crapula & ebrietate oppreſsi longiſsimum ſomnũ dormiunt, & ſimiles mortuis diu iacent.

V. 12. H. *Eſt mala infirmitas, vidi ſub ſole, opulentia cuſtodita dominis ſuis in malum ſuũ.*

Lat. *Eſt alia infirmitas peſsima quam vidi ſub ſole: diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui.*

POTEST eſſe confirmatio præcedentis ſententiæ:& noua malorum auaritię & diuitiarum enumeratio. Afferunt diuitiæ peſsimam ægritudinem, ſcilicet, longam & moleſtam vigiliam, curarum tumultum, non ſinunt hominem auarum noctu quieſcere: æger eſt animus, quoniã cupiditas, ſolicitudo, metus morbi ſunt animi. Sicut corpora horrore & frigore corripiuntur, & febrili calore inflammantur, quandoq. diuturna tabe conficiuntur:ſic animorum ægritudines homines occupant, lædunt. perduntque. Maraſmus eſt inueterata cupiditas, febris eſt ſolicitudo: metus eſt ſimilis rigori, ſiue vehementi frigori, quod febrim pręcedit. Hæc mala comittantur diuitias cuſtoditas. Quid ſi amittantur, vel diripiantur, aut naufragio pereant? tantus erit dolor & mæſtitia, quanta erat cupiditas: metus & ſolicitudo in lacrymas & lamenta conuertentur. Nemo eſt, qui ignoret horum malorum magnitudinẽ & acerbitatem, niſi talis ſit, qui nihil vnquam dilexerit, nullius rei ſolicitudine anxius fuerit; cum autem diuitiarum amor ſit vehemens ſic etiam metus & ſolicitudo vehementes ſunt. Malebat Horatius carere diuitijs, quam his malis angi, ſic inquiens.

Diuitiæ noxiæ. (margin)

Serm. l. 1. Saty. 1. (margin)

An vigilare metu exanimem, noctesq. diesq.
Formidare malos fures, incendia, ſeruos,
Ne te compilent fugientes: hoc iuuat? horum
Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum.

Iuuenalis exemplis ſententiam Eccleſ. confirmat inquiens: *Saty. 10.*

Sed plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonia cenſus:
Temporibus diris igitur iuſſuq. Neronis
Longinum, & magnos Seneca prædiuitis hortos
Clauſit, & egregias Lateranorũ obidet ædes
Tota cohors: rarus venit in cænacula miles,

Audiſti

Audiſti tria exempla pereuntium propter opes, audi nunc metum diuites inſequentem:

Paucula licet portes argenti vaſcula puri,
Noctu iter ingreſſus gladium contumq. timebis,
Et mota ad lunam trepidabis arūdinis vmbram.
Cantabit vacuus coram latrone viator.

Periculo diuitum idem docet veneni exemplo, qui enim diuitias expetunt huic etiam malo ſe exponunt. Sequitur,

Prima fere vota, & cunctis notiſſima templis,
Diuitiæ vt creſcāt, vt opes, vt maxima toto
Noſtra ſit arca foro: ſed nulla aconita bibuntur
Fictilibus, tunc illa time cum pocula ſumis
Gemmata &c.

Quidam theſaurum abſconderat in foramine quodam, alter vitæ deſperatione laqueo vitam finire decreuerat, dum locum facinori aptum quærit inuenit theſaurum, quem ſecum detulit, & ibi laqueū reliquit, qui abſconderat theſauro non inuento laqueo illo ſuſpenſus interijt. Qua de re hoc extat Auſonij Epigramma.

Qui laqueum collo nectebat reperit aurum,
Theſauriq. loco depoſuit laqueū.
At qui condiderat poſtquam non reperit aurum
Aptauit collo quem reperit laqueum.

Lege Baptiſtæ Fulgoſi lib. 9. ca. 4. Quot viros ac fæminas neci dederit Tiberius Cæſar auariſſimus ac crudeliſsimus, illi autem qui occiſi ſunt in malum ſuum diuitias conſeruauerant. Caligula quoq. Imperator teſtatores vt ſe hæredem relinquerent cogebat, ſi morbo liberati ſuperuixiſſent veneno tollebat, vt hæreditate poriretur: ab huius crudeliſsima auaritia pauperes erant tuti. Venerat ad Petrum Caſtellæ regē petendi auxilij cauſa Rex Granatę: adduxerat ſecum magnam auri copiā, crudelis, auar⁹, ac perfidus Rex Petrus Maurum ſpoliatum iaculis confodi iuſsit. Crudeliſsimi etiam extiterunt Romani milites, qui Ieroſolymam obſidebant, auaritia enim ſtimulante Iudæos ab vrbe fugientes viuos exenterabāt, vt intra viſcera aurum inueſtigarent. Miſeri Iudęi in inteſtinis aurum cuſtodiebant, ſed huius cuſtodiæ fama plurimis mortem attulit, attuliſſetq. pluribus niſi Titus Imperator graui edicto crudelitatem auaram repreſsiſſet. Mitius paucis ante annis ſe gerebant Galli aduerſus Hiſpanos Romam petentes, nam data potione alui lubricitatem inducebant, vt cum excrementis exirent monetæ aureæ ſi quæ deuoratæ eſſent. Hoc abhære- Ioſeph.

Digitized by Google

hæreticis prædonibus fiebat, qui tunc coerceri regis imperio nõ poterāt. Sed atrocius eſt quod fiebat à quibuſdā Hiſpanis, nam indigenas diuites capiebāt,& ingenti pecunia redimere cogebant: diuitum domos inuadebant & ſpoliabant, & aliqui diuites libere in publicum prodire non audebat, ne à prædonibus captiui ducerentur, quæ mala Dei beneficio & Regiorum miniſtrorum diligentia iam ſunt exterminata cum ipſis auctoribus. Nihil modo dico de crudelitate,id ſolum ago, vt indicem diuitias conſeruari in malum dominorum ſuorum. Nec ſolum hoc,ſed auri & argenti opinio ac vicinitas nocet, quod ſatis probat innumerabilium hominum multitudo quos apud occiduas Indiæ regiones auaritia atque crudelitas interemit. Sed iam finem faciamus. Legendus Cicero lib. 1. de Finibus vbi auaritiam indicat eſſe ægritudinem ſiue morbum, & alias affectiones, quæ auaritiam comitantur.

v.13. H. *Et perit opulentia ipſa in afflictione mala:& genuit filiū & nō in manu eius quicquam.*

Lat. *Pereunt enim in afflictione peſſima:genuit filium, qui in ſumma egeſtate erit.*

HOC eſt aliud diuitum malum, ſiue duplex malum, quoniam ſæpe diuites ad miſeram deueniunt paupertatem ac ſeruitutem,quos præteritæ fortunæ recordatio maxime cruciat: eſt enim graue infęlicitatis genus fuiſſe fælicem. Cū ergo diuitiæ pereunt vehemēter affliguntur illarum amatores. Thren. 1. num. 7. Recordata eſt Ieruſalèm dierum afflictionis ſuæ, & præuaricationis omnium deſiderabilium ſuorum, quæ habuerat a diebus antiquis &c. v. 10. Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius &c. huius mutationis exempla non pauca ſuppeditabit tertius & quartus liber regum, præſertim vbi Ieroſolyma & templum diripitur, & vbi Iſrael & Iuda ducuntur captiui. Sed ſi diues nihil in vita patiatur incommodi, in morte magno dolore conficitur, quia non ſolum vita, ſed rebus charíſsimis priuatur. Huic miſeriæ alia ſolet ſuccedere, hoc eſt, vt filium, quem reliquit hęredem, & cuius cauſa miſere ſe torſit, egeſtas opprimat: quod ſi non videt at ſuſpicari debet, & animaduertere ſe vane pro re incerta ſudaſſe. Multorum diuitias cernimus permanentes & auctas poſterorum ſtudio, vt in primo genitorum, Ducū, Comitum, Marchionū domi-

domib⁹ apparet, ſed id incertũ eſt, nam multæ ſimiles domus extinctæ ſũt:quare auarus & diues pro re incerta laborat, cum tamen certa illũ & æterna maneat damnatio.

v. 14. H. *Quemadmodum egreſſus eſt ex vtero matris ſuæ nudus & quicquam non portabit in (vel de) labore ſuo, quod vadat in manu eius.*

Lat. *Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ ſic reuertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo.*

v. 15. H. *Et etiam hæc mala infirmitas, omni pacto quo venit abit, & quid vtilitatis ei, quod laborauit in ventum?*

Lat. *Miſerabilis prorſus infirmitas quomodo venit ſic reuertetur: & quid prodeſt ei, quod laborauit in ventum?*

TAM ſumus ad res præſentes attenti, tam ſtupidi illarum admiratores vt de futuris nihil cogitemus, neque res maniſeſtiſsimas aduertamus, quarum conſideratio nobis poteſt eſſe vtiliſsima. Quis ignorat res huius ſæculi nulli vſui eſſe poſt hanc vitam? quis neſcit nos nudos naſci & nudos reuerti in ſepulturam, niſi putemus veſtes illas, quibus cadauera inuoluuntur prodeſſe defunctorum animabus, quod eſt ſtultiſsimum dictu & cogitatu. Ob hanc cauſam ſapiens, illa nunc nobis ponit ob oculos, quæ cuiq. ſunt certiſsima. Eandem ſententiam habes Iob. 1. num. 21. cap. 27. nu. 19. Pſal. 48. v. 18. 1. Timo. 6. num. 7. ſiue pater diues, ſiue eius filius, eadem conditione naſcuntur & moriuntur. Mors ſola fatetur quantula ſint hominum corpuſcula. Tunc cum interierit diues, potens, princeps, non ſumet omnia, neque deſcendet cum illo gloria eius exibit ſpiritus eius & reuertetur in terram ſuam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Pſ. 48. 18. Peſsima, ac miſerrima ægritudo animi, quæ ſic ſenſus perturbat, vt non ſinat oculos attollere, & mentis aciem intẽdere in finem vaniſsimorũ ſtudiorum, quibus in ventum laboramus: omnis labor noſter in tenuiſsimam auram euaneſcit. Iithron, id eſt amplius. cap. 1. v. 3. prodeſt &c.

Laborare in ventum eſt fruſtra laborare, oleum & operam perdere. Sic Prou. 10. v. 4. Qui nititur mendacijs hic paſcit vẽtos &c. Hoc eſt, ventorum paſcendorum curam habet, eſt vẽtorum paſtor: vel nutritur ventis, ſicut oues depaſcunt herbas, ſic ipſe depaſcit ventos: quouis modo intelligatur. Va-

niſsima

Matth. 13. v. 22. niſsima cura intelligitur. Diuitiæ fallaces ſunt: quid illis fallacius, quæ fęlicitatem promittunt, & hominem in hac vita miſerum faciunt, ſi illis nititur, ſi in illis ſpem ſuam collocat: & in altero ſæculo miſerrimũ? Hic curis, ſolicitudine, metu, inuidia, & alijs ægritudinibus animum inficiunt, in ſæculo futuro æternis cruciant tormentis.

Prou. 11. Prouer. 11. num. 29. qui conturbat domum ſuam poſsidebit ventos, &c. id eſt, in vanũ laborabit, omni fructu carebit: ſed domus conturbatio auari propria eſt, Prou. 15. v. 27. Cõturbat domum ſuam, qui ſectatur auaritiam &c. non ſolũ cor & conſcientiam habet inquietam, ſed familiares ſuos peruertit, vt illum aut imitentur, aut oderint. Præterea illos conturbat dum neceſſaria ſubtrahit, dum nimium laborare cogit, dũ ſingula etiam minutiſsima ſcrutatur: quam vt vulgo dicitur, *Mal va à la caſa a donde el dueño ſabe quantos huevos pone la gallina*, id eſt, miſera eſt domus vbi herus nouit quot oua gallina pariat. Conturbat etiam domum ſuam, quia eius poſteri dant pænas iniquitatis ipſius, vel bonis illis male partis ſpoliantur filij auari, quod maiorẽ affert animi turbationem & dolorem, quam ſi in paupertate ſemper vixiſſent. Sed hanc ſententiam videtur protuliſſe Salomon, vt nobis in memoriam reduceret ſcelus Achan qui auaritia corruptus pręuaricatus eſt Dei mandatum Ioſue cap. 7 & tam ipſe quam filij eius, & omnia quæ poſsidebat perierunt, ipſe & filij eius lapidibus obruti ſunt: cætera igne conſumpta. Cui dixit Ioſue, quia turbaſti- Ioſue. 7. nu. 25. nos, exturbet te Dominus in die hac: & vocatum eſt nomen loci vbi mortuus eſt Achan, vallis Achor. Acar ſignificat turbare, exturbare, conturbare: & hoc verbum eſt in hoc loco & Prou. 15. ex quo ſequitur non ſolum auarum paſcere ventos, ſiue ſpiritus, quia cum interierit non ſumet omnia, neque Pſ. 48. 18. deſcendet cum illo gloria eius: ſed erit paſtus ſpirituum malignorum. Tenere ventum. Prou. 27. num. 16. Perſequi ventum Eccli. 34. num. 2. paſcere ventum Ierem. 22. num. 22. Oſeæ 12. num. 1. ſeminare ventum Oſeæ. 8. nu. 7.

v. 16. H. *Etiam omnibus diebus ſuis in tenebroſitate comedit, & irritatione multa, & infirmitate ſua & iracundia.*

Lat. *Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris, & in curis multis, & in ærumna atque triſtitia.*

Auaritia mala. HIS nominibus ſignificat Eccleſ. ingẽtem malorum auari

auari cumulum. Tenebræ ſimbolum præſeferunt calamitatis & miſeriæ, de qua re non ſemel dictum eſt in commentarijs Iobi ſicut lux ſignificat lætitiam, gaudiũ, & quicquid fauſtum eſt ac fœlix. Solent homines ad menſam depoſitis curis & mærore animum relaxare, ſed auarus ſemper triſtis ac mæſtus curis conficitur. Tenebræ iſtæ, ad peccata etiam, quibus animus inuoluitur, pertinent. Aliqui hoc ad ſordidum victum auari referunt, qui aliorum oculos deuitat, ne videant eius vilitatem, vel ne cogatur aliquem ad cibum inuitare, qua propter abſconditur & in tenebroſo loco comedit. Alia nomina non tranſtulit vulgatus ad rigorem. Hebraicæ ſignificationis, ſed ſenſum optime expreſſit. In curis H. Cahhaç numero

Cahhaç.

ſingul. Indignatię Eccleſ. primo v. 18. Iob. 17. v. 7. &c. Ira Deuter. 32. num. 17. Iob. 6. v. 2. Pſ. 30. v. 10. Iracundia Iob. 5. num. 2. Prou. 21. num. 19. Iud. 2. num. 12. &c. furor Pſ. 6. v. 8. Mæror 1. Reg. 1. num. 16. Irritatio Ezech. 20. num. 28. 4. Reg. 23. num. 26. Dolor. Pſal. 9. H. 10. v. 14. Poteſt etiam ſignificare exacerbationem &c. quia verbum Cahhaç ſignificat exacerbare, irritare, affligere, ad iracundiam prouocare, concitare &c. Proprie nomen ſignificat indignationem & iracundiam, ſed hæc naſcuntur ex impedimentis, quæ non ſinunt nos conſequi id, quod expetimus, inde ſequitur exacerbatio, mæror, dolor: curæ autem ſunt communes omnibus amatoribus, ſed multo vehementiores in auaris, qui lucri deſiderio tenentur & quod iam adepti ſunt metu & ſolicitudine cuſtodiunt. Si amittunt aliquid, grauis illos inuadit animi angor, neq. rarũ eſt auaros quoſdam ſe ipſos interimere correptos dolore alicuius detrimenti.

Choly, id eſt, ærumna, Proprie ſignificat infirmitatem, langorem. Deuter. ca. 7. num. 15. cap. 28. num. 61. 3. Reg. 17. num. 17. Iſa. 1. num. 5. ca. 53. num. 4. infirmitas 4. Reg. cap. 8. num. 9. cap. 13. num. 14. 2. Paral. 16. num. 12. Pſal. 40. v. 9. idem ſignificat Cholah. Eccleſ. 5. num. 12. num. 15. *Choly.*

Qeteph. i. Triſtitia. proprie furor, ira, indignatio. Sed huiuſmodi affectus comitantur triſtitia, dolor, curæ. Qualis igitur erit auari vita his furijs exagitata?

Auarus nauigans mortem ante oculos ſemper habet, orta tempeſtate merces in mare proijciuntur. Si nauigare non audet, & merces nauigio deportantur, perpetua ſolicitudine ac metu occupatur. Si fruges recondit ſterilitatem optans,

com-

communis calamitas ei lætitiam parit, ſi opportune pluit, aquæ guttæ ſingulæ quaſi acutæ ſagitæ cor eius transfigunt: ſi venit opportuna ſerenitas, mens illius dira caligine obruitur. Miſerrimam ſane vitam viuit auarus. Cicero lib. 1. de Finibus, commemoratis malis, quæ naſcuntur ex cupiditate, ſcilicet, odia, diſſenſiones, bella, contentiones &c. Ex quo, inquit, vitam amariſsimam neceſſe eſt effici &c. Item, accedunt ægritudines, moleſtiæ, mærores, qui animos exedunt &c.

V. 17. H. *Ecce quod vidi ego bonum, quod pulchrum: comedere, & bibere, & videre bonum in omni labore ſuo, quo laborat ſub ſole numero dierum vitæ ſuæ, quos dedit illi Deus, quia iſtud pars eius.*

Lat. *Hoc itaque viſum eſt mihi bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore ſuo, quo laborauit ſub Sole numero dierum vitæ ſuæ quos dedit illi Deus: & hæc eſt pars illius.*

SIMILIS ſententia extat cap. 2 numer. 24. & cap. 3. num. 22. vbi non tamen ex vulgi opinione quam ex veriſsima philoſophia, docet rectū vſum rerum, quas noſtro labore comparamus. Inſtruit, non perfectiſsimum virum, neque perfectionis viam monſtrat, qualem Chriſtus docuit exemplo & verbo, ſed ad omnes homines ſermonem facit: & licet mundi vanitatem prædicet, & ad rerum mundanarum contemptum inducat, non docet omnium rerum abdicationem, neque quietiſsimam contemplationis vitam informat. Labor eſt omnibus communis, rerum bonus vſus paucis innotuit, & multi nouerunt, nec tamen amplexi ſunt: alij namque vanæ gloriæ cupidi, fiunt prodigi alij concupiſcentia carnis illecti bona perdunt: alij auaritia corrupti ſine modo in acquirendo laborant, & in ſeruando ſolicitudine ac metu excruciantur. Seruare modum docet, quod imitatus Horatius dixit, Saty. 1.

Non ego auarum
Cum te veto fieri, Vappam iubeo
ac nebulonem.

Item,

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos vltra citraq. nequit conſiſtere rectum.

Antea dixerat:

Neſcis quid valeat nummus, quē
[illegible]

Panis ematur, olus, vini ſextarius, adde
Queis humana ſibi doleat natura negatis.

Tribuat diues ſibi, quod neceſſariũ & honeſtum eſt, animum a cupiditate vacuũ habeat, peccata ſua eleemoſynis redimat, quibus etiam vitam æternam comparet. Sed hoc melius nos docebit Apoſtolus, cuius verba poſſunt eſſe huius loci cõmẽtarius 1. Tim 6. n. 17. Diuitibus huius ſæculi, inquit, præcipe nõ ſublime ſapere, neq. ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo (qui præſtat omnibus abunde ad fruendum) bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, cõmunicare, theſaurizare ſibi fundamẽtum bonum in futurum, vt apprahendant veram vitam. Ecce docet quis diuitiarum vſus ſit, & quibus vitijs diuites implicentur, a quibus ſibi debẽt cauere, ſolẽt enim diuites eſſe ſuperbi, alios cõtemnere, in opulẽtia vane cõfidere, ſordide retinere res ſuas. In pauperes ſunt duri & inexorabiles, futuræ vitæ obliuioſi. Iubet igitur vt illis commendetur humilitas, & diuitiarum cõtemptus, non vt temere aut vane illas profundant, ſed ne in illis ſpem ponant, quæ in Deo ſecura erit & honeſtiſsima, non ſordide viuant ſed modeſte rebus fruantur, ideo enim Deus abundanter tribuit. In reliquis verbis docet omnem viuendi rationem honeſtam & bonorum communionem, quam charitas poſtulat, & fructum iſtius communionis, hoc eſt, fundamentum bonum, quod nulla calamitatis tempeſtas neque mors ipſa poteſt euertere: ſupra quod fundatur meritum veræ vitæ. Tropologiam vide. ca. 6. v. 5.

Etiam omni homini cui dedit Deus opulentiam & diuitias & poteſtatem dedit ei ad commedendum ex ipſo, & ad tollendum partem ſuam & ad lætandum in opere ſuo: hoc donum Dei ipſum. v. 18. H.

Et omni homini, cui dedit Deus diuitias atque ſubſtantiam, poteſtatemq. ei tribuit, vt comedat ex eis, & fruatur parte ſua, & lætetur de labore ſuo: hoc eſt donum Dei. Lat.

Bonus rerum vſus Dei donum.

QVASI rem ſumme neceſſariam homini ſæpius repetit: Bonus enim rerum vſus præſentem vitam iucundam facit, & hominem ad veram vitam ducit. Veram vitam vocat Paulus, futuram in cælis, quia iſta vana & vmbræ ſimilis eſt. Qui ſapit de bonis ſuis ſibi benefacit, & alijs, ſcit enim ſe nihil auferre poſſe. Ideo bonũ fundamen-

damentum theſaurizat in futurum. Inſigne ergo Dei donum eſt bene vti reb⁹ acquiſitis, quæ cum ſint viliſsimæ tamen bono vſu maximum afferunt emolumentum: remota autem auaritia & inani inſatiabilique cupiditate, charitas hominem facit liberalem, & docet theſaurizare theſauros in cælo. Dante Deo habemus temporalia bona, ſed ſæpe ipſo permittente amittimus. Iob. 1. n. 21. Dominus, inquit, dedit. Omnia iuſte acquiſierat. Sunt qui Deo vetante contra eius præcepta diteſcere volũt, tales ſunt auari. Sed bonus diuitiarum vſus ſemper eſt Dei donum, quod nulli negat, ſed poſtulandum eſt cũ animi ſubmiſsione. Dono Dei diues valde effectus eſt Abraham, eiuſdem dono ab omni cupiditate erat alienus, & ſubſtantia ſua recte vtebatur. Vis agnoſcere animum nulla cupiditate impeditum, audi: Ego (inquit Dom.) protector tuus & merces tua magna nimis. Et dixit Abraham, Domine Deus quid dabis mihi? ego vadam abſque liberis &c. quaſi dicat, iam mihi ſuppetunt omnia ad vitam neceſſaria, non habeo filios, quibus theſaurizem, quorſum plura appetam? Vide etiam donum boni vſus. Gen. 18. Abraham in ipſo feruore diei præſtolabatur tranſeuntes vt duceret in domum ſuam. Lot etiam

Gen. 15.

Gen. 18.

Angelos putans homines eſſe compulit in domum ſuam ne manerent in platea. Iob. 31, num. 16. Si negaui, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci: ſi comedi buccellam meam ſolus &c. Cũ beneficis alicui non expectes, vt tibi gratiæ agãtur, ſed tu Deo gratias age, qui tibi tribuit bona, & illorum bonum vſum. Si Deo gratiarum actiones debemus propter bona temporalia, multo magis propter rectũ & honeſtum illarum vſum, nam illa ſunt cõmunia bonis & malis: bonus autem vſus peculiare eſt Dei donum, bonis tantum conceſſus, aut vt per illum boni efficiamur, & veram vitam apprahẽdamus. Duo nomina hic ponuntur quæ diuitias ſignificant, primum eſt, Hhoſer, id eſt diuitiæ, ſic fere ſemper vertit vulgatus opes. Gen. 31. nu. 16. Dan. 11. nu. 2. Alterum eſt Necaçym, quod idẽ ſignificat, ſed vulgatus ſolet vertere. Subſtantiam Ioſue 22. nu. 8. 2. Paral. 1. nu 11. n. 12. 1. Eſdræ, 7. num. 26. Eccleſ. 5. nu. 18. cap. 6. nu. 2. Arca. ſcilicet tributorum. 1. Eſdræ. 6. n. 8. in illis locis Paral. & in iſtis Eccleſ. iunguntur hęc nomina Hhoſer Necaçym, id eſt, Diuitiæ, ſubſtantiæ.

Iob. 31.

Hhoſer.

Necaçym.

Salyt. i. poteſtas, hic vertit Ar. Montanus, & Pagni. Facultatem, ſed verbũ Salat imperiũ & dominationem ſignificat, vt

Salyt.

S dicam

dicam cap. 7. num. 20. Quare non ſolum ſignificat facultatem, qualis eſt in homine ſano ſed præcipue illā quæ eſt in homine auaritię experte, qui domi natur diuitijs ſuis, auarus enim ſeruus eſt illarum, diuitiæ auaro dominantur; liberalis & miſericors eſt generoſus ac liber, qui recte dicere poteſt: Et mihi res, non me rebus, ſummittere
Ioan. 6. v. 1. conor. Nouit retinere & expendere; & ſicut Chriſtus poſtquā quinque millia hominum pauit in deſerto, iuſsit colligere fragmenta ne perirent, ſic vir miſericors in pauperes liberalis eſt, & tamen fragmenta colligit, res etiam minutas curat, quia omnia prudentia moderatur, ſcit abundare & penuriam pati: vir iuſtus & diues, qui poſt aurum non abijt, neque ſperauit in pecunię theſauris, eſt tanquam nihil habens & omnia poſsidens. Auarus autem cui imperat cupiditas ſeruus eſt opum, earum cuſtodiæ deputatus, quas cum metu & tremore ſeruat. Illorum malorum ſeruus eſt, quæ diximus coniuncta eſſe cum auaritia. (Sed de hoc iterum redibit ſermo ca. 10. v. 10.) Cum igitur vir prudens & liberalis ſciat imperare diuitijs non ſolum habet facultatē, ſed poteſtatem, dominationē, imperium: quare multo melius, & nominis proprietati conformius vertit vulgatus, poteſtatem.

Si donum Dei eſt bene vti his diuitijs, quas humana induſtria parauit, vel alia ratione ad nos peruenerunt; quanto erit præclarius donum, lætari & frui illis diuitijs, quas nobis Chriſtus ſanguine ſuo acquiſiuit? Magnæ ſunt diuitiæ, incomparabiles theſauri ſacra eloquia, cæleſtia myſteria; quid dicam de Sacramentis Eccleſiæ. Fælix ille cui Deus dedit poteſtatem filium Dei fieri, & de pane cæleſti comedere, ſinceroque animo frequenter ad ſacram Euchariſtiam accedere. Hęc non nobis parauimus labore noſtro, ſed dono Dei habemus, & labor Chriſti acquiſiuit.

Quia non multum recordabitur dierum vitæ ſuæ, quia Deus reſpondens in lætitia cordis eius. v. 19. H.

Non enim ſatis recordabitur dierum vitæ ſuæ, eo quod Deus occupet delicijs cor eius. Lat.

HOMO natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miſerijs: cum ergo vita ſit laborioſa, deberet ſufficere diei malitia ſua; ſed improbitas noſtra vitam reddit acerbiorem, nullius tamen acerbior quam auari qualis eſt latro, iudex iniquus, aduocatus & ſcriba rapaces, mercator fraudulen-

Iob. 14.
Matth. 6. 34

dulentus, & ſimiles his, qui præſentium amore capti, ſpe rerum pereuntium decepti, improbo ſtudio anxij miſeram vitam viuunt. Quam ſi delinire curent turpi voluptate, ciborum delicijs, ebrietate, & vaniſsima diuitiarum oſtentatione, tanto infæliciores fiunt, quanto ſuæ falſæ fælicitatis maiorem conantur oſtentationem facere; ſic enim maioribus ſe obligant poſt hanc vitam tormentis, quia pluribus hic abundant delictis. Habet diues magnum vitandi tædij adiumentũ, poteſt vitæ huius malorum magnitudinem decurtare, imo poteſt magna ex parte iucundã reddere. Caret illis incommodis, quibus paupertas abundat, & bono diuitiarum vſu lætiſsimam ſpem concipit vitę beatę, Deus quoq. mirifice illius cor lætitia afficit, & conſolatione

Prou. 12. de mulcet. Prou. 12. v. 22. Non

Iuſti tribulatio. contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. Nunquid non patiuntur boni perſecutiones malorum? nonne ægritudinibus & infortunijs ſunt obnoxij? non illos proximi calamitas triſtitia

2. Cor. 11. v. 29. afficit? quis infirmatur (inquit Apoſtolus) & ego nõ infirmor? quis ſcandalizatur & ego non

Pſa. 33. v. 20 vror? Multæ tribulationes iuſtorũ, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Iuſtus non abſorbetur triſtitia, conſideratione diuinæ bonitatis & prouidẽtiæ ſeipſum confortatur: ſpe cæleſtis præmij roboratur; non igitur illum contriſtabit malum, quia gaudet in aduerſis ſcit enim, quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, &c. Et ſicut abundant paſsiones, ſic per Chriſtum abũdant conſolationes: & ſecundũ multitudinem dolorum in corde meo (inquit Dauid) conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Nulli autem hoc copioſius accidere poſſe apparet, quam diuiti miſericordi, quia Deo ſimillimus eſt, ſimilitudo autẽ cauſa amoris eſt, quare cũ Deus ſit miſerator & miſericors, longanimis & multũ miſericors; cui propriũ eſt miſereri ſemper, miſericordes pręcipuo amore amplectitur, taleſq. ſpirituali gaudio afficit, & ſpe æternę vitæ fulcit, cõfirmatq Hæc quæ dixi docet in præſenti Eccleſ. diues, inquit, beneficus ſibi & alijs vtilis eſt, liber eſt ab illis curis, quæ auarũ conficiunt; iucundã vitam gerit, quia neq. neceſſarijs caret, neq. vitia contrahit intẽperantium, & luxurioſorũ: mala occurrentia patienter fert, multaq. triſtitiæ refutat argumenta, ſciens vitã hanc eſſe breuiſsimam, & æternam non defuturam miſericordibus.

Rom. 8. 28.

Pſ. 93. v. 19.

Miſericor.

Pſ. 102. v. 8.

Zacar. Zacar id eſt, recordari, meminiſſe. Sed non ſemper præteritorum eſt, vel ſi præteritum includit id refertur

 ad ſi-

ad ſimilia quæ præterierunt, vel ad præteritam rei cogitationem. Vulgo dicimus de homine vehementi aliqua cogitatione impedito: *No ſe acuerda de comer*: non recordatur prandij aut cœnæ. Vulgarus aliquando vertit per alia verba vt Iud. 9. num. 2. Conſiderare. Ierem. 4. num. 16. Dicere. Pſal. 19. v. 8. Inuocate. Exod. 23. 13. Iurare. Num. 5. num. 15. inueſtigare. In præſenti recordari eſt conſiderare mala huius vitæ, quorum obliuiſcitur iuſtus ac miſericors, quia ad benefaciendum attendit, & æterna meditatur gaudia.

Mahhaneh poteſt eſſe participium, vel nomen a verbo Hhanah, ſed quo ad ſenſum parum refert. Hhanah autem ſignificat reſpondere, loqui, concinere, exaudire &c. *Reſpondere Phraſis.* Notanda eſt Phraſis. Reſpondere hic ſignificat retribuere, recompenſare, de qua dixi Iob. 15. v. 6. Geneſ. 30. num. 33. reſpondebit mihi cras iuſtitia mea, id eſt, apparebit, quando iuſtitiæ merita demonſtrabit euentus proſper. Vide Iſa. 59. num. 12. cap. 3. num. 9. Ierem. 14. num. 7. Oſeæ 5. nu. 5. Vulgatus in præſenti Phraſim explicuit vertens, eo quod Deus occupet delicijs cor eius. Reſpondere in lætitia cordis, eſt cor lętificare, & pro diuitiarum in pauperes diſtributione, alioque vſu recto, Deus cor diuitis non ſolum moleſtia, cura, metu, torturaque, quibus auari diſcruciantur, liberat: ſed gaudio cordis miſericordem exultare facit, & beneficia recompenſat honeſtiſsima cordis alacritate, qua illa quæ retro ſunt obliuiſcitur vir pius, & ad priora ſe extendit, ad deſtinatum perſequitur ad brauium ſupernæ vocationis. Philip. 3. 13.

CAP. SEXTVM.

v. 1. & 2. He. *Eſt malum quod vidi ſub ſole, & multum ipſum ſuper hominem Vir cui dedit ei Deus diuitias & opes & gloriam, & non ipſe indigens animæ ſuæ ex omnibus, quæ deſiderabit, & non potentem faciet eum Deus ad comedendum ex illo, ſed (vel quia) vir extraneus comedet illud: hoc vanitas & infirmitas mala ipſum,*

Eſt

Lat. *Eſt & aliud malum, quod vidi ſub ſole, & quidem frequẽs apud homines. Vir cui dedit Deus diuitias & ſubſtantiam & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus, quæ deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus, vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas & miſeria magna eſt.*

FÆLIX ille diues, qui rebus ſuis dominatur, qui cupiditati non ſeruit, cuius animus liber eſt, qui dono Dei bene vti ſcit diuitijs, neque huic præclaro dono anteponit auaritiam. De tali egit cap. 5. v. 17. &c. Nunc reuertitur ad auarum qui donum Dei ſępe oblatum reſpuit, qui opibus abundat, & honore hoc eſt, dedit ei Deus multa bona, quibus ſi rite vteretur in pretio & honore eſſet, ſed ob ſordidam auaritiam male audit contemnitur, male dicitur. Laborat miſer extraneis, ad quos tandem opes
Prou. 28. eius deuenient. Vide cap. 2. v. 26. Prou. 28. v. 8. Qui coacervat diuitias vſuris, & fęnore liberali in pauperes, congregat eas. Hæ ſunt auarorum artes à quibus non longe abſunt principes, qui tributis vexant plebem, cum diuites & potentes ſint huius vexationis fere expertes, non enim ſeruatur tributorum proportio, ſiue ratio erga perſonas, quod inter multa alia requiritur ad iuſtitiam tributorum. Merito dici poſſunt homines liberales & miſericordes extranei ipſi auaro, quia nihil eſt magis contrariũ.

Dicet aliquis ſi bonus vſus diuitiarum eſt donum Dei, & *Deus omnibus offert bonum.* Deus auaro non dedit poteſtatem huius boni vſus, non eſt vituperatione dignus, nemo enim ad impoſsibile obligatur. Reſpondeo hanc difficultatem cõmunem eſſe, nemo enim ſufficientiam habet cogitandi aliquid honeſtum Deoq. gratum, ſed ſufficientia ex Deo eſt; & ſine Deo nihil poſſumus facere, quod ſit ad vitam æternam conducibile, ac conſentaneũ. Quid ergo: excuſationẽ habebimus, aut dicere poterimus per nos non ſtetiſſe ſed Deum noluiſſe iuuare infirmitatem noſtram? abſit, Dare & accipere ſunt reſ- *Dare accipere* pectiua; vno modo dicitur dari aliquid cum accipitur; alio modo cum offertur vt accipiatur, ſed oblatum ab ſtulto & ingrato, aut arrogante contemnitur. Sæpe Deus offert, ſed non dat, quia homo oblatum donum non accipit; ſemper offerentis liberalitas præſto eſt, ſed accipientium magna tarditas, magna raritas. Non prætendat vanam excuſationem

peccator, quia Deo ſæpe repugnat vocanti, allicienti, trahenti, aut trahere volenti. Prou. 1. v. 24. Vocaui & renuiſtis, extendi manum meam & non fuit, qui aſpiceret, deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ad Hebreos 12. num. 7. Tanquam filijs vobis offert ſe Deus & num. 15. Contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei & 1. Petri 1. num. 13. Succincti lumbos mentis veſtrę, ſobrij perfecte ſperate in eam, quę offertur vobis gratiam. Sed de hac re alibi opportunius. Illud non prætermittendum quod dicitur Iacobi cap. 1. num. 5. ſi quis indiget ſapientia poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter &c. Si dat omnibus ergo nullus indigebit? Reſpõſio manifeſta eſt ex dictis: dicitur Deus dare quia offert, inuitatq. & dare paratus eſt, manus accipientes ſunt deuotæ preces & animi ſubmiſſio. Chaçar, id eſt deeſſe, auferre, indigere, deficere, &c.

Prou. 1.

Vide Deut. c. 29. v. 4.

v. 3. He. *Si genuerit vir centum, & annos multos vixerit, & multum quod fuerint dies annorum eius, & anima eius non ſatietur de bono, & etiam ſepultura non fuerit ei: dixi, bonus præ illo abortiuus.*

Lat. *Si genuerit quiſpiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima eius non vtatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, ſepulturaq. careat: de hoc ego pronuncio quod melior illo ſit abortiuus.*

INTER bona, quæ homines magno deſiderio appetunt, non poſtremum locum habent fæcunditas, vitæ diuturnitas, præſertim cum rerum affluentia, ſic enim liberi rite educari poſſunt; ſed ſi cum his ſimul adſint duo mala, alterum auaritia ſordida, quę hominem facit diuitiarum ſeruum, neque illi permittit vti rebus ſuis ad quippiam boni: alterum eſt defectus ſepulturæ, vt finis reſpondeat meritis vitæ auari. Hæc mala bonorum illorum gloriam & ſplẽdorem obſcurant, delentque. Sola auaritia ſufficit ad inuoluendam tenebris omnem humanam fælicitatem; quia reddit auarum Deo & hominibus inuiſum; vnde Horatius dixit.

Nec vxor ſaluum te vult, non filius, omnes li. 1. Satyr. 1.
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ.
Miraris, cum tu argento poſt omnia ponas,
Si nemo præſtet, quem non merearis, amorem? &c.

Fæcunditas magno erat in pretio apud omnes, qui rem publi- *Fæcunditas.*

cam

Digitized by Google

eam ſuam amplificari cupiebāt, ſed Hebræis quaſi ſingulare beneficium id concedebat Deus, & ſterilitas opprobrio erat Pſ. 126. v. 3. Ecce hæreditas Domini filij, merces fructus ventris Pſ. 127. v. 3. Vxor tua ſicut vitis abundans &c. Deuter. 7. num. 14. Benedictus eris inter omnes gentes: non erit in te ſterilis vtriuſque ſexus &c. Exod. 23. num. 26. non erit infæcunda neque ſterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo. Longam etiam vitam Deus non promitteret niſi in votis eſſet hominibus, & per ſe vita bonum naturale eſt, ſi miſera eſt, noſtra culpa cauſa eſt miſeriæ, nam calamitates & infortunia bonis ſunt inſtrumenta meritorum, & multo illuſtriores redduntur in aduerſis, tunc enim animi magnitudo, & fortitudo ſplendeſcit. Si autem ſancti multis oppreſsi doloribus, vexatique calumnijs vitam finire cupiunt, non id fit vitæ odio, ſed malorum, & quia paulo poſt ſciunt ſibi eſſe moriendum: voluntque commutare præſentem vitam cum altera meliore Exod. 20. num. 12. Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram &c. Eccli. 30, num. 23. Iucunditas cordis hæc eſt vita hominis, & theſaurus ſine defectione ſanctitatis: & exultatio viri eſt lōgæuitas. Hæc exultatio

Pſal. 126.

Pſal. 127.

Deut. 7.

Exod. 23.

Eccli. 30.

ne caret Auarus etiamſi multos viuat annos, quia deeſt illi cordis iucunditas, deeſt illi theſaurus ſanctitatis, & ſi habet theſaurum, non habet illum ſine defectione ſanctitatis. Iucūdus homo qui miſeretur &c. Pſ. 111. Pſ. 90. v. 16. longitudine dierū adimplebo eum &c. Sed iſta lōgitudo dierū de æterna vita intelligi poteſt, nam ſequitur, oſtendā illi ſalutare meū. Et Pſal. 20. v. 5. vitam petijt a te, & tribuiſti ei longitudinem dierū in ſæculū & in ſæculū ſeculi: quod commode de vita præſenti intelligi non poteſt. Centenarius numerus ob ſui perfectionem pro magno numero ponitur: eſtq. locutio hyperbolica. Sabahh. i. ſatio, ſaturo, repleo, impleo vulgatus hic vertit, vtatur bonis &c. fortaſsis ne quis per ſaturitatē intelligeret crapulā. Nōn ſatiatur auarus, eſt inſatiabilis cupiditas. Eodem verbo Sabahh vſus eſt Salomō c. 5. v. 9. Auarus inquit, nō implebitur pecunia. Ex hac inſaturabilitate naſcitur abuſus diuitiarū quas Deus tribuit, vt benefici ſint diuites in ſe & in alios, vt ſint diuinę miſericordiæ imitatores, tunc illis Deus offert donum bene vtendi rebus cū occurrit pauper, & propter Deum eleemoſynam petit, optimus vſus bonorū temporalium cum æterna bona pro illorum commutatione quærimus. Sed auarus ſicut canis iuxta præ-

Pſal. 90.

Pſal. 20.

Sabahh.

ſepe neq. paleas comedit, neq. comedere ſinit.

Addidit Eccleſiaſt. ad cumulũ infælicitatis auari ſæpulturæ defectus. Militiã, nauigationem, mercaturam auaritia induxit, horum plurimi ſepultura carent, fiuntq. feratum vel piſciũ eſca. Quid ſi auarus ſicut Iudas ſeipſum interimat? Auarus parum eſt de ſepultura ſolicitus, totus in augenda re occupatur. Dignus eſt, qui careat ſepultura & tanquam brutũ animal inſepultus iaceat, quod infortuniũ
Eccle.10. ſi ob grauia ſcelera incurritur, auaro nihil eſt ſceleſtius. Eccleſiaſtici 10.n.8. Regnum, inquit, á gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias & contumeſias & diuerſos dolos: auaro autem nihil eſt ſceleſtius. Videtur indicaſſe in auaro originem omnium illorum malorum; cumq. ex auaritia & ſuperbia oriantur bella, ſępe ma-
Pſalm.78. nent corpora inſepulta Pſal.78. v.3. Effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ieruſalem & non erat, qui ſepeliret. Ierem. 14 n.16. erũt pro-
Ierem.14. iecti in vijs Ieruſalem præ fame & gladio, & non erit, qui ſepeliat eos. &c. Quamuis inſepultum iacere animæ non noceat, neq. magnificum ſepulchrum quicquam afferat vtilitatis homini mortuo, neq. nos oporteat de ſepultura eſſe ſolicitos vbi corpus iaceat ſine ſenſu, ſed de animi quiete in Paradiſo; tamẽ ſepeliendorum corporum cura inter miſericordiæ opera deputatur. Vide Tob. 1.n.22. & toto Tob.c.1.c.2 c.12.
c.2. ſed præcipue c.12.n.12. Quãdo orabas cum lacrymis (inquit Raphael ad Tobiam) & ſepeliebas mortuos &c. Viros Iabes Galaad, qui corpus Saulis ſepelierũt ſic per nuncios affatus eſt Dauid: Benedicti vos Domino, 2.Reg.2.5.
qui feciſtis miſericordiam hanc cum domino & ſepeliſtis eum, &c. Debetur hęc reuerentia humano corpori ob reſurrectionis futuræ fidem, qua etiam ſi careant gentiles multi, ſepulturæ corpora mandant, quia nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, & quod ſibi fieri cupiunt homines poſt mortem, id mortuis præſtant. Lege D. Aug. libro de cura pro mortuis agenda, & ſuper Pſalm.48 .conci.1. & 2.

Quia in vanum venit, & in tenebras ibit & in tenebris nomen eius operietur. v. 4. He.

Fruſtra enim venit. & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. Lat.

Abortiuus præfertur auaro, cum miſera ſit abortiui cõditio, in vanũ enim conceptus videtur, qui aut mortuus egreditur maternũ vterum, aut natus ſtatim moritur, ex tenebris ventris ad tenebras ſepulchri pergit. In vanũ veniſſe dicitur iuxta

ta vulgi opinionem,& iuxta parentum deſiderium, & communẽ naturæ ordinem;ſed non venit fruſtra ſecundum Dei prouidentiam,qui in liberis punit parentes,aut indicat eorum deſiderium vanum, qui curas ſuas Deo non committunt. Præterea aborſus ſæpe fit ob intemperantiam matris & fœminæ,& immodicam libidinem. Oſtendit etiam Deus miſericordiam ſuam in plurimos,qui ſani naſcuntur & diutius viuunt, oſtendit iuſtitiam puniens originale peccatum in abortiuis, & etiã miſericordiam, præueniens mala,quæ feciſſent, aut paſsi fuiſſent ſi viuerent. Sed ſecreta & arcana diuinæ Sapientiæ curioſius inquirere periculoſum eſt. Ex his conſtat quanto deterioris conditionis ſit auarus, qui in vanum accepit animam, & non ſolum in vanum venit, ſed in perniciem ſuam,neq. ad illas tenebras pergit, ad quas abortiu⁹,ſed ad alias horribiliores in inferno, vbi in perpetuũ torquebitur. Abortiuus ſine nomine plerumq. ſepelitur, nam ſi ante circuncifionem moritur nomine carebit ſed etiam ſi nomen ei imponeretur obliuione protinus deleretur, quia nihil feciſſe potuit cuius gratia illius eſſet vlla recordatio. Neſcio,vnde diſcere potuit Lorinus Hebræos non impoſuiſſe nomen maſculis ante octauũ menſem, nam ex Lucæ ca. 1. v. 59. Octauo die circunciditur Ioannes, & hoc nomine appellatur,& c. 2. num. 21. poſtquam conſummati ſunt dies octo vt circuncideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus. Auari nomen aut obliuione deletur, aut eius memoria in maledictione eſt, multorum auarorum nomina extant, quorum recordatio in eorum deteſtationem cedit, & ideo memorantur,vt digno vituperio vileſcat & putreſcat eorum memoria.

Etiam ſolem non vidit,& non nouit requiem huius præ illo, vel etiam ſolem non vidit,& non nouit:requies huic præ illo. v. 5. He.

Non vidit ſolem,neq. cognouit diſtantiam boni & mali. Lat.

QVAMQVAM Abortiuus frui non potuerit lucis vſura, neque habuerit rationis vſum, tamen auaro potior eſt, quia iſte in meridie palpat quaſi in tenebris, animum habet cæcum pernicioſo errore, curæ metus, ſolicitudo, ſuſpicio quaſi tenebræ eius mentem obtunt. In abortiuo eſt ignorantia negationis:in auaro prauæ diſpoſitionis.

Nachath,id eſt,requies: id pro-

dicam cap. 7. num. 20. Quare non ſolum ſignificat facultatem, qualis eſt in homine ſano ſed præcipue illã quæ eſt in homine auaritię experte, qui dominatur diuitijs ſuis, auarus enim ſeruus eſt illarum, diuitiæ auaro dominantur; liberalis & miſericors eſt generoſus ac liber, qui recte dicere poteſt: Et mihi res, non me rebus, ſummittere conor. Nouit retinere & expendere; & ſicut Chriſtus poſtquã quinque millia hominum pauit in deſerto, iuſsit colligere fragmenta ne perirent, ſic vir miſericors in pauperes liberalis eſt, & tamen fragmenta colligit, res etiam minutas curat, quia omnia prudentia moderatur, ſcit abundarę & penuriam pati: vir iuſtus & diues, qui poſt aurum non abijt, neque ſperauit in pecunię theſauris, eſt tan quam nihil habens & omnia poſsidens. Auarus autem cui imperat cupiditas ſeruus eſt opum, earum cuſtodiæ deputatus, quas cum metu & tremore ſeruat. Illorum malorum ſeruus eſt, quæ diximus coniuncta eſſe cum auaritia. (Sed de hoc iterum redibit ſermo ca. 10. v. 10.) Cum igitur vir prudens & liberalis ſciat imperare diuitijs non ſolum habet facultatẽ, ſed poteſtatem, dominationẽ, imperium: quare multo melius, & nominis proprietati conformius vertit vulgatus, poteſtatem.

Ioan. 6. v. 1.

Si donum Dei eſt bene vti his diuitijs, quas humana induſtria parauit, vel alia ratione ad nos peruenerunt; quanto erit præclarius donum, lætari & frui illis diuitijs, quas nobis Chriſtus ſanguine ſuo acquiſiuit? Magnæ ſunt diuitiæ, incomparabiles theſauri ſacra eloquia, cæleſtia myſteria; quid dicam de Sacramentis Eccleſiæ. Fælix ille cui Deus dedit poteſtatem filium Dei fieri, & de pane cæleſti comedere, ſinceroque animo frequenter ad ſacram Euchariſtiam accedere. Hęc non nobis parauimus labore noſtro, ſed dono Dei habemus, & labor Chriſti acquiſiuit.

Quia non multum recordabitur dierum vitæ ſuæ, quia Deus reſpondens in lætitia cordis eius. v. 19. H.

Non enim ſatis recordabitur dierum vitæ ſuæ, eo quod Deus occupet delicijs cor eius. Lat.

HOMO natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miſerijs: cum ergo vita ſit laborioſa, deberet ſufficere diei malitia ſua; ſed improbitas noſtra vitam reddit acerbiorem, nullius tamen acerbior quam auari qualis eſt latro, iudex iniquus, aduocatus & ſcriba rapaces, mercator fraudulen-

Iob. 14. Matth. 6. 34

dulentus, & ſimiles his, qui præſentium amore capti, ſpe rerum pereuntium decepti, improbo ſtudio anxij miſeram vitam viuunt. Quam ſi delinire curent turpi voluptate, ciborum delicijs, ebrietate, & vaniſsima diuitiarum oſtentatione, tanto infæliciores fiunt, quanto ſuæ falſæ fælicitatis maiorem conantur oſtentationem facere; ſic enim maioribus ſe obligant poſt hanc vitam tormentis, quia pluribus hic abundant delictis. Habet diues magnum vitandi tædij adiumentũ, poteſt vitæ huius malorum magnitudinem decurtare, imo poteſt magna ex parte iucundã reddere. Caret illis incommodis, quibus paupertas abundat, & bono diuitiarum vſu lætiſsimam ſpem concipit vitę beatę, Deus quoq. mirifice illius cor lætitia afficit, & conſolatione de mulcet. Prou. 12. v. 22. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. Nunquid non patiuntur boni perſecutiones malorum? nonne ægritudinibus, & infortunijs ſunt obnoxij? non illos proximi calamitas triſtitia afficit? quis infirmatur (inquit Apoſtolus) & ego nõ infirmor? quis ſcandalizatur & ego non vror? Multæ tribulationes iuſtorũ, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Iuſtus non abſorbetur triſtitia, conſideratione diuinæ bonitatis & prouidẽtiæ ſeipſum confortatur: ſpe cæleſtis præmij roboratur; non igitur illum contriſtabit malum, quia gaudet in aduerſis ſcit enim, quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, &c. Et ſicut abundant paſsiones, ſic per Chriſtum abũdant conſolationes: & ſecundũ multitudinem dolorum in corde meo (inquit Dauid) conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Nulli autem hoc copioſius accidere poſſe apparet, quam diuiti miſericordi, quia Deo ſimillimus eſt, ſimilitudo autẽ cauſa amoris eſt, quare cũ Deus ſit miſerator & miſericors, longanimis & multũ miſericors; cui propriũ eſt miſereri ſemper, miſericordes pręcipuo amore amplectitur, taleſq. ſpirituali gaudio afficit, & ſpe æternę vitæ fulcit, cõfirmatq Hæc quæ dixi docet in præſenti Eccleſ. diues, inquit, beneficus ſibi & alijs vtilis eſt, liber eſt ab illis curis, quæ auarũ conficiunt; iucundã vitam gerit, quia neq. neceſſarijs caret, neq. vitia contrahit intẽperantium, & luxurioſorũ: mala occurrentia patienter fert, multaq. triſtitiæ refutat argumenta, ſciens vitã hanc eſſe breuiſsimam, & æternam non defuturam miſericordibus.

Prou. 12. — *Iuſti tribulatio.* — 2. Cor. 11. v. 29. — Pſa. 33. v. 20 — Rom. 8. 28. — Pſ. 93. v. 19. — *Miſericors.* — Pſ. 102. v. 8.

Zacar id eſt, recordari, meminiſſe. Sed non ſemper præteritorum eſt, vel ſi præteritum includit id refertur

Zacar.

ad ſimilia quæ præterierunt, vel ad præteritam rei cogitatio nem. Vulgo dicimus de homine vehementi aliqua cogitatione impedito: *No ſe acuerda de comer*: non recordatur prandij aut cænæ. Vulgatus aliquando vertit per alia verba vt Iud. 9. num. 2. Conſiderare. Ierem. 4. num. 16. Dicere. Pſal. 19. v. 8. Inuocare. Exod. 23.13. Iurare. Num. 5. num. 15. inueſtigare. In præſenti recordari eſt conſiderare mala huius vitæ, quorum obliuiſcitur iuſtus ac miſericors, quia ad benefaciendum attendit, & æterna meditatur gaudia.

Mahhaneh poteſt eſſe participium, vel nomen a verbo Hhanah, ſed quo ad ſenſum parum refert. Hhanah autem ſignificat reſpondere, loqui, concinere, exaudire &c. Notanda eſt Phraſis. *Reſpondere Phraſis.* Reſpondere hic ſignificat retribuere, recompenſare, de qua dixi Iob. 15. v. 6. Geneſ. 30. num. 33. reſpondebit mihi cras iuſtitia mea, id eſt, apparebit, quando iuſtitiæ merita demonſtrabit euentus proſper. Vide Iſa. 59. num. 12. cap. 3. num. 9. Ierem. 14. num. 7. Oſeæ 5. nu. 5. Vulgatus in præſenti Phraſim explicuit vertens, eo quod Deus occupet delicijs cor eius. Reſpondere in lætitia cordis, eſt cor lętificare, & pro diuitiarum in pauperes diſtributione, alioque vſu recto, Deus cor diuitis non ſolum moleſtia, cura, metu, torturaque, quibus auari diſcruciantur, liberat: ſed gaudio cordis miſericordem exultare facit, & benefacta recompenſat honeſtiſsima cordis alacritate, qua illa quæ retro ſunt obliuiſcitur vir pius, & ad priora ſe extendit, ad deſtinatum perſequitur ad brauium ſupernæ vocationis. Philip. 3. 13.

CAP. SEXTVM.

v. 1. & 2. He. *Eſt malum quod vidi ſub ſole, & multum ipſum ſuper hominem Vir cui dedit ei Deus diuitias & opes & gloriam, & non ipſe indigens anima ſua ex omnibus, quæ deſiderabit, & non potentem faciet eum Deus ad comedendum ex illo, ſed (vel quia) vir extraneus comedet illud: hoc vanitas & infirmitas mala ipſum,*

Eſt

Digitized by Google

Lat. *Eſt & aliud malum, quod vidi ſub ſole, & quidem frequẽs apud homines. Vir cui dedit Deus diuitias & ſubſtantiam & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus, quæ deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus, vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas & miſeria magna eſt.*

FÆLIX ille diues, qui rebus ſuis dominatur, qui cupiditati non ſeruit, cuius animus liber eſt, qui dono Dei bene vti ſcit diuitijs, neque huic præclaro dono anteponit auaritiam. De tali egit cap. 5. v. 17. &c. Nunc reuertitur ad auarum qui donum Dei ſæpe oblatum reſpuit, qui opibus abundat, & honore hoc eſt, dedit ei Deus multa bona, quibus ſi rite vteretur in pretio & honore eſſet, ſed ob ſordidam auaritiam male audit contemnitur, male dicitur. Laborat miſer extraneis, ad quos tandem opes eius deuenient. Vide cap. 2. v. 26. Prou. 28. v. 8. Qui coaceruat diuitias vſuris, & fœnore liberali in pauperes, congregat eas. Hæ ſunt auarorum artes à quibus non longe abſunt principes, qui tributis vexant plebem, cum diuites & potentes ſint huius vexationis fere expertes, non enim ſeruatur tributorum proportio, ſiue ratio erga perſonas, quod inter multa alia requiritur ad iuſtitiam tributorum. Merito dici poſſunt homines liberales & miſericordes extranei ipſi auaro, quia nihil eſt magis contrariũ.

Prou. 28.

Dicet aliquis ſi bonus vſus diuitiarum eſt donum Dei, & Deus auaro non dedit poteſtatem huius boni vſus, non eſt vituperatione dignus, nemo enim ad impoſsibile obligatur. Reſpondeo hinc difficultatem cõmunem eſſe, nemo enim ſufficientiam habet cogitandi aliquid honeſtum Deoq. gratum, ſed ſufficientia ex Deo eſt; & ſine Deo nihil poſſumus facere, quod ſit ad vitam æternam conducibile, ac conſentaneũ. Quid ergo: excuſationẽ habebimus, aut dicere poterimus per nos non ſtetiſſe ſed Deum noluiſſe iuuare infirmitatem noſtram? abſit, Dare & accipere ſunt reſpectiua; vno modo dicitur dari aliquid cum accipitur; alio modo cum offertur vt accipiatur, ſed oblatum ab ſtulto & ingrato, aut arrogante contemnitur. Sæpe Deus offert, ſed non dat, quia homo oblatum donum non accipit; ſemper offerentis liberalitas præſto eſt, ſed accipientium magna tarditas, magna raritas. Non prætendat vanam excuſationem pec-

Deus omnibus offert bonum.

Dare accipere

Prou.1. peccator, quia Deo ſæpe repugnat vocanti, allicienti, trahenti, aut trahere volenti. Prou. 1. v. 24. Vocaui & renuiſtis, extendi manum meam & non fuit, qui aſpiceret, deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ad Hebreos 12. num. 7. Tanquam filijs vobis offert ſe Deus & num. 15. Contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei & 1. Petri 1. num. 13. Succincti lumbos mentis veſtrę, ſobrij perfecte ſperate in eam, quę offertur vobis gratiam. Sed de hac re alibi opportunius. Illud non prætermittendum quod dicitur Iacobi cap. 1. num. 5. ſi quis indiget ſapientia poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter &c. Si dat omnibus ergo nullus indigebit? Reſpõſio manifeſta eſt ex dictis: dicitur Deus dare quia offert, inuitatq. & dare paratus eſt, manus accipientes ſunt deuotæ preces & animi ſubmiſſio. Chaçar, id eſt deeſſe, auferre, indigere, deficere, &c. Vide Deut. c. 29. v. 4.

v. 3. He. *Si genuerit vir centum, & annos multos vixerit, & multum quod fuerint dies annorum eius, & anima eius non ſatietur de bono, & etiam ſepultura non fuerit ei: dixi, bonus præ illo abortiuus.*

Lat. *Si genuerit quiſpiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima eius non vtatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, ſepulturaq. careat: de hoc ego pronuncio quod melior illo ſit abortiuus.*

INTER bona, quæ homines magno deſiderio appetunt, non poſtremum locum habent fæcunditas, vitæ diuturnitas, præſertim cum rerum affluentia, ſic enim liberi rite educari poſſunt; ſed ſi cum his ſimul adſint duo mala, alterum auaritia ſordida, quę hominem facit diuitiarum ſeruum, neque illi permittit vti rebus ſuis ad quippiam boni: alterum eſt defectus ſepulturæ, vt finis reſpondeat meritis vitæ auari. Hæc mala bonorum illorum gloriam & ſplẽdorem obſcurant, delentque. Sola auaritia ſufficit ad inuoluendam tenebris omnem humanam fœlicitatem, quia reddit auarum Deo & hominibus inuiſum; vnde Horatius dixit.

Non vxor ſaluum te vult, non filius, omnes li. 1. Satyr. 1.
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ.
Miraris, cum tu argento poſt omnia ponas,
Si nemo præſtet, quem non merearis, amorem? &c.

Fæcunditas magno erat in pretio apud omnes, qui rem publicam *Fæcunditas.*

eam ſuam amplificari cupiebāt, ſed Hebræis quaſi ſingulare beneficium id concedebat Deus,
Pſal. 126. & ſterilitas opprobrio erat Pſ. 126. v. 3. Ecce hæreditas Domini filij, merces fructus ventris
Pſal. 127. Deut. 7. Pſ. 127. v. 3. vxor tua ſicut vitis abundans &c. Deuter. 7. num. 14. Benedictus eris inter omnes gentes: non erit in te ſte-
Exod. 23. rilis vtriuſque ſexus &c. Exod. 23. num. 26. non erit infæcunda neque ſterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo. Longam etiam vitam Deus non promitteret niſi in votis eſſet hominibus, & per ſe vita bonum naturale eſt, ſi miſera eſt, noſtra culpa cauſa eſt miſeriæ, nam calamitates & infortunia bonis ſunt inſtrumenta meritorum, & multo illuſtriores redduntur in aduerſis, tunc enim animi magnitudo, & fortitudo ſplendeſcit. Si autem ſancti multis oppreſsi doloribus, vexatique calumnijs vitam finire cupiunt, non id fit vitæ odio, ſed malorum, & quia paulo poſt ſciunt ſibi eſſe moriendum: voluntque commutare præſentem vitam cum altera meliore Exod. 20. num. 12. Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper ter-
Eccli. 30. ram &c. Eccli. 30, num. 23. Iucunditas cordis hæc eſt vita hominis, & theſaurus ſine defectione ſanctitatis: & exultatio viri eſt lōgæuitas. Hæc exultatio ne caret Auarus etiamſi multos viuat annos, quia deeſt illi cordis iucunditas, deeſt illi theſaurus ſanctitatis, & ſi habet theſaurum, non habet illum ſine defectione ſanctitatis. Iucūdus homo qui miſeretur &c. Pſ. 111.
Pſ. 90. v. 16. longitudine dierū Pſal. 90.
ad implebo eum &c. Sed iſta lōgitudo dierū de æterna vita intelligi poteſt, nam ſequitur, oſtendā illi ſalutare meū. Et Pſal. Pſal. 20.
20. v. 5. vitam petijt a te, & tribuiſti ei longitudinem dierū in ſæculū & in ſæculū ſęculi: quod commode de vita pręſenti intelligi non poteſt. Centenarius numerus ob ſui perfectionem pro magno numero ponitur: eſtq. locutio hyperbolica. Sabahh. i. ſa- Sabahh.
tio, ſaturo, repleo, impleo vulgatus hic vertit, vtatur bonis &c. fortaſsis ne quis per ſaturitatē intelligeret crapulā. Nōn ſatiatur auarus, eſt inſatiabilis cupiditas. Eodem verbo Sabahh vſus eſt Salomō c. 5. v. 9. Auarus inquit, nō implebitur pecunia. Ex hac inſaturabilitate naſcitur abuſus diuitiarū quas Deus tribuit, vt benefici ſint diuites in ſe & in alios, vt ſint diuinę miſericordiæ imitatores, tunc illis Deus offert donum bene vtendi rebus cū occurrit pauper, & propter Deum eleemoſynam petit, optimus vſus bonorū temporalium cum æterna bona pro illorum commutatione quærimus. Sed auarus ſicut canis iuxta pręſ-

ſepe neq. paleas comedit, neq. comedere ſinit.

Addidit Eccleſiaſt. ad cumulũ infælicitatis auari ſæpulturæ defectus. Militiã, nauigationem, mercaturam auaritia induxit, horum plurimi ſepultura carent, fiuntq. ferarum vel piſciũ eſca. Quid ſi auarus ſicut Iudas ſeipſum interimat? Auarus parum eſt de ſepultura ſolicitus, totus in augenda re occupatur. Dignus eſt, qui careat ſepultura & tanquam brutũ animal inſepultus iaceat, quod infortuniũ

Eccle. 10.

ſi ob grauia ſcelera incurritur, auaro nihil eſt ſceleſtius. Eccleſiaſtici 10. n. 8. Regnum, inquit, á gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias & contumelias & diuerſos dolos: auaro autem nihil eſt ſceleſtius. Videtur indicaſſe in auaro originem omnium illorum malorum; cumq. ex auaritia & ſu-

Pſalm. 78.

perbia oriantur bella, ſæpe manent corpora inſepulta Pſal. 78. v. 3. Effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ieruſalem & non erat, qui ſepeliret. Ierem. 14. n. 16. erũt pro-

Ierem. 14.

iecti in vijs Ieruſalem præ fame & gladio, & non erit, qui ſepeliat eos. &c. Quamuis inſepultum iacere animæ non noceat, neq. magnificum ſepulchrum quicquam afferat vtilitatis homini mortuo, neq. nos oportet de ſepultura eſſe ſolicitos vbi corpus iaceat ſine ſenſu, ſed de animi quiete in Paradiſo; tamẽ ſepeliendorum corporum cura inter miſericordiæ opera deputatur. Vide Tob. 1. n. 22. & toto c. 2. ſed præcipue c. 12. n. 12. Quãdo orabas cum lacrymis (inquit Raphael ad Tobiam) & ſepeliebas mortuos &c. Viros Iabes Galaad, qui corpus Saulis ſepelierũt ſic per nuncios affatus eſt Dauid: Benedicti vos Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc cum domino & ſepeliſtis eum, &c. Debetur hęc reuerentia humano corpori ob reſurrectionis futuræ fidem, qua etiam ſi careant gentiles multi, ſepulturæ corpora mandant, quia nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, & quod ſibi fieri cupiunt homines poſt mortem, id mortuis præſtant. Lege D. Aug. libro de cura pro mortuis agenda, & ſuper Pſalm. 48. conci. 1. & 2.

Tob. 1. c. 2. c. 12.

2. Reg. 2. 5.

Quia in vanum venit, & in tenebras ibit & in tenebris nomen eius operietur. v. 4. He.

Fruſtra enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. Lat.

ABortiuus præfertur auaro, cum miſera ſit abortiui cõditio, in vanũ enim conceptus videtur, qui aut mortuus egreditur maternũ vterum, aut natus ſtatim moritur, ex tenebris ventris ad tenebras ſepulchri pergit. In vanũ veniſſe dicitur iux-

ta vulgi opinionem,& iuxta parentum deſiderium, & communé, naturæ ordinem;ſed non venit fruſtra ſecundum Dei prouidentiam,qui in liberis punit parentes,aut indicat eorum deſiderium vanum, qui curas ſuas Deo non committunt. Præterea aborſus ſæpe fit ob intemperantiam maris & fœminæ,& immodicam libidinem. Oſtendit etiam Deus miſericordiam ſuam in plurimos,qui ſani naſcuntur & diutius viuunt, oſtendit iuſtitiam puniens originale peccatum in abortiuis, & etiã miſericordiam, præueniens mala,quæ feciſſent, aut paſsi fuiſſent ſi viuerent. Sed ſecreta & arcana diuinæ Sapientiæ curioſius inquirere periculoſum eſt. Ex his conſtat quanto deterioris conditionis ſit auarus, qui in vanum accepit animam, & non ſolum in vanum venit, ſed in perniciem ſuam,neq. ad illas tenebras pergit, ad quas abortiu⁹,ſed ad alias horribiliores in inferno, vbi in perpetuũ torquebitur. Abortiuus ſine nomine plerumq. ſepelitur, nam ſi ante circuncifionem moritur nomine carebit ſed etiam ſi nomen ei imponeretur obliuione protinus deleretur, quia nihil feciſſe potuit cuius gratia illius eſſet vlla recordatio. Neſcio vnde diſcere potuit Lorinus Hebræos non impoſuiſſe nomen maſculis ante octauũ menſem, nam ex Lucæ ca. 1. v. 59. Octauo die circunciditur Ioannes, & hoc nomine appellatur,& c. 2. num. 21. poſtquam conſummati ſunt dies octo vt circunciderctur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus. Auari nomen aut obliuione deletur, aut eius memoria in maledictione eſt, multorum auarorum nomina extant, quorum recordatio in eorum deteſtationem cedit, & ideo memorantur,vt digno vituperio vileſcat & putreſcat eorum memoria.

Etiam ſolem non vidit,& non nouit requiem huius præ illo, vel etiam ſolem non vidit,& non nouit:requies huic præ illo. v. 5. He.

Non vidit ſolem,neq. cognouit diſtantiam boni & mali. Lat.

QVAMQVAM Abortiuus frui non potuerit lucis vſura,neque habuerit rationis vſum, tamen auaro potior eſt, quia iſte in meridie palpat quaſi in tenebris, animum habet cæcum pernicioſo errore, curæ metus, ſolicitudo, ſuſpicio quaſi tenebræ eius mentem obruunt. In abortiuo eſt ignorantia negationis:in auaro prauæ diſpoſitionis.

Nachath,id eſt,requies: id pro-

proprie ſignificat c. 4. num. 6. a Noach. i. requieſco, quieſco. Hebraiſmum molliuit vulgatus, & explanauit, quid eſſet noſſe requiem huius ab illo, vel præ illo, ſcilicet diſtantiam boni & mali. Eſtq. notandum Hebraicæ phraſis myſterium, qua ſignificatur animũ in bono quieſcere: malum vero eſſe inquietudinis cauſam, impij enim quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, nec eſt pax impijs. Bonitas placida eſt, ſuauis, quieta.

Iſa. 57. v. 20. 21.

Poteſt alius eſſe ſenſus ſi aliam faciamus diſtinctionem, & verbum, Nouit, non conſtruatur cum nomine Nachath, hoc modo. Non vidit ſolem neque cognouit abortiuus, omnium rerum ignarus deceſſit e vita, quam vix attigit: quies illius præ illo, hoc eſt, abortiui quies in altero ſæculo maior erit quam quies auari, quia abortiuus nullam ſenſus pœnam patietur, auarus in perpetuis erit cruciatibus. Iob ca. 3. nume. 11. quare, inquit, non in vulua mortuus ſum &c. & numer. 16. aut ſicut abortiuum abſconditum non ſubſiſterem, vel qui concepti non viderunt lucem. Si vir ſanctus ſic loquitur, vt doloris magnitudinem ſignificet, quid dicet auarus in illis poſitus tormentis, quę omni ſpe refrigerij carent? Auaris comparantur mali Theologi, qui inter theſauros diuinæ Sapientiæ virtutis penuria laborant: numquam ſaturantur, ſed curioſa & inutilia inquirentes, ſicut cribrum farinæ furfures retinent, & farinam dimittunt: melior illis eſt abortiuus, hoc eſt, quiuis idiota.

Iob 5.

Mali Doctor.

Mali etiam chriſtiani auaris ſimiles eſſe videntur, qui inter opes euangelij & ſacramentorum, fame pereunt, peiores infidelibus non ſtatu, ſed culpa ſua, ideo mitius erit multis gẽtilibus in inferno, quam malis Chriſtianis. In hanc ſententiam etiam adduci poſſunt, quæ dicit Eccleſiaſtes cap. 5. v. 17. & 18. Laborant multi Doctores, magnas comparant diuitias, libros quaſi theſauros alijs relinquunt, ipſi nec comedunt, nec bibunt, nec fruuntur labore ſuo, quia non querunt ſapientiam illam quæ cum charitate ædificat, ſed illam quæ ſine charitate inflat. Beatus vir qui in ſapientia morabitur, & qui in iuſtitia meditabitur, & in ſenſu cogitabit circunſpectionem Dei. Cibauit illum Dominus pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Lege ſequentia & inuenies omnia contraria Auaro, iſte eſt inquietus, anxius, curis ſtimulatus, de illo vero qui in ſapientia moratur &c. ſequitur, & firmabitur in illo & non flectetur, & continebit.

nebit illum & non confundetur. Auarus confuſus & mæſtꝰ degit, tenebras amat & quærit, de illo vere ſapiente dicitur; Exalrabit illum apud proximos
Prou.11.26. ſuos. De auaro dicitur, qui abſcondit frumenta maledicetur in populis. Sordido auaro ſimilis eſt Doctor, qui ſcientiam abſcondit præ inuidia aut malitia: vnde dicitur, theſaurus abſconditus & ſcientia inuiſa, quæ vtilitas in vtriſque? Auaro ſplendido ſimilis eſt Doctor arrogans, qui alios docet ſe ipſum non docet, cui dicitur, qua
Pſal.49.16. re tu enarras iuſtitias meas & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? tu vero odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum. Heu quot Theologos auaritia, ambitio, ſimoniaque corrumpit, & in multorum armat perniciem. Quid dico Theologos? etiam Canoniſtas, etiam Grammaticos. Concurrunt plurimi docti, pingueque beneficium ambiunt, fit ſæpe publicum examen ſcientiæ. diſceptatur, decertaturque acriter: datur viro docto, ſed auaro qui non vult paſcere oues, quarũ lana operiri, & lac mulgere vult. Paucis poſt diebus fingit cauſas renunciandi reſeruata penſione, aut non reſidendi: illi ad quos ſpectat diſpenſatio decipiuntur: tandem beneficium deuenit ad Grammaticũ indigniſsimum. Quorſum tot diligentiæ adhibentur in conferendo beneficio, ſi poſtea pecunia omnia euertenda ſunt cura æquitatis: & fraudandi pauperes eleemoſynis & oues paſtu conuenienti? quorſum magnæ ſoluuntur decimæ pro paſtore & pauperibus, ſi transferendæ ſunt ad indignos & iniquos? & tantum ſcelus paſsim ac publice committitur, & ora inimicorum noſtrorum ad blaſphemandum eccleſiaſticum regimen reſerantur. Pudeat ſic inhiare auro & argento, pudeat Chriſti miniſtros eſſe auariſsimos, & auarorum fautores & alumnos: pudeat eleemoſynas non facere, quinimo, eos qui facere tenentur impedire ne faciant.

Et ſi vixerit mille annos duabus vicibus & bonum non viderit, nunquid non ad locum vnum omnis vadens? V.6. He.

Etiam ſi duobus millibus annis vixerit & non fuerit perfruitus bonis, nonne ad vnum locum properant omnia? Lat.

Repetitio eſt eiuſdem ſententię cum augmẽto annorũ vitę: quaſi dicat, quid refert ſi auarus bis mille annos viuat, & inter tã importunas ac moleſtas curas vana ſe voluptate poſ-

poſſeſſionis diuitiarum decipiat, ſi tandem omnia ſunt relinquenda, & tantus erit dolor diuortij, quantus fuerit amor habendi? abortiuus eodem die mortuus, quo natus eſt, in terrã omnium parentem vadit, illuc etiam properant omnes, ſed cum peruenerit auarus, peribunt omnes eius cogitationes & conatus, & incipiet experiri intolerabilem famem ac ſitim, & æterna tormenta. Modo Eccleſ. non meminit pęnarum aut præmiorum poſt hanc vitam, ſed tantum de communi omnium fine & loco quo properamus, ſcilicet, terra ſeu ſepulchrum.

Horat. l. 3. Ode. 1.

Omnes eodem cogimur, omnium
Verſatur vrna, ſerius ocyus
Sors exitura & nos in æternum
Exilium impoſitura Cymba

l. 1. Ode. 28.

Item,
Omnes vna manet nox, & calcanda ſemel via lethi. Priore illo loco notanda ſunt lyrici carmina dicentis:

Cedes coemptis ſaltibus & domo
Villaq. flauus quam Tiberis lauit,
Cedes: & extructis in altum
Diuitijs potietur hæres.
Diues ne priſco natus ab Inacho,
Nil interest an pauper, & inſima
De gente ſub dio moreris
Victima nil miſerantis orci.
Omnes eodem &c.

Diu viuere, niſi bene viuas, detrimentum eſt, heu quam grauis in morte apparebit peccatorum ſarcina. Vna leuiſsima originalis peccati non ſinit abortiuum in cælum aſcendere: auari vero grauiſsima illum in profundum inferni demerget. Iam dixi cap. 2. v. 1. quid ſit videre bonum, quod ibi & hic dicitur frui & perfrui bonis, hoc eſt, ex bono fructũ cũ iucũditate capere. Certe auari vita ſiue ſordida ſit ſiue ſplẽdida omni fructu caret, quia vaniſsima eſt iucũditas ſi quã habet, plena eſt mille curis, plurimis expoſita moleſtijs. Iucundus homo, qui miſeretur & commodat. Pſal. 111. Pſ. 111. v. 5. de quo etiam ſupra.

Omnis labor hominis ad os eius, & etiam anima non implebitur. v. 7. He.

Omnis labor hominis in ore eius: ſed anima eius non implebitur. Lat.

SENSVS facilis, ſed interpretationum multitudine diſtractus. Perſiſtit in amplificanda auari miſeria, qui a communi hominum conditione abhorret, omnes laborant primo pro ſuſtentanda vita, ſi enim cibo & potu non indigeremus quis vellet terram colere, aut vineã plantare? & licet aliæ artes ad voluptatem excogitari potuerunt,

runt, verum pleraſq. neceſsitas inuexit, quod eleganter ſignificauit Pœta,

1.Georgi. *Tum (inquit) variæ venere artes, labor omnia vincit*
Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas.

Gen.3.19. Adamo dictum eſt a Deo in ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Auarus laborat, & omnia parta labore ſunt ori eius appoſita, ſicut aqua fabuloſo Tantalo iuxta labia, & tamen non audet honeſto & neceſſario vti cibo, ne decreſcant diuitiæ. Laborant homines pro victu & veſtitu, & auarus in vtroq. ſordidus ac vilis eſt, quia non ſatiatur anima eius diuitijs, magnas inter opes inops. Poteſt hic etiam eſſe ſenſus cõſentaneus ſimili ſententiæ v. 2. vbi dicitur, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus, quæ deſiderat, hoc eſt, omnia illi cadunt ex animi ſententia, ſed rurſus nouum conſurgit deſiderium, neque anima vllis bonis caducis impletur: quare hoc loco os pro voto, pro poſtulatione, pro deſiderio ſumi poteſt. Os enim voluntatem & deſiderium ſignificat, quia ore deſidarium exprimitur Gen. 24. num. 57. vocemus puellam, & quæramus ipſius voluntatem. H. in-

Pſ.80.11. terrogemus os eius. Pſal. 80. v. 11. Dilata os tuum & implebo illud, id eſt, poſtula multa & magna, indica deſiderium tuũ, & ego oſtendam magnificentiã meam. Dicit ergo Eccleſ. etiam ſi omnia quæ deſiderat auarus obtineat non implebitur anima eius. Vulgo dicimus, *Todo le vine à pedir de boca.* Poteſt etiam ſententia eſſe generalis, vnde ſumatur argumentum contra auarum, ſcilicet, etiam ſi omnia eueniãt homini iuxta placitum & petitionem ſuam, tamen animus non impletur rebus vanis. Quid ergo auarus fruſtra appetit, & fraudat vitam ſuam bonis, & curis ſe macerat, cum anima eius ſit inſatiabilis? Poteſt per contrarium intelligi locus iſte de epulone, & deliciarum amatore: hoc eſt, ſicut miſer auarus neſcit vti bonis partis, & miſeram vitam viuit, ſic alij nebulones omnia ventri cõmittunt, tantumodo ob gulam & voluptates laborant, & omnem laborem ſuum applicant ori ſuo, neque ſatiantur, quia modico tempore implentur, & exinaniti rurſus repleri cupiunt. Alij de cõpeſcendo ore & ſilentio intelligunt: alij de verbis flagitioſis, maledicis, detrahentibus &c. ego indicaui nõ ſolum ſenſum legitimum, ſed etiam veriſimiles alios, cæteri alieni videntur a mente Eccleſ. licet non a pietate. Os etiam ſignificat, ſermonem, imperium conſilium &c.

Anima: hoc nomen iam ſæpe occurrit, & occurret ſæpius, quare breuiter explicãdum eſt,

N[illegible]

Anima. *Nephes.* Notum eſt ſumi pro forma, quę dat eſſe homini. Item pro vita Geneſ. 9. num. 5. de manu viri & fratris eius requiram animam hominis Leuit. 17. num. 11. anima carnis in ſanguine eſt. Item. num. 14. Deuter. 24. num. 6. num. 15. Pro perſona. Gen. 12. nu. 5. animas, quas fecerat in Aram. ca. 14. num. 21. da mihi animas. ca. 17. num. 14. delebitur anima illa Exod. 1. n. 5. ca. 12. nu. 4. &c. Deſiderium appetitus. Exod. 15. nu. 9. implebitur anima mea. Pſ. 26. v. 12. Ne tradas me in animas tribulantium me Pſ. 40. v. 3. Nō tradam eum in animam inimicorum eius. Pſal. 34. v. 25. Pſ. 77. v. 18. vt peterent eſcas animabus ſuis id eſt, ſibi, vel, deſiderijs ſuis. Prou. 23. num. 1. Quādo ſederis, vt comedas &c. Statue cultrum gutturi tuo, ſi tamē habes in poteſtate animam tuam, hoc eſt, auiditatem, appetitum, concupiſcentiā. H. ſi poſſeſſor, vel dominus, vel compos animę tu. Bahhal ſignificat, poſſeſſorem, habētem poteſtatem &c. In præſenti loco Eccleſ. *Nephes.* Nephes id eſt, anima appetitū, deſiderium, cupiditatem ſignificat, quamuis aliæ ſignificationes alienæ non ſint. 3. Reg. 19. num. 3. Quocumque eum ferebat volūtas. H. ad animā ſuam. Vide infra v. 9. Deut. 23. nu. 24. quantū tibi placuerit. H. iuxta animam tuam ſaturitatē tuam.

Quare quid vtilitatis ſapienti præ ſtulto? quid pauperi ſcienti? pergere coram viuis. v. 8. He.

Quid habet amplius ſapiens à ſtulto? & quid pauper, niſi vt pergat illuc vbi eſt vita. Lat.

EST præſens ſententia veluti concluſio per interrogationem illata: qua oſtenditur differentia auari ſtulti, & diuitis ſapientis: & eiuſdem auari ſtulti & pauperis, ſiue, afflicti ſapientis. Omnibus communis eſt vitæ huius vſura, & omnes ad eundem vitæ terminum pergunt, ſed inde diuiduntur, & ſtultus deſcendit ad æternam mortem, ſapiens ad veram vitam, & æternam. Vnus eſt interitus hominum & iumentorum. Naturalis vitæ via vna eſt ſtulti & ſapientis, moralis via multum diuerſa: & quemadmodum hi qui à diuerſis partibus per diuerſas vias pergunt ſolent ibi coire, vbi plures viæ iunguntur, quæ deinde in diuerſa loca ſeparantur, ita iuſtus & ſapiens, auarus & ſtultus diuerſis viuendi inſtitutis, quaſi vijs incedunt; ſed in morte omnes conueniunt, quæ eſt veluti viarum terminus, ſiue caput, inde ſeparantur perguntque ad fines ſibi ante deſtinatos.

ros, iuſtus ad veram vitam iter ſuum, mores ſuos, cogitationes ſuas dirigebat, & ideo illuc pergit, eſtq. illi mors temporalis ianua æternæ vitæ, a qua lõge abe rat auari & ſtulti animus, qui licet mortem & torméta oderãt, verum peccatorum graui põdere in infernum demerguntur.

Præter mala iam enumerata quibus circunſeptus eſt auarus, nunc indicat quod grauiſſimum eſt omnium malorum, hoc eſt, auari æternam damnationem & mortem, qui hic miſeram, turpem, inſanam vitam viuit, mortuus in inferno ſepelitur. Diuites ſtulti ſe putant beatos: & quia ſtulti pauperes diuitias amant, diuites beatos
Pſal 143. 13 prædicant, Pſal. 143. v. 13. Promptuaria eorum plena &c. Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt: Beatus populus cuius Dominus Deus eius. Stultorũ diuitum dominus eſt aurum argentum, gemmæ, opes, & iſta quaſi Deos colunt; ſed ſapiens verum Deum colit, vniuerſorum dominatori obſequium libenter præſtat. Stultus ergo prę ter curarum multarum moleſtiam, & amplificandi opes ſolicitudinem, hoc maximum incurret malũ, quia mors illi non afferet quietem, ſed erit initiũ nunquam finiendorum tormentorum.

In præſenti nõ nominat auarum, ſed ſtultum, vt generalior ſit ſententia, & comprehendat auarum ſordidum, & ſplendidum, prodigum, & pauperem etiam cupiditate flagranté. Stulto opponit ſapientem, & pauperem ſcienté. Diues fuit Abraham & Patriarchæ Sancti, ſed fuerunt ſapientes, qui diuitias non amauerunt, ſed diuitijs imperarunt, & in honeſtos ac pios vſus conuerterunt. Pauper fuit Elias Eliſæus, & filij Propheta- 4. Reg. 4
rũ pauperé vitã degebant. Nũc magnus eſt pauperũ numerus, præter illos, quos neceſsitas mẽdicare compellit, nam voluntaria paupertas omnibus religioſis communis eſt, ad quam libere ſe obligare ſacramento decreuerunt, quod ſi ſincere fiat, & eadem ſapientia conſeruetur qua promittitur, pauperes erunt tales, quales hic commemorat Eccleſ. qui maiore compendio illuc pergunt vbi eſt vita. Sed Proh dolor, canes ad uomitum reuerſi cupiditate illecti & abſtracti, ambitione deprauati non pauci, qui ſe ſapientes exiſtimant, & ab ſtultis in pretio habentur, inter ſtultiſsimos reputabuntur, & illuc pergent vbi æterna eſt mors. Non hic expreſsit pœnam ſtulti, ſed ex ſapientis præmio aperte intelligitur.

Noſtra quæ dicitur vita, mors eſt: quid enim vitæ habemus niſi vnum momentum tranſiẽs? Quod viximus iam nõ eſt, quod

quod victuri ſumus nondũ eſt, & quãdiu viuimus ad mortem
Epiſt.24.l.3. properamus. Vide apud Senecam elegantem ſentẽtiam: quotidie, inquit, morimur, quotidie demitur aliqua pars vitæ, & tũc quoq. cum creſcimus vita decreſcit &c. quicquid tranſit tẽporis perit: hunc ipſum, quem agimus diem cum morte diuidimus. Non igitur eſt vera vita, quam mors carpit vſquequo abſumat: in cælo eſt vera vita, quo mors intrare non poteſt, nihil ibi habet aut iuris, aut commercij. Ad hanc vitam pergunt diuites & pauperes ſapientes: ab hac excluduntur ſtulti ſiue diuites ſiue pauperes qui præſentis vitæ deſiderio vmbras ſequebantur, & amplexari conabantur.
Chajim. Chajim, id eſt, vitæ, eſt Hebræis numeri pluralis ſicut apud nos, Diuitiæ, Athenæ &c. fortaſsis, vt oſtenderent duas eſſe, aut plures hominis vitas, præſentem & futuram: futura autem aut Beata, aut miſerrima quæ potius mors eſt terribilis ac perpetua. Verificatur hoc nomen abſolute de vita beata, vbi eſt Deus vita omnium beatorũ. Ille in hac vita pergit ad vitam qui ſequitur Chriſti veſtigia ipſe enim eſt via veritas, & vita. Chajim etiam viuentes ſignificat: ſapiens ad viuentes, hoc eſt, ad beatos properat. Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Hhany. i. Pauper, afflictus, humilis, omnia iſta poteſt hic ſignificare. Beati, qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam &c.

Merito excluduntur a vita auari, ſuperbi, luxurioſi, qui a Deo receſſerunt vera & eſſentialia vita: qui Chriſtum ſequi noluerunt, qui eſt via veritas & vita.

Bona viſio oculorum præire animam: etiam hoc vanitas, & paſtio ſpiritus. v. 9. He.

Melius eſt videre quod cupias, quam deſiderare quod neſcias: ſed & hoc vanitas eſt, & præſumptio ſpiritus. Lat.

Mihi haud difficilis videtur ſententia præſens, difficilem tamen fecit multitudo explanationum, ne dicam confuſionum. Quod certum exiſtimo eſt, Eccleſiaſtem velle modum ponere cupiditati, quæ in auaro eſt inſatiabilis Sed aduertendum, prius membrum poſſe in bonum & in malum vſurpari, vt fiat comparatio inter bonum & malum, vel inter minus & maius malum. Sit igitur prior ſenſus, omnis concupiſcentia mala eſt, niſi ratione illam moderemur ac regamus, non omnes auari ſunt, aut inſatiabiles, nam quidam ſua ſorte contenti viuunt, quam præclaram reputant,

putant; neq. maiores appetunt diuitias, ſed præſentes nimium amant, & ſibi ſolis ſeruant, ne iacturam faciant vehementer metuunt:his placent bona præſentia,quę oculis cernunt neq. de augmento ſoliciti ſunt, non illos futurarũ ſpes anxios tenet. Hi mali quidem ſunt,qui deprauatum habent affectum erga res temporales & caducas; ſed multo ſunt deteriores illi, qui inexplebili cupiditate ſolicite ſemper ad plura attendunt, & incrementum diuitiarum quærunt;horũ animus ſemper vagatur,& in immẽſum diſtrahitur. Si vero in bonũ ſumatur prior pars hic erit ſenſus, melius eſt rebus præſentibus eſſe contentos,ſiue multæ ſiue paucæ ſint, quam infinita deſiderarẽ,& animam exhilare pro illarum acquiſitione. Notatur hac ſententia diuitis auari inſatiabile deſiderium, & hominis ſapientis modeſta quies,cuius animus eſt tranquillus,neq. plus deſiderat, quam neceſſaria vitæ,vel ſi plura ſuppetant, Deum omnium bonorum largitorem agnoſcit, laudatque:& indigentibus ſuccurrit.

Raah. Ad perfectiorem huius ſententię explanationem notandũ eſt:Maręh,id eſt viſio aſpectus, iuxta ſui verbi ſignificationem aliud etiãſignificare poſſe:Raah enim ſignificat cernere, videre, aſpicere,contemplari. Eccleſia. 1.num.16.cap.2.num.12.Conſiderare Cant. 1.num. 5. Iſa. 5. num.12.&c. Exploro.4 Reg. 7. num.13.Deſpicere Iob. 31. nu. 19.Pſal.53.v.9.Pſal.11.v.8.Pſal. 117.v.7.Negligo.Gen.41.num. 1.Præcaueo.Eccleſiaſt. 7. v. 15. Prouideo.Gen.22.num. 8. cap. 41.num.33.1.Reg.16.num. 1. num.17.Si iungitur cum nomine Tob ſiue Tobah,id eſt bonũ ſignificat frui,perfrui, vt dictũ eſt cap.2 v.1.cap 6.num.6 cap. 9.num.9.ſic cap. 2.num.24. oſtendere,(ſeu facere videre)animæ ſuæ bona id eſt frui bonis. Recole etiam, quæ dixi hoc ca. v.7.ſcilicet, animam ſumi quãdoque pro concupiſcentia & deſiderio,quibus adde illud Eccli 5.num.2. Ne ſequaris in fortitudine; tua concupiſcentiam cordis tui. Græce, ne ſequaris animã tuam & fortitudinẽ tuã, vt ambules in vijs cordis tui. Eccleſ.5. Pſal.87.v.15. Vt quid Domine repellis orationem meam.H.ad quid Domine elongabis animã meam,id eſt, deſiderium meum quod oratione exprimo. Iſa. 3. Pſalm.87. num.20. Olfactoriola. H. Domus animæ,fortaſsis, quia muliebris affectus,& concupiſcentia talia ornamenta appetit plena odoramentis. Reuoca etiã in memoriã illa,quæ dixi c.2.v.14 Iſai.3. Vbi dictũ eſt animã magis eſſe vbi amat quam vbi animat; & vulgo dicimus de illo, qui vehementi deſiderio alicuius rei

fragrat. *Vaſe leel alma tras tal, o tal coſa*; abit anima eius poſt talem aut talem rem. Sic in præſenti abire animam eſt vehementer deſiderare. Anima auari eſt indiuitijs, ſed quia illius concupiſcentia eſt infinita, & conſequenter incerta, ideo eius anima inquieta, vaga inſtabilis eſt, illumque deſerit. Cum deferretur ad ſepulchrum diues quidam B. Antonius Olyſiponenſis (quem dicunt vulgo, de Padua) dixit animaduertite: quia cadauer iſtud caret corde, quærite illud inter pecuniam, quæ eſt in arca. Et ita euentu probatum eſt, vt etiam ibi verum eſſet illud, vbi eſt theſaurus tuus ibi eſt cor tuum. Ex his iam quiſque varios huius ſententiæ ſenſus elicere poterit; melior eſt viſio ſiue prouiſio oculorũ; id eſt, melius ſtudium ſapientis, quam ſtulti: ſapiens illa quærit, quæ poteſt videre, poſsibilia deſiderat in hac vita, & certa in altera vita; & talia prouidet ac præuidet, in diuina per contemplationem figit oculos mentis. Sultorum oculi in finibus terræ Prouer. 17. v. 24. Sequuntur oculi animam ſiue deſiderium. Hominem auarum, vſurarium rapacem, vulgo vocamus. *Deſalmado*; & vt cap. 1. v. 15. dixi ſtultum vocari cordis indigentem & ſtultitiam cordis inopiam &c. hoc loco poterit ſignificari per abire animam, ſtultum eſſe; & per prouiſionem oculorum, ſapientiam quia oculi ſapientis in capiti eius, ſtultus autẽ in tenebris ambulat. Item melior eſt deſpectio oculorum præ abire animam, hoc eſt melius res viſibiles deſpicere, quã concupiſcere; qui enim deſpicit cordis ſui eſt poſſeſſor, qui autem concupiſcit perdit animam ſuam, abit enim anima illius poſt res viles ac caducas. Item, melior viſio oculorum, id eſt frui rebus pręſentibus modeſte ac prudenter multo eſt melius, quam vagari animo & ſolicitum eſſe. Hic ſenſus conſentaneus eſt doctrinæ huius capitis & præcedentium vt dictum eſt. v. 2. Cõſtat iam interpretem latinum ſapiẽter vertiſſe, & eleganter Hebraiſmum elucidaſſe. Rehhuth id eſt afflictio ca. 1. v. 14 & c. 2 num. 11. num. 17. nu. 26. ca. 4. v. 6. Cura ſuperflua ca. 4. v. 4. Præſumptio hic ſcilicet. c. 6. v. 9. Iam dixi cap. 1. poſſe nomen deduci à verbo Roahh id eſt malum eſſe, vel à Raahhah id eſt paſco depaſco. Malum pœnæ dicitur afflictio & mentis paſtio qua ſpiritus conſumitur, animi vires debilitantur: in præſenti vocatur præſumptio ſpiritus, quia ex vanitate & ſuperbia oritur omnis rerum mundanarum ſuperflua cupiditas. Si homo ſolitarius viueret nihil appeteret niſi neceſſarium vitæ, nunc inani opinio-

N. Auarus.

Prou. 17.

Sapien. 2. 14

Rehhuth,

nione deluſus multa ſuperflua optat & quærit ob iactantiam & oſtentationem. Diues inter pauperes etiam ſi meliore veſte vtatur, ſed multo pretioſiorem quærit cum in conuentum diuitum aut nobilium venit. Poterimus vertere, paſtio venti, id eſt, vaniſsima ſuperbia, labor inanis. Vide cap. 5. v. 15. laborare in ventum.

V. 10. H. *Quis qui fuit? (vel erit) iam vocatum eſt nomen eius, & notum quod ipſe Adam, & non poterit litigare cum (illo) qui fortis præ ſe.*

Lat. *Qui futurus eſt iam vocatum eſt nomen eius, & ſcitur quod homo ſit, & non poſsit contra fortiorem ſe in iudicio contendere.*

NON eſt nimis difficilis ſententia, ſed nexus illius cum præcedentibus, non enim decet concionatorem á propoſito aberrare, cui ſi licet aliquando digredi id tamen modice & prudenter, vt digreſsio ipſa non ſit abrupta, ſed cohærens & conſentanea. Dixerat Eccleſiaſt. v. 6. Omnia ad vnum locum properare: dixerat, v. 8. Sapientem in hoc differre à ſtulto, quia ſapiens ſiue diues ſiue pauper pergit ad vitam; nunc vt ſapientem in officio contineat, & ſtultum à maleficio retrahat duo facit, quę ad modeſte agendum, ad deponendum omnem faſtum, ad relegandam vanitatem, ad euacuandam omnem præſumptionem ſpiritus plurimum conferunt. Alterum eſt ſui cognitio; alterum, conſideratio D. iudicij.

Sui cognitio.

Student homines diuitijs cumulandis, quia vt dicitur Prou. 10. n. 15. Subſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius: pauor pauperū egeſtas eorum: & in hanc ſententiam multa poſſunt adduci (vt dicemus c. 10. v. 19. Pecuniæ obediunt omnia.) Expetunt homines libertatem, nam paupertas multos ſeruire facit, libertas autem homini eſt maxime naturalis, & eius appetitus honeſtus valde: cupiunt eſſe in pretio & honore, & plurima alia commoda diuitiarū. Fateor aliquid eſſe poſſe in diuitijs honeſtum ſi ab homine ſapiente poſsideantur, qui ſibi & alijs ſciat & velit prodeſſe, ſed infinita plerumq. mala diuites circunſtant, præmūt, diſcruciant, vt ſæpe iam vidimus: ergo vt modeſtiam teneat diues, vt ab omni fraude dolo, iniuria calumniaq. abſtineat, vt diues ſit in operibus bonis & facile tribuat, cōmunionis & beneficentię, quę ſunt hoſtiæ Deo acceptiſsimæ, nō obliuiſcatur, meminerit ſe eſſe mortalē, de limo terrę formatū, eiuſdē naturæ cū paupere; & præcipue animaduertat omnes nos manife-

Prou. 10. 15.

1. Tim. 6. v. 18.

Heb. 13. v. 16.

ſtari oportere ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq. prout geſsit,& quia ſtatutũ omnibus ſemel mori,&poſt hæc iudiciũ Deus autem Iudex iuſtus & fortis,qui modo patiens eſt, ſed in iudicio terribilis contra malos,& quis reſiſtet illi? Dicit ergo Eccleſiaſt.quis eſt qui fuit, aut qui futurus eſt, qui præſumere poſsit,nunquid non vocatum eſt iam nomen eius, quod omnibus commune eſt, ſcilicet Adam,id eſt homo ex humo natus, quid ergo ſuperbit terra & cinis? Alius iactat nomen Mendoça,Pimentel,Giron, Guzmã &c.Sed vnum eſt omnibus nomen Adã. Illa nomina ſi virtus deſit, ſunt vanitatis additamẽta,vanitas & præſumptio ſpiritus ſiue paſtio venti. Homo eſt fragilis infirmus, impotens, Deus fortis & potens, contra quem nemo ſtabit in iudicio.Si homo contra hominem Dei adiutorio fretus tantum ſibi promittit, vt de inimicis ſuis dicat, comminuam eos vt puluerem ante faciem venti,vt lutum plateatum delebo eos:quid facient
Pſa 17.v.43 peccatores coram Deo iratc?
Montes ſicut cera fluxerunt à
Pſal. 7.v.12. facie eius &c. Falli non poteſt Deus, ſapiens corde eſt, & ſapientiæ eius non eſt numerus. Non poterit homo contra fortiorem & ſapientiorem ſe in iudicio contendere.

Quidam præſentem ſententiam referunt ad homines curioſius inquirentes Dei iudicia, Sap.9. v.16.
& ordinem diuinæ prouiden- Eccl.3.v.22.
tiæ,qui cum ſint mortales, terreni, ignari etiam rerum, quæ ſunt ante pedes,maiora ſe quærunt,& altiora ſcrutari conantur, & humanarum rerum varietatem,& vt ipſi putant, inæqualitatem & confuſionem repræhendunt,tacitiſque cogitationibus,& non raro etiam verbis Deo iniuriam tribuunt,aut ignorantiam. Hic ſenſus aliquã habet cognationem cum verſu ſequente, neq. omnino diſcordat à præcedẽtibus, vbi dictum eſt,ſapientem pauperem ſiue diuitem pergere ad vitam, huius varietatis cauſam homines temere inueſtigare præſumunt, & diuinam prouidentiam ſuo iudicio ſubijcere. Et iuxta Hebræa vbi dicitur,bona viſio oculorũ præ abire animam:de vana
curioſitate exponi poteſt, quaſi Rõ.11.v.20.
dicat, ſemper modeſte agendũ eſt,neq. oportet altũ ſapere,ſed timere.Si tamẽ vacat & liber rerum cognitioni incũbere, melius erit iſta viſibilia contemplari,quàm diſcruciari animum deſiderio cognoſcendi incerta & occulta ſapientiæ D. quæ reuelatione nouerunt ſancti.

Eligat lector,quod maluerit, ego quod magis cõſentaneũ videbatur ſecutꝰ ſũ. Hac ſ.h.i.fuit, ſępe præteritũ pro futuro ſumitur,& cõtra,vt paſsim occurrit,

p.æ-

præſertim in libro Iob. Dun. i. litigo, iudico, iudicio contendo, inde Dyn. i. lis, iudicium, cauſa. Abſtineo ab exẽplis, quia nulla eſt difficultas, Thaqyph id eſt fortis, robuſtus, validus. Thaqaph id eſt roboro, inualeo, præualeo, &c. Mah, id eſt quid, quis, quæ, qualis &c. Ideo multis modis verti poteſt.

V. 11. H. *Quia eſt verborum multitudo multiplicantium vanitatem: quid amplius homini?*

Lat. *Verba ſunt plurima, multamque in diſputando habentia vanitatem.*

Latius patet ſententia in Hebræo; tria poſtrema verba vulgatus ad initium cap. 7. relegauit, & finem ca. 6. fecit in nomine, vanitatem. Mentionem fecerat Eccleſ. D. iudicij, nunc humani iudicij vanitatem, oſtẽdit, vt inde colligamus vtriuſque diſcrimen, & agnoſcamus noſtræ ſcientiæ tenuitatem & plerumque vanitatem, formidemusque Dei iudicium, in quo nihil eſt incertum, neque diſputationi, argumentiſq. vanis obnoxiũ. Nihil ibi fallaciæ & ſophiſmata proderunt, erit enim apertiſsima veritas & æquitas: accipiet armaturam zelus Domini, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum: induet pro thorace iuſtitiam & accipiet pro galea iudicium certum &c. Nos vero obliti illius iudicij interim pro rebus vanis & futilibus, ac ſæpe noxijs contendimus. Omnia ſunt plena litibus fora, tribunalia, palatia, priuatæ domus, ſcholæ: in his contentio pro ſtabiliẽda veritate laudabilis eſt, ſi moderata eſt: ſed plerique verba multiplicãt ob vanitatem. Multi indefeſſe dant operam rei litterariæ, vt factionis ſuæ principem ab omni repræhenſione vendicent, non tam ſoliciti de rei veritate, quàm de vanitate vulgaris æſtimationis. Vtinam nemo ad ſcribendum & docendum accedere permitteretur niſi præcedente iuramento de ſola veritate tuenda & indaganda, ceſſarent vaniſsimæ ſectæ quæ philoſophorum vanitatem auxerunt, & nunc Theologos multos corrumpũt. Nobis vnum eſt Euangelium, huius veritatem profitemur, hanc mirifice illuſtrauit S. Thomas, & ſi nunc videret ſectas deteſtaretur illas, neq. ſuo nomine vanitatẽ propagari vellet, quia ſolã amauit veritatem, vtinam verborũ multitudo quandoq. non multiplicet falſitatẽ. Fælix Hiſpania cui diuinitus datũ eſt habere fidei cenſores, qui ſi verba multiplicantia vanitatẽ non reprimunt, at illa, que multiplicant, aut ſeminant errores cõtra fidẽ & antiquum Eccleſiæ morẽ magna diligentia inueſtigant, & opportuno remedio coercent.

Sap. 5. 18.

Verbum H. Dabar ſignificat, rem, cauſam, negotiũ &c. Chaldęus res interpretatur, & in præſenti pro rebus & verbis accipi debet, vtraq. enim vaniſsima ſunt, & in iudicium vocanda, quo pacto autem vanitas ſtabit coram veritate? Eſt hæc ſententia veluti Epiphonema, quo ſignificat rerum, ſtudiorũ, curarũ, altercationum, diſceptationũ, contẽtionũ vanitatem, quę quotidie multiplicatur, quotidie noua bella, nouæ nauigationes nouæ veſtium figuræ, noua condimentorum genera prodeunt. Quid hoc niſi multiplex vanitas?

CAP. SEPTIMVM.

v. 1. He. *Quid amplius homini? quia quis ſciens quid bonum homini in vita numero dierũ vita vanitatis ſuæ: & fecit eos quaſi*

Lat. *vmbrã: quia quis indicabit homini quid erit poſt eum ſub ſole?*

Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cum ignoret quid conducat ſibi in vita ſua numero dierum peregrinationis ſuæ, & tempore, quod velut vmbra præterit? aut quis ei poterit indicare quid poſt eum futurum ſit ſub ſole?

IAM monui priora huius capitis verba eſſe poſteriora præcedẽtis capitis apud Hebræos, & Chaldeum, ſed vulgatus ſecutus LXX. aliam habet diſtinctionem: & multis in locis idẽ occurrit. Verba illa ſunt, Mah Iother leAdam: quæ non vno modo verti poſſunt. De nomine Iother & verbo Iathar iam dixi c. 1. v. 3. Poſſumus igitur ſic interpretari, quid amplius homini quid excellentiæ, præſtantiæ, quid vtilitatis &c. Quę ſi ad caput præcedens referas optime illud claudit, quaſi dicat, ex vano ſtudio, ex curis moleſtis, ex tam multis negotijs & verbis nihil homo habet amplius, nihil ex hac vita ſecũ auferet. Verũ quia nos vulgati auctoritas ducit, libenter ſequamur & ſic verba illa legitime interpretemur: quid maius, excellentius &c. Ad hominẽ, ſcilicet, ſpectat, ſcrutari? ſicut Socrates dicebat, Quę ſupra nos nihil ad nos. Non volebat Socrates religionẽ abolere, neq. ſpem melioris vitæ euertere, ſed audacem curioſitatem retundere eorum, qui omittunt curam rerum vtiliũ, aut neceſſariarũ, & curioſis in-

Curioſitas cõ ca Diuina.

incertiſq. veſtigandis incũbunt. Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere &c. O inſana hominum temeritas, clamat Apoſtolus, ò altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quã incomprehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles (id eſt non veſtigabiles) viæ eius. Et de nulla re maiore animi contentione certatur. Homines ſalutis ſuæ negligentes, de ſalute Paganorum, Hæreticorũ, Iudæorũ ſunt vehementer ſoliciti: cur illos Deus non illuminet, cur nõ trahat, cur non beatos faciat, dum ſe volunt clementes oſtendere Dei clementiam accuſant. Nunquid tibi eſt Paganus charior quam Deo? ſi extranei tibi chari ſunt, cur in domeſticos fidei pietatem non manifeſtas? cur in te ipſum crudelis es? Tu à Deo illuminatus ad tenebras conuerteris ambitione, inuidia, odio, aut turpitudine, aut alio ſcelere. Vides pauperem nudum & carnẽ tuã deſpicis: ægrotum non inuiſis, mœſtum non conſolaris, errãtem reducere non conaris, & de omnium ſalute ſolicitus es? Vide quã tibi Deus commenda uerit charitatẽ, illam amplectere, frange eſurienti panem tuũ & egenos vagoſq. induc in domum tuam &c.

Rom. 11. 33

Eſa. 58. 7.

Libet hic referre verba Senecæ, quibus eruditiſſime nititur compeſcere iudiciorũ noſtrorũ temeritatẽ, & vanã D. prouidentię ſcrutãdę curioſitatẽ. Multos, inquit Seneca, iuueni æquos aduerſus homines, aduerſus Deũ neminẽ. Obiurgamus quotidie fatũ. Quare ille in medio curſu raptus eſt? quare ille nõ rapitur? quare ſenectutẽ & ſibi & alijs grauẽ extendit? vtrũ obſecro te æquius iudicas, te naturæ, an tibi parere naturã? Magno cõpendio multa cõplexus eſt. Adeſte huc curioſi auxiliorũ diuinorũ cenſores; quæro an iſta ſint maiora veſtro iudicio, an paria, an minora? ſi ęqualia cur nõ omnes qui valẽt ingenio iſta vidẽt? cur antiquorũ ſapiẽtiã latuit iſta veſtra ſubtilitas? Mihi ſatis eſt noſſe quia nemo poteſt inuitus iuſtificari, & quia nemo iuſtificatur niſi gratis per gratiam Dei, & meritum Chriſti Ieſu; quid neceſſe eſt maiora me quęrere? ſed de hoc ſatis nunc.

Epiſt. 94.

Duobus argumentis nos auocare vult Eccleſ. à vana, ſeu temeraria, ſeu importuna rerũ excellentium inueſtigatione. Primũ eſt, quia ignoramus res nobis neceſſarias, in quarũ ſtudio prius laborandum eſt; ſtultum enim eſt prius de condimentis quam de alimentis cogitare: ſtultum eſt prius dolia velle comparare quam plantare vineam, aut emere ſolum vineæ aptum. Neſcit puer legere & iam de calamis & atramento ad ſcribendum ſolicitus eſt: ignoramus quid conducat nobis ad bene beateque vi-

viuendum, & ſi nouimus non remouemus impedimenta ſalutis & profectus noſtri, neq. illa paramus quibus animus ſit munitus ad propulſandos hoſtium incurſus,& volumus magna ſolicitudine,& ſubtilitate illa indagare quæ excedunt vires ingenij noſtri. Dicet aliquis,tempus omnibus quæretur & deputabitur opportunum,hoc refellit ſapiens comparans numerum dierum vitæ noſtræ fugaci vmbræ. In tanta vitæ breuitate illud primum quęrendum eſt, quod neceſſarium.Sed quid facient homines vanitatis amantes,qui optant digito monſtrari, & nomē ſuum illuſtrare? Hi tum maxime ſe fore glorioſos putāt cum noua inuexerint dogmata, & de illis rebus ſubtiliter diſputauerint,quæ maiora ſunt & altiora, circa quæ cum errauerint, aut ſubtilia veriſimiliaq. dixerint,nō facile cōuinci poſſunt.

Alterum argumentū eſt,quia ignoramus,quæ poſt nos futura ſint in hoc ſęculo; quæ cum naturalia ſint, hominis ſcientiam fugiunt; & nos illa conamur reſerare, quę natura ſua ſunt ſecretiſsima. Item cum ignoremus quid ſub ſole futurū ſit,quid curioſe & temerarie inueſtigamus,quæ futura ſunt ſupra ſolem?id eſt,quid Deus decreuerit facere hominibus poſt mortem,qui nam ſaluandi ſint aut damnandi;hęc enim ſcientia humanæ non eſt,neq. ſub ſole. Eccleſ.3.n.22. Altiora te ne- Eccli.3. quæſieris,& fortiora te ne ſcrutatus fueris,ſed quę præcepit tibi Deus illa cogita ſemper,& in pluribus operibus eius ne fueris curioſus &c. Tanta eſt libido multiplicandarum quęſtionum curioſarū vt plurima ſub conditione inquirantur: ſufficiant in exemplum illa, quę de Adamo diſputantur, vtrum ſi non peccaſſet hoc aut illud futurum eſſet. Magna noſtrę ſcientię pars,non eſt rerum,ſed conſequentiarum. Cùm à me quidam curioſus quęreret,quis primus ocreis,vel cothurnis fuerit vſus,ego rurſus quæſiui ab illo, quis primus ligulas calceis appoſuerit. O inutile otium,ò ſciētia vaniſsima,quæ neq. ad mores componendos,neq. ad intellectum illuſtrandum conducit. Quid noſtra refert ſcire quot lapilli ſint in flumine? quot folia in arbore? quot vermes in ſtercore?plurima ſunt apud noſtros Theologos quæ non plus nobis prodeſſe videantur. Multa quærimus nō maiora, ſed minima,minimeq. vtilia aut neceſſaria.

Hac huius loci explanationē fortaſsis ſatisfacerem lectori, ſed mihi nequaquam ſatisfacio. Alia occurrit huius loci intelligentia, quę mihi germanior videtur,puto enim Eccleſ. in eodem argumento verſari,vt

pro-

Digitized by Google

probet ſtudium rerum mundanarum eſſe vanum,& in eam curam incumbendum eſſe, vt illa quæramus, quibus efficiamur meliores, quibus animi ſalus comparetur.

Aduertendum igitur per maiora non ſolum intelligi illa, quę ingenij aciem ſuperant,ſed etiam quæ excedunt naturam humanam, ſi conſideretur eius origo,& neceſsitas, & finis propter quem homo creatus eſt;& ſicut calceos pedibus veſtē corpori accommodamus, damuſque operam ne iſta nimis ſint laxa nimis ve aſtricta, ita curandū eſt ne in qualitate & forma ſit vanus exceſſus.Non cōuenit pygmæo gigantis calce⁹ aut veſtis aut è cōuerſo. Dicit ergo Eccleſ. quid Iother(id eſt excellentia, abundantia, redundantia,

Humilitas. Prioritas,maioritas) ad Adam? Homo puluis quærit excellen-

Matth. 23. v.12. tiam? teneat terra locum infimum,neque inuertat rerum ordinem, ſi cupit exaltari humiliet ſe,& à Deo exaltabitur.Itē, quid ad hominē prioritas? quid quærit ambitioſe dominari, & cæteris præferri? quid illum ſuperbia tātum eleuat, vt ſe alijs, quibus præeſſe cupit, digniorem exiſtimet? Quid abundantia homini? quid quærit plura, quam vitę ſit neceſſarium? quid in coaceruandis opibus miſero diſcruciatur, cum vita ſit breuiſsima, & paucis contenta? Ædificat amplas domos, agrū agro copulat,theſaurizat & ignorat cui congregabit ea,ignorat enim quid futurum ſit poſt ſe ſub ſole. Vocat vulgatus maiora omnia ſuperflua,omnia nō neceſſaria,omnia quæ nutriunt vanitatem & arrogantiam.Hęc ſententia ſic expoſita rectius cū pręcedentibus cohæret,& cum ſequentibus.

Vita noſtra vmbrę comparatur. Vmbra eſt primarij luminis defectus; peccatori non ſolum vmbra,ſed vmbra mortis, & tenebræ eſt vita. Cognata ſunt vmbra & vanitas, illa eſt defectus luminis,iſta defectus plenitudinis. Aër ad præſentiam lucentis corporis lumine repletur, quo maior eſt vmbra minus eſt luminis. Durante vmbra aliquid eſt luminis ſed tandem occidit Sol,& tenebræ incumbunt,illoſq. occupant, qui vmbram ſecuti ſunt. Qua arte poterimus tenebras fugere, & fugiente vmbra manere in luce? attende, omnis qui auertit faciem à ſole vmbram intuetur, quam ſi ſequatur numquam ſolis claritate fruetur, ſi vero ad ſolem conuerſus retro vmbrā relinquat, illum vmbra ſequetur,ipſe vero lucem intuebitur: ſic iuſti ab impijs differunt, illi enim ad Deum faciem conuertunt Chriſtum ſequūtur ſolem iuſtitiæ, vitam iſtam vmbratilem, & omnia mundana veluti

vmbra

vmbra, vana & fugacia contemnunt: impij vero oderunt lucē, vmbras & tenebras amāt, quærunt, amplecti nituntur, ac tandem in tenebras exteriores ruunt, in quibus perpetuo torquebuntur. Vide c. 8. v. 13.

Vitam vocat vanitatem, vulgatus vertit peregrinationem: non puto hic de peregrinatione quicquam opportune dici, quia Salomon de illa non loquitur.

Tandem aduertēdum multa eſſe, quæ ſciuntur homini in vita conducere: hæc lege Dei continentur, aut ſanctorum cōſenſu approbata tuto poſſunt homines amplecti, de his loquebatur Eccleſiaſticus cū nos a curioſa indagine vellet reuocare c. 3. n. 22. ſed quæ præcepit, inquit, Deus, illa cogita ſēper. Alia ſunt incerta, vel ſi perſe ſunt bona, aut alijs meliora, tamen incertum eſt vtrum huic aut illi conueniant: ſicut perpetuā ſeruare caſtitatem, quia nō omnes capiunt verbum Dei, vt ſe caſtrent propter regnum cælorum: & melius eſt nubere quam vri. Religionis ſtatus perfectior eſt quam cōiugalis, ſed multis melius foret ſi in ſæculo manſiſſent, quorum ambitio, & turpitudo, & auaritia grauiſsimum monaſterijs affert detrimentum. Eccleſ. loquitur de rebus temporalibus, quas ſcimus plurimis nocuiſſe, & ignoramus an illarum poſſeſsio ſit nobis profutura: & tamen maiorem illis operam impendimus, quam Diuinis præceptis, quorum obſeruatio eſt iuſtiſsima & vtiliſsima.

V. 2. He. *Bonum nomen præ oleo bono, & dies mortis præ die naſci eius.*

Lat. *Melius eſt nomen bonum quam vnguenta pretioſa: & dies mortis die natiuitatis.*

SIMILIS ſententia extat Prou. 22. v. 1. In Hebræo eſt: eligibile nomen præ diuitijs. LXX. & Chaldæus & vulgatus illos ſecutus addidit, bonum; nam etiam eſt nomen malū, id eſt infamia. Deut. 22. nu. 14. & 19. nomen peſsimum. H. nomē malum. Quod autem Sem id eſt Nomen ſolitarie poſitum non ſemper pro bono nomine, ſiue bona fama vſurpetur conſtat Gen. 6. n. 4. vbi de impijs Gigantibus dicitur, iſti ſunt potentes a ſæculo viri famoſi. H. viri nominis. Similes multi reperiūtur quorū eſt nobilitata crudelitas, vbi ſūt nobiles latrones viri famoſi, magna miniſtrorum Regiorum infamia tripudiantes. Annis ſuperioribus poſt in gentem pecuniarum ſummam ē regio fiſco conſumptam vt inſignis latro caperetur, cui nobiles quidam patrocinium ferebant, & in quorum domos ſe recipiebant prædones, tandem decre-

Nomen, fama.

decretum eſt, vt prædones exularent ad certum tempus, & nobiles innoxij eſſent ab omni pæna, quorum apud Deum certiſſima eſt damnatio, quia nihil de reſtituendis damnis effuſi ſanguinis, & prædarum cogitant. Iſti non nobiles ſed nebulones tanquam patriæ proditores, & regij honoris violatores eſſent extremo ſupplicio & perpetua infamia abolendi. En viri nominis dicuntur impij & ſcelerati, Gen. 11. num. 4. ſuperbiſsimi illi turris Babel ædificatores inquiunt, celebremus nomen noſtrum &c. H. Faciamus nobis nomen. Ezech. 23. num. 10. Vbi Samaria & Ieruſalem quaſi mulieres fornicariæ turpiſsimæq. deſcribũtur, factæ ſunt, inquit, famoſæ mulieres. H. & fuit nomen mulieribus. Ambitioſiſsimus ille, impijſsimuſq. Abſalon de ſui nominis memoria ad poſteros propaganda ſolicitus fuit, de quo ſic dicitur. 2. Reg. 18. num. 18. Porro Abſalon erexerat ſibi, cum adhuc viueret, titulum qui eſt in valle regis: dixerat enim, non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Nomen igitur pro fama ſiue honeſta, ſiue vana vſurpatur. Numquid de nomine ſolo loquitur Salomon? ergo conueniens fuit, vt exprimeretur quale eſſet hoc nomen (ſcilicet bonum) quod præfertur vnguẽto bono, & diuitijs. Nam pluri-mi nominis deſiderio etiam ſcelere innoteſcere voluerunt. Pauſanias nominis celebritatis cupidite æſtuans, perſuaſuſq. id poſſe aſſequi ſi inſignem aliquẽ virum occidiſſet, Philippum interſecit, maluitq. ſcelere nefario pollui, quã ſui nominis memoria carere. Nota eſt ſacrilega illa famæ cupiditas, quæ hominẽ ſceleratum armauit, vt ignẽ admoueret templo Dianæ Epheſiæ per orbem celebratiſsimo, illudq. conatus eſt igne conſumere, ſuumq. nefarium animũ in equuleo poſitus detexit. Lege plura huius rei exẽpla apud illos, qui exemplorum libros ſcripſerunt. Scribæ & Phariſæi, quos ſepulchris ſimiles dixit eſſe Magiſter veritatis nõ ſolum nominis, ſed boni nominis cura tangi videbãtur. Lege Matth. c. 6. Vbi Hipocritarum ſtudium nobis ob oculos proponit Chriſtus, vt ab illorum imitatione recedamus. Cũ, inquit facis eleemoſynam noli tuba canere ante te ſicut hypocritæ faciunt &c. num. 5. cum oratis non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes orare &c. Plurimos alit hæc ætas hypocritas, ſed qui minore diſpendio nomen ſibi parare nituntur, cum iam vera virtus vix nota ſit nobis, & tenue illius ſimulachrum quaſi rem diuinam veneremur, facile nobis impo-

Val. Max. l. 8

Matth. 6.

imponunt hypocritæ. Quidam Medicus ægroto tenuem victũ præſcribebat, & ad patientiam illum hac de cauſa hortabatur, cui ægrotus, Domine mi(inquit)hæc diæta mihi eſt lautiſsimus cibus:ignorabat ægroti cõſuetudinem, qui non tam erat parcus quam ſordidus, & aſſueuerat tenui victui:hic abſtinentiſsimus putabatur. Alius nutritus in ſtabulo,& duris aſſuetus, deliciarum contemptor videbatur in religione. Sunt multa his ſimilia, quæ habent quandam honeſti ſpeciem: abſit tamen à me vt virum bonum certo credam, niſi quem videro iuſtitia, modeſtia,gloriæ mundanæ contemptu,& charitate præſtãtem.

Eccli.41. v. 15. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi,quam mille theſauri pretioſi & magni. Optimum conſilium, & peſsime à peſsimis vſurpatũ.

Nomen bonum. Bonum nomen verum nomen eſt,ſanctum nomen eſt. Hypocritæ falſum nomen expetunt: ſub ſpecie ſanctitatis fallere volunt. Alexãdri, Cęſares,Pharaones, Auguſti nomen ad poſteros tranſmittere optauerunt, ſtatuis,ędificijs,hiſtoriographorum & Poetarum monumentis nomen ſuum æternitati conſecrate ſumma diligentia conati ſunt: ſed de bono nomine curam nõ habuerunt. Illud eſt bonum nomen quod virtute comparatur. Imperator, diues, robuſtus,prodigus non ſunt bona nomina. Sæpe vitrum putatur lapis pretioſus, ſunt enim multi ficti veris ſimillimi. Laudatur falſus adamas, aut rubinus ab ignaris,ſed trapezita ſapiens lapides illos contemnit. Qui lapidem pulchrum inuenit tunc in illo gloriatur cum a perito cognoſcendorum lapidum certior fit illũ eſſe maximi pretij. Omnis fere homo imperitus eſt ad cognoſcẽdam veram virtutem. Qui curam habet de bono nomine,curam habet de vera virtute, neque ad hominum iudicium ſe ipſum componit,ſed ad Dei conſpectum. Ambula (inquit Dominus ad Abraham) corãme & eſto perfectus. Non poteſt eſſe perfectus qui ambulat coram hominibus,hoc eſt, qui ſe ſuaque ita parat, vt hominibus approbentur. Iuſtitiæ,abſtinentiæ, fortitudinis, & cæterarum virtutum opera deſinunt eſſe bona ſi fiant propter nominis claritatem; non dixi ſi fiant propter nomen bonum, quia impoſsibile puto poſſe eſſe nomen bonũ ſi eſt nomen falſum, aut vanum,tale eſt quod fit propter famam. Cum ergo dicit Eccleſiaſticus vt curam habeamus de bono nomine, idem eſt ac ſi diceret,da operam vt ſic viuas vt placeas Deo, vt à Deo opera tua probentur, vt eleemoſyna ſit teuera eleemoſyna, & ieiunium ſit ieiunium vel ſi mauis, eleemo-

Gen. 17.

eleemoſyna, ieiunium, patientia ſint charitas, ſint iſta propter Deum, quem ſuper omnia
Matth. 6. diligere debemus. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis &c quia talis iuſtitia non eſt iuſtitia ſed vanitas. Omnis noſtra actio ſumit ſpeciem & denominationem à fine, qui facit opus propter nomen facit opus vaniſsimum, qui propter nomen bonum, facit opus perfectum, eſt enim omnis homo mendax, Deus autem verax, & ipſamet veritas: ergo qui propter Deum ſumme bonũ aliquid agit curã habet de bono nomine, de vero nomine, de ſempiterno nomine. Numquid diues erit qui arcas plenas arenæ putat eſſe plenas auro, quia id in ſuperficie ſcriptum eſt? Si diſtribuero in cibos pauperum omnes fa-
1. Cor. 13. cultates meas: & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeã, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Charitas facit bonum nomen, quæ Deo nota
Matth. 5. 16 eſt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant veſtra bona opera & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt. Ecce habemus modum quærendi bonum nomen. non enim nobis ſolis nati ſumus, charitas Chriſti vrget nos, vt curam habeamus ſalutis proximi, quod ſine manifeſtatione virtutis, quæ in nobis eſt, fieri non po-

teſt. Ergo prouideamus bona non ſolum coram Deo, ſed co- 2. Cor. 8. 21.
ram hominibus, vt videant opera noſtra & glorificent Deum: hic eſt finis legitimus bonorũ operum, ita nomen bonum paratur. Sine offenſione eſtote, inquit Paulus, Iudæis & gentibus, & eccleſię Dei: ſicut & ego per omnia omnibus placeo, nõ quęrens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiãt. Quid dicis Paule, ſi omnibus places, quomodo perſecutionem pateris? ſed quantum eſt ex parte tua omnibus places, id eſt placere
ſtudes: cur dixiſti aliàs, an quæ- Gal. 1. 10.
ro hominibus placere? ſi ad huc hominibus placerem Chriſti ſeruus non eſſem. Facile hic nodus ſoluitur, vult ſuper omnia Deo placere hominibus propter ipſorum ſalutem, nõ ob ſui ipſius vtilitatẽ, vt dixit. 2. Cor. non vult placere hominibus more hypocritarũ. Audiamus
illũ ad Epheſ. 6. n. 5. Serui obedi- Ephe. 6.
te dominis veſtris carnalibus cũ timore & tremore in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: nõ ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo. Item. Coloſſ. 3. num. 22. Per ſe nudum nomẽ mera vanitas eſt. Eleganter di-
xit quidam, Iuue. Sat.

Gloria quantalibet quid erit, ſi gloria tantum eſt?

Beati prædicãtur a Chriſto illi, quorum

Lucæ.6.22. quorum nomen tamquam malum eijcitur,& maledictis oneratur,ſi propter iuſtitiã hoc patiantur: bonum nomen à malis tamquã malum reijcitur & contemnitur.Ille reuera curam habet de bono nomine, qui Deo conſciẽtiam purã & rectam ſeruat, & hominibus bonum vitæ exẽplum præbet,cauetq. omnẽ ſcandali occaſionẽ.Cur hic nomen vnguẽto præfert;in prouerbijs diuitijs?fortaſsis per vnguẽtum ſiue oleum (vtrumq. enim ſignificat Semen)intelligit oleũ quo vngebantur reges & ſacerdotes, quaſi dicat, melius eſt Deo eſſe gratum, quam regali aut ſacerdotali pollere dignitate.Vel per pretioſa vnguenta intelliguntur tam opes,quam deliciæ,talibus enim vtuntur diuites delicati & voluptati dediti. Fit etiam talis comparatio quia vnguenti pretioſi fragrantia late diffunditur,& voluptate afficit multos, ſic bonum nomen permeat & recreat.

Sed quorſum nunc Eccleſ. de bono nomine agit? non eſt difficile huius rationem reddere.Reprobauerat ſtudium diuitiarum congregandarum, quia natura paucis contenta eſt,& ſi ad poſteros ſeruantur, incertum eſt vtrum illi an extranei illas ſint habituri,vtrum aliquibus ſint profuturæ an nocituræ, quæ plerumque eſſe ſolent inſtrumenta ludendi, luxuriãdi,ſuperbiẽdi, & multorum ſcelerum.Quid ergo ſi Deus etiam homini minime ſolicito diuitias cõferat? Quacumq.ratione ad nos pertineant,illud eſt optimum conſilium vt bonum nomen nobis paremus, nã diuitiæ addunt amicos plurimos, ſi ab homine prudẽte & liberali diſpenſantur,amici autem præcones ſunt magnificentiæ, aut liberalitatis.Præterea bonum nomẽ virtute nititur, nulla autem illuſtrior quam in pauperes liberalitas,hoſpitalitas miſericordia. Auarum autem multi oderunt, & apud omnes male audit, eiuſque nomen putreſcit, quod cum omnibus impijs cõmune ſit, in auarum potiſsimẽ cõuenit, quo nihil eſt ſceleſtius. Qua propter animus ab amore diuitiarum ad ſtudium boni nominis transferendus eſt,bonum enim nomen magis permanet quam mille theſauri pretioſi & magni.Bonę vitæ numerus dierum,bonum autem nomen permanebit in æuum.

Liberalitas. *Eleemoſyna.* *Miſericordia.*

Prou.19.4. Prou.10.7. Eccl.10.v.9 Eccli 41.13

Dies etiam mortis melior eſt die natiuitatis,tunc enim remota inuidia nomen illuſtrius eſt ac glorioſius. Non tam clarus fuit Abraham,Iob,Elias,Iſaias, Ieremias ætate ſua, quam poſt mortem, tunc paucis nota erat illorum virtus,multis etiã odioſa & grauis, poſtea vero ſine illa inuidia eorum nomen celebratur apud plures, neque in

Mors.

vna tantum regione noti ſunt. Quid dicā de Apoſtolis & martyribus, quorū nomen deteſtabantur hoſtes fidei, & eijciebāt tamquam malum? quid in orbe terrarum glorioſius, pręclarius, excellentiuſq. quam horum nomina, quibus dies mortis finem laborū & certaminis fecit, & ad triumphū palmāq. victoriæ aditum aperuit? Viris fortitudine & iuſtitia inſignibus hanc nominis immortalitatem polli[...]tur Lyricus inquiens.

Lib. 3. Ode 42.

O quiſquis volet impias.
Cædeis, & rabiem tollere ciuicam:
Si quæret pater vrbium
Subſcribi ſtatuis, indomitam audeat.
Refrenare licentiam
Clarus poſt genitis: quatenus, heu nefas.
Virtutem incolumem odimus (di.
Sublatā ex oculis quærimus inui-

Eccleſiaſt, nos inducere conatur ad contemptum diuitiarū, & rectum illarum vſum, ad ſtudium boni nominis, & ad mortis deſiderium, non faſtidio vitæ, ſed amore æternitatis, & beatæ ſecuritatis. Tūc illud pleniſſime verificabitur, quod de iuſto Deum timente ſcriptum eſt, iucunditatem & exultationem theſaurizauit ſuper illum (Dominus) & nomine ęterno hæreditabit illum. Eccli. 15. 6. Si vis hanc ſententiam in genere intellgere vide quæ dixi cap. 4. v. 2. & Iob. cap. 3.

Naſcimur morituri, dum ſumus in corpore peregrinamur à Domino, neq. habemus hic ciuitatē manentem, ſed futuram inquirimus. 2. Cor. 5. v. 6. Semper finis eſt pręferendus principio & medio, propter quem alia grata ſunt. Non eſt mors finis hominis, ſed terminus vitæ, dies autē mortis ianua eſt & portus, ad hęc cum peruenitur iam finē obtinet viator & nauigator. Quid ſi malus eſt [...]mo, dumq. ad mortē peruen[...]it miſeriā incurret ſempiternam? hoc non eſt mortis malū, neq. ob hoc mors eſt vituperio digna. Pſ. 33. v. 22. Eſt mors impiorū peſſima ipſorum culpa, eſt ſanctorum precioſa in conſpectu Domini ipſius gratia, & merito ſanctorū. In noſtra eſt poteſtate male viuere, qui Dei vocationē & gratiā contēnimus, peſsime morimur. Si Deo obſequi imperāti, & ducentem ſequi vellemus miſeram vitam cum felici morte commutaremus. Io3. 7. Militia eſt vita hominis: quis, niſi impius ac crudelis, militat propter ipſam militiā? omnes pacē appetunt. De illo qui per militiæ gradus ad ſummam dignitatem peruenit, dixit Cordubenſis Poeta, Luca. l. 9.

Prætulit arma togæ, ſed pacem armatus amauit.

Hic infęlici morte ſublatus, nō quia ferro occubuit, ſed quia ad infernū deſcendit. Mercenarius præſtolatur finē operis qui fatigatur labore quietem expetit:

qui

qui tempeſtate iactatur tranquillitatem deſiderat: hæc autem niſi in morte pleriſq. contingere non poſſunt. Ergo bonis optima mors: iniquis vero melior die natiuitatis, quia pec

De verb. Do ſer. 17. candi finem faciunt. Quid eſt diu viuere, inquit Auguſtinus: niſi diu torqueri. Si abſq. laboribus (inquit Euripides) atq moleſtijs mortalis natus te victurum putas, ſtultus es. Libet etiã hic aſcribere verba Cratetis enu

Apud Stobæum Ser. 96. merantis vitæ mala In foro, inquit, ſunt lites & actiones moleſtæ: in ædibus curæ: ruri, labores nimij: at in mari timor eſt: in peregrinatione ſi quid habes, metuendum: ſi nihil, moleſtum eſt. Nuptus es, non ſine curis eris: non ducis, eo magis ſolitariam vitam agis. Liberi dolores pariunt: orbitas, vita eſt ſine liberis: iniucunda iuuentus ſtolida eſt, ſenectus vero infirma. Ex duobus igitur eligendum eſt alterutrum, aut naſci nunquam, aut ſtatim natum vita defungi. Hæc ille. Sunt autem eo ſenſu accipienda, quo locutus etiam Eccleſ. cap. 4. v. 2. & 3. Multa dici poſſent, ſed hæc nũc ſint ſatis.

v. 3. He. *Bonum ire ad domum luctus præ ire ad domum conuiuij in qua ipſe finis omnis hominis, & viuens dabit ad cor ſuum.*

Lat. *Melius eſt ire in domum luctus quam in domum conuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum ſit.*

QVONIAM melior eſt dies mortis die natiuitatis, ideo melius eſt ire in domum luctus &c. Vt enim recte vitam componamus præ oculis mors habenda eſt: & illius recordatio eſt vtiliſsima nobis, quibus Dei gratia certos fecit vitam bonis paratam eſſe omnis mali expertem, omnium bonorum cumulo redundantem. Scimus mortale hoc corpus immortalitate donandum, & corruptibile induẽdum incorruptione. 1. Cor. 15. 54.

Mortis memoria non ſolum fideles, ſed etiam infideles, dum modo non fuerint moribus corruptiſsimi, ad honeſti ſtudium prouexit: optimus huius rei teſtis eſt Lyricus, qui cũ eſſet quãdoque minus temperans, tamẽ iudicij acumine multa vidit honeſto viuendi inſtituto conſentanea. Hic de mortis memoria ſic ait. Mortis memoria. Lib. 2. Ode. 3.

Æquum memento rebus in arduis
Seruare mentem: non ſecus in bonis
Ab inſolentem temperatam lætitia,
Moriture Delli, &c.

Sed qui modeſtiam ſuadet memoria mortis, mox inducit ad delicias. Aliter Cato ſe ad omnem fortunæ incurſum armat mortis recordatione, fortis animo eſt, & deliciarum contemptor; temperantiæ exemplar, cõmunis vtilitatis amator, ſed min⁹ religioſus, quam par erat, ſed illa, quam aſpernabatur, nõ erat religio, ſed vaniſsima ſuperſtitio, & dæmonis fraus, quem tamen gentiles quaſi aliquid diuinum colebant. Catonis verba audiamus, & quod minus pietati videbitur conueniens repudiemus, illud quod ad rem noſtram facit retineamus. *Lucan. lib. 9.*

Hæremus (inquit) *cuncti ſuperis temploq. tacente.*
Nil agimus niſi ſponte Dei, non vocibus vllis
Numen eget, dixitq. ſemel naſcentibus auctor
Quicquid ſcire licet, ſteriles nec legit arenas.
Vt caneret paucis, merſitque hoc puluere verum.
Eſtq. Dei ſedes niſi terra, & pontus, & aer,
Et cælum & virtus, ſuperos quid quærimus vltra?
Iupiter eſt quodcunq. vides quocumq. moueris.
Sorti legis egeant dubij ſemperq. futuris.
Caſibus ancipites, me non oracula certum,
Sed mors certa facit, pauido fortiq. cadendum eſt:
Hoc ſatis eſt dixiſſe Iouem &c.

Vides hominem ſola mortis meditatione ad quidvis patiendum intrepidum? Sed hæc conſtantia in pectore erudito, & ſpecie quadam honeſti imbuto, laudiſque auido vtilis eſſe poterat: in alio pertinacia fuiſſet, qualis eſt in multis præ donibus, & in illis Hiſpaniæ populis, de quibus dixit Silius Italicus. *lib. 1.*

Prodiga gens animæ, & properare facillima mortem &c.

Nocuit multis mortis meditatio, quia deerat recta fides, & proniſsima erat natura ad malum, putabantque animas cum corpore extingui, neque de ſe aliquid dignius cogitabant quã de brutis: ad quos propheta ait: Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus. *Pſal. 31. 9.* Brutales iſti ſceleratiſsimique homines, quia ſolam mortẽ cogitabant ad omne flagitium ſe exhortabantur, de quibus ſic dicitur Sapien. cap. 2. v. 1. *Sap. 2.* Dixerunt cogitantes apud ſe non recte: Exiguum & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis &c. & v. 5. Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reuerſio finis noſtri &c. Venite ergo & fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vino pretioſo & vnguento nos impleamus &c.

Iſaias quoque populum rebellem, & incredulum huius ſceleris arguit, cap. 22. v. 13. Ecce gaudium & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum: comedamus & bibamus cras enim motiemur. O infælices! qui victimam diabolo ſaginatis. Siccine naturam veſtram deſpicitis vt nihil ſecundum rationem agendum puteris? Sic concupiſcentiæ habenas laxatis vt beſtijs firis turpiores ac viliores? Ob hanc impietatem religionis noſtri magiſtri non ſolum mortem nobis meditandam proponebant, ſed iudiciũ & omnium, bonorum prǽmiũ, ac malorum ſupplicium. Paulus ad Hebræ. 9. num. 27. ſtatutum eſt omnibus hominibus ſemel mori, & poſthoc iudicium. Eccli. 7. v. 40. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Efficax antidotum contra peccati mortiferum venenum cogitatio mortis & iudicij. Quondam in agris ſepeliebant mortuos, fuitque non leuis cura ſepulchri etiam viris ſanctitate præclaris, vt Abrahæ & Patriarchis, vt viſis ſepulturis mortis recordarentur, & illuc ire cuperent conarenturq. quo perrexerant ſancti, ſimulq. futuræ reſurrectionis mortuorum memoriam refricarẽt, hæc enim fides explicita antiquiſſima fuit: ſimulque, & immortalitatis animi & reſurrectionis fides vna fuit, vt manifeſtè cõſtat ex locis vbi Paulus de reſurrectione diſſerit, nunc ſufficiat locus ille vbi verba Iſaiæ ſupra allata adducit. 1. Cor. 15. n. 32. Si (ſecundũ hominem) ab beſtijs pugnaui Epheſi, quid mihi prodeſt ſi mortui non reſurgunt? Manducemus, & bibamus cras enim moriemur, ſed de hac re alibi opportunius. Non erat antiquis illis patribus locus vnus cõſignatus, vbi cõuenirent cauſa religionis, in quo mortui poſſent ſepeliri; & poſtquam templum ædificatum eſt ibi commode id fieri non poterat, neq; enim ipſos Ieroſolymitanos ciues capere poſſet, idcirco quiuis libere defunctum ſuum ſepeliebat in hæreditate ſua. Sed poſtquam domus Dei per orbẽ dilatata eſt, & plures peculiares eccleſiæ ſunt conſtructæ, ad quas concurrit plebs Chriſtiana, perpetua eſt mortuorũ memoria; & recte poteſt Eccleſia vocari domus ſaluberrimi luctus, ibi enim ſepeliuntur mortui, ibi exequiæ mortuorum celebrantur, ſacrificia offeruntur, ibi ſacramentũ pœnitentiæ adminiſtratur. Sed Eccleſ. loquitur de domo vbi lugetur defunctus: neq. dixit, bonum eſſe comitari defũctũ cũ effertur, neq. intrare domũ eius antequã efferatur, ſed ire ad domũ vbi lugetur quo-

Iſa. 22.

Heb. 9.

Eccli. 7.

Eccleſia.

Digitized by Google

tur, quoniam non ſolum mortis memoria animũ pulſat, ſed lugentium mæror & lacrymæ etiam durum pectus emolliũt, vt compunctione ſtimulatus cogitet, quid ſibi & ſuis eueniet cito, omnes enim mortis legi ſubiecti ſunt, & qui præcedunt, mox ſecuturis relinquunt animi dolorem. Tanta eſt voluptatis & concupiſcentiæ vis, tanta obliuio finis noſtri, vt non ſufficiat nobis quotidie videre tot mortes, ſed opus ſit ad domum luctus accedere; & ob deſidiam ac obliuionem noſtram ſancta eccleſia ſingulis annis in frontibus noſtris cinerem ponit: Memento, inquiens, homo quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Non ſolum conditionis noſtræ meminiſſe oportet, vt modeſtiam teneamus, & ab arrogantia longe recedamus, ſed etiam vt redimamus tempus ſcientes quoniam dies mali ſunt, & vita breuis, & ex iſto vitæ præſentis momento pendet æternitas præmij vel pœnę. Redimere autem tempus quis poterit indulgens concupiſcentiæ, luxui, voluptati? Qui ſcit ſe rationem breui redditurum ſeuero domino, qui falli non poteſt, diligenter deſcribit quid acceperit, & quid expenderit, & qua ratione ſumptus fecerit, vtrum fecerit imperata an pro libito facultates domini ſui profuderit. Longe ab

Homo puluis.

Noſſe ſe.

erit ab illorum dementia, qui dicebant, comedamus & bibam' cras enim moriemur. Imo dicet: ſi tã breuis eſt vita, & tã incerta hora mortis, vigilemus quia neſcimus quando Dñs vẽturus eſt, ante cuius tribunal ſiſtemur rationem reddituri. Stratonicus cum eſſet Rhodi mirabatur illius ciuitatis habitatorũ demẽtiã, qui ſumptuoſiſsime ædificabant, & lautiſsime epulabantur: dicebatq. illos ædificare perinde quaſi eſſent immortales, obſonare quaſi breui victuros. Empedocles idem de ſuis ciuibus aſſeuerabat: Agrigentini, inquiebat, ſic indulgent voluptatibus quaſi poſtridie morituri, ſic ædificant quaſi ſemper victuri. Alterum horum, argumentum erat inſanæ ſuperbiæ & vanitatis, alterum erat argumentum animi abiecti, & à pecudũ conditione nõ abhorrentis. Imo multo ſumus deteriores beſtijs, iſtæ enim ſimplici cõtentæ alimento, artificioſos cibos nõ quærũt. Dices: carent ingenio, & arte ad excogitãda varia cõdimẽtorũ genera: fateor, ſed nobis nõ eſt datũ ad res viles, turpes, noxiaſq. veſtigãdas, inueniẽdaſq. ſed ad regimen vitæ, ad morũ honeſtatẽ, ad rerũ cõtẽplationẽ, ad excolendã virtutẽ & religionẽ. Inſpiciamus agricolarum curam circa pecudes. Oues verno tempore continent in caulis vſquequo ſol

Luc. 12. 36.

Digitized by Google

ſuō calore abſumat rorem, ne ſi herbam humore madentem deuorent, quę ouibus gratiſsima eſt ſanguinis copiā ſuffocentur, aut alio morbo corripiantur. Deinde non illis cōcedunt quēlibet potum, neq. quouis tempore, ſed habent rationem ſanitatis illarum. Boues etiam ab aratione ceſſantes non patiuntur ſtatim bibere, etiam ſi ſiti ardeant, niſi prius quieſcant & comedant, tunc ad potum deducunt. O miſerrima hominis inſania, circa bruta animalia conſeruanda ratione vtimur, & vitam noſtram negligimus, ſola voluptas imperat, huius auſpicijs in multa ruinus diſcrimina. Sit igitur domus luctus voluptatis deliciarum, ſaturitatis, vanitatiſq. noſtræ repreſsio: cogi-
Heb.10.31. temus ibi quid futurum ſit, eſſeq. horrendum incidere in manus Dei viuentis & omnipotentis.

Cum dicit melius eſſe ire in domum luctus, non omnem luctum approbat, de hoc enim modo non agit, neq. ego de illo dicam ne longus fiam. Qualiſcumq. ſit mortui luctus, melius eſt lugentibus adeſſe ſiue ad cōſolationem ſiue ad conſiderationem humanæ conditionis, quam intereſſe cōuiuijs, de quibus aliqua dixi in caput 1. Iobi num.4. Sancta celebrant conuiuia quotidie religioſi, ſed de his non loquitur Salomon, in his ſilentium ſeruatur, temperantia colitur, vnus legit aliquid ſacrum aut pium, cæteri auſcultant, reficitur ſimul corpus & mens. Abſit à viro religioſo vt ad ſæcularium conuiuia libenter accedat, illaque frequenter; optant enim profani ſæculares, vt religioſi interſint ipſorum conuiuijs, vt illorum exemplo intemperantia illa approbetur. Mirumq. eſt vt ſæculares cupiant videri honeſtatis amātes, & religioſi non vereantur vidēri intemperantes & profani: quod magis dolendum eſt, vix adduci poſſunt quidam vt veniant in domum luctus, vt mortuos ad ſepulchrum comitentur, mortuorumq. exequias ſuperſtitioſe deuitant, & ad domum morituri libēter accedūt etiam non vocati, vt captent occaſionem reuocandi teſtamenta, quæ ſano iudicio & optimo cōſilio facta ſunt, & dum falſam paupertatem ingerunt, veros pauperes pijs emolumentis fraudant. Profani tam ſæculares, quam qui falſo religionis gerunt inſignia libenter audiūt Chriſtum & nuptijs & conuiuijs interfuiſſe; numquid vos alios ſic ſanctificare poteſtis? Non ſunt mala conuiuia ex ſui natura, ſed ob improbitatem noſtrā, decet tn̄ viros religioſos abſtinere ab omni peccandi occaſione, ab omni mali ſpecie. Nolo eſſe Iudex actionū tuarū,

ſed

ſed tibi de te iudicium commit to. Dic mihi quoties cum ſilentio, & inciborum parſimonia modum exceſsiſti, & cibi dulcedine captus lectioni ſacrę non attendiſti? quoties temperantiæ & ſobrietatis metas tranſiſti? ſi ibi frenum laxaſti voluptati vbi minus erat periculi, ibi modum ſeruabis vbi ſępe modeſtia ac temperantia periclitatą eſt? vide Prou. 23. num. 20. Iſa. 5. numer. 12.

Cogito. Cogitare H. Dare ad cor; aliquando vulgatus nomen, Cor, quod eſt in Hebræo exprimit, vt Deut. 4. num. 39. Cogitato in corde tuo. H. Reduces ad cor tuum. 3 Reg 8. nu. 18. cogitaſti in corde tuo. H. Fuit cum corde tuo. Iſa. 57. num. 11. neq. cogitaſti in corde tuo. H. non poſuiſti ſuper cor tuum. Ierem. 7. nu. 31. nec cogitaui in corde meo. H. nec aſcendit ſuper cor meum. Vides vni verbo latino multa reſpondere Hebræa, & multiplici dicendi forma ſiue phraſi vnicum verbum exprimi. Vulgatus addidit, quid futurum ſit. Id enim videtur neceſſario ſequi, ſed multo plura dabit ad cor ſuum, ſcilicet, vitæ inſtabilitatem, voluptatum fallaciam, diuitiarum inutilem ſarcinam, omnium rerum vanitatem: & lugentium mærore ac lacrymis compungetur. Præterea alia cogitabit ſi defunctus fuerit diues, ſi pauper, ſi iuuenis, ſi bonæ vel malæ indolis; ſi relinquat hærédes probos vel improbos; ſi nati alebantur induſtria & labore parentis, nunc vero vidua & orphani manent omni auxilio deſtituti: quid ſi rex, ſi dux, ſi magiſter mortui ſunt? ſingula habent peculiarem cogitandi materiam, quę viro prudenti plurimum afferant vtilitatis. Ab his ſaluberrimis cogitationibus alieniſsimi ſunt ſæculares, & religioſi quidam profani dum vacant conuiuijs in quibus de rebus vaniſsimis ſermo fit, vtinam á detractione & calumnia, & turpitudine ſibi tẽperent. Noui ego religioſum, qui in ſancto monaſterij conuiuio hoc eſt, in communi refectorio vbertim lacrymas fundebat, quia mẽte reuoluebat multorum egẽſtatem, quos ſe meliores reputabat, dabatque ad cor ſuum captiuorum, calamitatem & eſuriem, cogitabat eos qui vinculis tenebantur leuioribus delictis, quam quæ ipſe inſe agnoſcebat, & deplorabat. Tam ſanctam cogitationem in profano conuiuio quis inueniet?

Bona ira præ riſu, quia in malitia facierum bonificabitur cor. V. 4. He.

Melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Lat.

ANIMI motus in facie cognoſcuntur, excipimus hilaritate & riſu illa, quæ placent; quę autem diſplicent vultus cōtractione, quæ eſt triſtitiæ ſignum, ira autem & indignatio maioris diſplicentiæ ſigna ſunt. Iratus animus inſurgit contra malum, aut mali cauſam: ſi ergo in nobis aut in alijs aliquid diſplicet, quod indignum iudicamus, iraſcimur, & indignatione diſplicentiam ſignificamus, quæ iuxta rei indignitatem maior aut minor eſſe debet. Lætantur mali cum male fecerint, & exultant in rebus peſsimis; triſtantur etiam & indignantur contra bonus. Impius Cain animaduertens ſacrificia fratris ſui eſſe Deo accepta, ſua vero contemni iratus eſt vehementer & concidit vultus eius. Iratus autem eſt contra fratrem ſuum, & fortaſis contra Deum, cum ſibi ipſi debuiſſet iraſci, & in ſe corrigere prauitatem, cuius cauſa eius munera Deo diſplicebant. Iure reprehenditur Heli, & iuſtiſsime eſt à Deo punitus quia leui obiurgatione filios ſuos viros nefarios corripuit, quos ſeuere debuit caſtigare verbis ac verberibus, & iuſtam grauemq. indignationem oſtendere. Cum peccaſſet populus Iſrael peccatum illud maximum adorationis vituli, non ſatis viſū eſt Moyſi vultu indicare irā, ſed verbis, & operibus, nam tabulas legis, quas deferebat à Deo, proiecit ac confregit, vitulum comminuit in puluerē, & miſſum in aquam potum, ex eo dedit filijs Iſrael, Aaronē quoque fratrem ſuum maiorem natu, & iam ſummo ſacerdotio inſignitum grauiter obiurgauit. Nos igitur, quos neq. verbis neque rebus caſtigare poſſumus, ſaltem vultus indignatione declaremus diſplicentiam, & fortaſsis delinquentis animus corrigetur. Nūquam ſigna demus complacentię cum aliquis peccauerit, ne ſceleris illius ſimus participes, neque ſi corripere iure poſſumus diſsimulemus, ne diſsimulatione noſtra maiorem ſibi vſurpet peccandi licentiam. Erat quidam tragędiarum inſignis auctor Callipides, qui cum apud ſtultum populum, & apud illos, qui à vulgi iudicio non abhorrent, magno eſſet in pretio, putauit ſe honorifice excipiendū ab Ageſilao Lacedæmoniorū Rege, occurrenſq. regi ipſū ſalutauit, deinde importune ſe immiſcuit his, qui regē comitabantur, cumq. rex nullum indicaret beneuolentię aut honorificentiæ ſignū, propius accedens, non me, inquit, Rex agnoſcis? Ageſilaus vero ſereno ac ſeuero vultu ait: annon tu es ille dicelecta? (hoc eſt, mimus ſiue imitator, ſiue fictor) ſic contempſit hominis importunam arrogantiam, qui exiſtimabat ſibi

Prou. 2. v. 14

Gen. 4. n. 5.

1. Re. 2. n. 23

Exod. 32.

ſibi honorem defetendum á viro prudentiſsimo, qui illas artes dignas laude iudicabat, quæ reipublicæ eſſent vtiles, & quibus ciuium mores meliores euaderent. Comædijs autem vulgaribus, & hiſtrionum geſticulationibus mores deprauantur. Non diſsimili prudentia animique magnitudine Alexander Magnus contempſit hominem, qui in acum infigebat grana ciceris, quem donatum menſura leguminis à ſe dimiſit, cum eſſet aliàs magnificētiſsimus, ſed indignū iudicauit meliore munere hominē, qui in re ludicra ſtudiū & operam collocauerat. Si ſic contemnuntur ludicra, qua fronte ferenda ſunt impro be facta? Erga filios vultus grauitas ac ſeueritas vtiliſsima eſt, ne paternæ beneuolentiæ ſigna filiorum animum ſoluat. Eccleſiaſt. 7. num. 26. Filiæ tibi ſunt: ſerua corpus illarum, & ne oſtendas hilarem faciem tuam ad illas. Sic fiet vt filiæ reuereantur parentes, & timeant quicquam committere, quod eis diſpliceat. cap. 30 num. 9. Lacta filium & pauentem te faciet, lude cum illo & contriſtabit te: non corrideas illi ne doleas, & in nouiſsimo obſtupeſcent dentes tui. In Gręco eſt, frendebis dentibus. Omnis peccandi occaſio præſcindenda eſt; quid ergo fiet cum peccauerint? certe nō ſolum ira vultus, ſed verbera, ſed compedes adhibenda ſunt.

Eſt igitur vultus triſtia, & indignatio nobis & alijs vtilis, ſiue pares ſint ſiue inferiores, ſiue ſuperiores. Magnum eſt opprobrium prę́lati, magnaq. verecū dia ſi ſubditus geſtu indicet diſplicentiam operis aut dicti inde cori aut inepti. An non pudebit dominum ſi ſeruus faciei triſtitia oſtendat ſe eſſe prudentiorem & honeſtiorem? Experiatur vnuſquiſq. hanc doctrinam in ſe & erga ſe, ſine dubio pluri mum proficiet. Contrahat vultum vim ſibi faciat ne os in riſum ſoluatur, & ſtatim agnoſcet quantam animus inde comparet modeſtiam. Reformatis externis ſenſibus interior homo reformatur, & honeſtę illū occupant cogitationes.

Cahhaç, id eſt indignatio &c. ſup. c. 1. n. 18. cura c. 5. v. 16. dolor Pſal. 9. H. 10 v. 7. Roahh. i. triſtitia, proprie malū, ſiue malitia, ſed quia vt alias monui, malum eſt genus ad omne malum culpæ & penæ, ideo ſignificat, quicquid eſt triſte, moleſtum, iniucūdum &c. Gen. 40. nu. 7. cur triſtior eſt hodie facies veſtra? H. cur malæ (Rahhym) facies veſtræ hodie? 2. Eſdrę. c. 2. n. 2. Quare vultus tuus triſtis eſt? H. Quare facies tuæ malę. *Cahhaç.*

Nota, vultus malitia adducit cordis bonitatem, ex quo apparet malum pænæ non eſſe

perſe malum, quia aut eſt effectus iuſtitiæ, aut cauſa bonitatis: cū Deus faciem ſuam triſtem oſtendit, cum mala infligit cordis noſtri bonitatem intendit. Si Dei facies ſignificat gratiam, fauorem, beneficentiam, vt aliàs oſtendimus, facies Dei triſtis videbitur cum ſubtrahit illa beneficia, cum permittit nos affligi, cū vult nos calamitate vexare, id autem facit quia bonis illius abutimur in ipſius offenſam & noſtrã perniciẽ: aut quia nos probare vult, ac perficere. Eccleſ. de facie hominis loquitur, ſed nil vetat inde ſumi argumentum ad Dei faciem.

v. 5. He. *Cor ſapientum in domo luctus, & cor ſtultorũ in domo lætitiæ.*

Lat. *Cor ſapientum vbi triſtitia, & cor ſtultorum vbi lætitia.*

Triſtitia. IAM cap. 2. riſum reputauerat errorem & inſaniam, quia infinitæ ſunt doloris & mœroris cauſę in hac vita. Hic v. 4. Iram meliorem dixit riſu; & v. 3. Melius eſſe ire in domum luctus &c. Quia non ſemper occurrunt defuncti neque ſemper vacat, aut licet ire in domum luctus, hac ſententia docet vbi tuto poſſit eſſe cor ſapientis, & vbi ſit cor ſtulti, nam cor ibi eſt, vbi eſt hominis amor. Charitas dilectio Dei eſt ſuper omnia: & proximum facit diligere ſicut ſeipſum, & facit omnia communia. Vbiq. occurrũt infortunia, aut ſcelera, & illa grauioris ſunt cauſa luctus & mæroris, quæ fiunt cum magna lætitia. Deſperatę ſunt ſalutis, qui lætantur cum malefecerint, ſed lętitia impiorum grauem adducit pijs luctum, vt vix in hac vita lætandi occurrat occaſio; quamuis ſpiritualis lætitia & gaudium ſanctorum animos non deſtituat. Prou. 2. 14.

Vir ſapiens, qui rerum eſt optimus ponderator ſcit vitam noſtram eſſe multis repletam miſerijs, mundum iſtum eſſe lacrymarum vallem, idcirco cor eius eſt in domo luctus, ſic enim ſeipſum cuſtodit innoxium à multis culpis, quas incurrit ſtultus inſanam quærens letitiem. Iob. 14. Timet ſapiens illud, vę vobis, qui ridetis, quia flebitis. Amat illud, Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur. Sed de hac re non ſemel dixi. Luc. 6. v. 21. 25.

Seruandus eſt in omnibus modus, & luctum atq. triſtitiã metiri debemꝰ vtilitate ſalutis animę, quæ ſemper corporis cõmodis præferẽda eſt: qui enim odit animam ſuam in hoc mundo in vitam ęternam cuſtodit eã. Ioã. 12. v. 25 Samuelẽ charitas vrgebat, vt Saulis reprobationem grauiter lugeret. 1. Reg. 16. n. 1. Dixitque Dominus ad Samuelem, vſquequo tu luges Saulem cum ego proiecerim eum ne regnet ſuper Iſrael? qui ſic lugebat Saulis ruinam ſatis

ſatis nos docet perpetuam lugendi cauſam nobis ſuppeditare tot ſpirituales ruinas, quas paſsim videmus. Lugeamus inſanam multorum lætitiã. Alius lętatur quia fraudem fecit: alius quia ſcorto potitus eſt: alius quia furto aliquid lucratus eſt; alius qui morte proximi ſe vltus eſt: alius quia ambitione ad dignitatem euectus eſt: alius quia ſimonia obtinuit pingue beneficium, omnes iſti lugendi ſunt. Lugeamus etiam inſanum luctum eorum, qui nullo dolore tanguntur quia legem Dei violarunt, quia animam ſuam ream æternæ damnationis fecerunt: & grauiſsima triſtitia afficiuntur cum ſpes vana & impia fruſtrata eſt. Lugeamus quia tot ſunt ſtulti quorum corda, cogitationes, corporaq. ſunt in domo lætitiæ in lupanari, in cõuiuijs, in domo ſcorti, in domo comœdiarum, in foro, in ſpectaculis, in tot locis vbi præſens eſt animi ruina. Heu quot ſunt corpore in eccleſia & corde in coquina, in ludo, in menſa, in colloquio turpi: & in loco ſancto nil cogitant niſi profanum, indecorum, turpe. Horum lętitia eſt impia, reproba, deteſtabilis, quę naſcitur ex turpi amore, & ex culpa, de qua Sap. 2. num. 9. Nemo noſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ: vbiq; relinquamus ſigna lætitiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors. Et Iſa. 22. num. 13. & ecce gaudium & lætitia occidere vitulos &c. Hi lætantur cũ malefecerint & exultant in rebus peſsimis. Lætabitur autem iuſtus in Domino & ſperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde. Plebs tua, inquit Dauid, lætabitur in te. Hæc lætitia naſcitur ex charitate & ſpe: hanc non excludunt lacrymæ pænitentis, aut compatientis alienæ calamitati: quoniam ſecundum multitudinem dolorum in corde iuſti conſolationes Dei lætificant animam eius. Hæc lætitia non in in riſu appatet, non tollit a facie modeſtiam & honeſtam ſeueritatem. Alieniſsimi ſunt ab hac lætitia ſtulti, quoniam hæc naſcitur ex fiducia ſancta, ex obſeruatione mandatorum Dei, nam iuſtitiæ Domini rectę ſunt lætificantes corda: & expectatio iuſtorum lætitia Prou. 10. v. 28. Dolet cor iuſti alienam calamitatem, flet iuſtus cum flentibus, ſed gaudet in Domino, lætatur ſpe diuinæ conſolationis & adiutorij, confidentia diuinæ bonitatis. Triſtitia iuſtorum vertetur in gaudium, non ſolum quando omnis dolendi & mærendi cauſa finietur, quando gaudium erit pleniſsimum & æternum, ſed etiam in pręſenti mirifice Deus amicos ſuos conſolatur. In tribulatione (inquit Dauid) dilataſti mihi. Item. v. 7. ſignatum eſt

Sap. 2. — Iſa. 22. — Prou. 2. 14. — Pſal. 63. 11. — Pſal. 84. 7. — Pſal. 93. 19. — Pſal. 18. 9. — Prou. 10. 28. — Pſ. 4.

videretur, ſciebam nihil humanum poſſe amaritudinē animi mei lenire; remediū mihi fuit Dei recordatio: Memor fui Dei

Matth.5. & delectatus ſum. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur, ſpe in præſenti, & ſpirituali conſolatione ſed non plena, non abſoluta: quia perfecta cōſolatio ab omni triſtitia liberat, plenum gaudium vbi nihil extraneum miſceatur, tunc erit, cum tranſierit nox ſiue veſperum huius vitæ, & orietur perfectiſsima lux, & ſempiterna lætitia. Tunc abſterget Deus om-

Apoc. 21.4. nem lacrymam ab oculis ſanctorum & iam non erit luctus &c. Tunc pleniſsime illud ad

Pſal.29. implebitur, Pſal. 29. v. 14. Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi, concidiſti ſaccum meum & circundediſti me læ-

Ioan.16.20. titia. Tunc triſtitia vertetur in perfectiſsimum ſummumque gaudium.

V.6. He. *Bonum audire increpationem ſapientis, præ viro audiēte canticum ſtultorum.*

Lat. *Melius eſt a ſapiente corripi, quam ſtultorum adulatione decipi.*

QVÆ huc vſque dixit licet per ſe ſint ſaluberrima documenta, tamen videntur eſſe præmonitiones quædam ad id quod nunc agit. Nam riſus lętitia gaudium nō ſemper vituperio digna ſunt, ſed oportet animum ad triſtitiam, dolorem, tribulationem eſſe paratum, quia hæc neceſſario occurrūt, & inopinata ſunt moleſtiſsima. Præter communia mala corporis, morbus, fatigatio, laſsitudo fames, ſitis, paupertas, calumnia, inuidia & his ſimilia mala, eſt comune malū, quod animo nocet, ſcilicet ignorantia honeſti, & rerum vtilium ad veram fęlicitatem: nam quæ nos putamus commoda plerumq. ſunt magna detrimenta, quę mergunt hominem in interitum. Commune etiam malum eſt laudis appetitus, & vulgaris æſtimationis. Vir ſapiens qui á ſe longe relegauit ignorantiam, nouit humani iudicij leuitatem, præſertim ſtultorū, qui ſenſum & voluptatem ſequuntur, & commodis temporalibus ſtudent, lucro & fraudi inſeruiunt. Vir inquā ſapiens qui nō poteſt non eſſe vir bonus, dolet ſtultorum vicem, deplorat communem miſeriā, videt quanta ſub nocte prematur noſtra dies, ideo cor eius eſt in domo luct⁹ vbi triſtitia: eius cor domus luctus eſt, ibi luget tot tāq. frequētia & publica mala, & de remedio ſolicitus, vt reducat impios à via perditionis prorumpit in exhortationē, corr eptionē: increpationē: arguit, obſecrat increpat in omni patientia & doctrina. Sic Iere- 2. Tim.4

mias, cui cordi erat ſalus populi ſui,

ſui,cor habebat luctu plenum, neq. ceſſabat populum monere
Iere. 13.16. & increpare. cap. 13.num. 16. Date,inquit, Domino Deo veſtro gloriam antequam tenebreſcat,& antequam offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos:expectabitis lucem & ponet eam in vmbram mortis & in caliginem: quod ſi hoc non audieritis,in abſcondito plorabit anima mea à facię ſuperbię, plorans plorabit & deducet oculus meus lacrymam quia captus eſt grex Domini. Sed ſtultus populus noluit à ſapiente corripi, & prophetam veracẽ, & communis ſalutis amantem grauiſsima perſecutione ſæpe vexauit. Malebat gens illa impia & ſtulta audire falſos prophetas falſam pacem & fælicitatem promittentes,de quibus dicit idem Ieremias cap. 6. nu. 13. A minore vſque ad maiorẽ omnes auaritiæ ſtudent: & à propheta vſque ad ſacerdotem omnes faciunt dolum.Hęc erat radix falſę aſſeuerationis,& perniciofiſsimæ adulationis. Vnde ſequitur:& curabant, inquit, cõtritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes, pax & non erat pax. Idem repetit cap. 8. num. 10. Thren. 2. v. 14. Prophetæ,inquit, tui viderunt tibi falſa,& ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam,vt te ad pænitentiam prouocarent &c.Prę cipuum inſtrumentum auaritiæ eſt adulatio in his qui laborem oderunt, & quibus apud ſtultum populum gratia inuenitur; vel qui ſtultos ac vanos principes nacti ſũt. Quos enim corripuit ſapientiæ,aut excellẽtiæ opinio, & laudis popularis ſtudio tenentur, difficile adduces vt audiãt veritatem,& adulatione vehementer delectantur,ſimiles illes,qui lethargo laborant,quibus ſomnus lethalis gratiſsimus eſt. Quia ergo moleſta ſolet eſſe multis correptio, ne illa eſſet cauſa triſtitiæ id circo nos præparauit Eccleſ. præcedentibus ſentẽtijs,& pręcipue cum dixit meliorem eſſe iram riſu, qua corrigitur animus delinquentis,ſi autem triſtitia vultus non ſufficiat ad correctionem,ſapiens adhibebit increpationem,quæ ſi prius aſpera & moleſta videbitur, conſiderata tamen eius vtilitate,conſiderato etiam in cõmodo adulationis,grata erit correptio homini cui curæ eſt ſalus animę ſuę, qua nihil debet eſſe charius.Quem Eccleſ. vocat ſapiẽtem, Dauid vocat. Iuſtum Pſal. Pſal. 140.
140. v. 5. corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Iuſtus miſericordia incitante increpat, peccator adulatur ſtimulante lucro:alterum mouet charitas, alterum auaritia: iuſtus quærit proximi ſalutem,adulator

tor quærit proprium emolumentum cum dolo & fraude;& proximi pernicie.

Eſt in Hebræo egregia huius loci emphaſis,quę pendet ex notione duorum verborum, ſcilicet,Halam, & Ros. Halam ſig-
Halam. nificat percutere, vnde halmuth ſignificat, malleum. Iud, 5.n.26.ſiniſtram manũ miſit ad clauum, & dexteram ad fabrorum malleos, percuſsitq. Siſaram &c.Excidere Iſa. 16. nu. 8. alij quaſſare. cap. 41. n. 7. qui cudebat. H. cum percuſsione vel contuſione. Hinc fit vt Pſ. 140. aliqui vertant, Percutiat me malleo iuſtus &c.vt nõ ſolũ verbis corripi velit Dauid à iuſto,ſed etiã percuti,& hoc præfert adulationi: quia animæ incolumitas etiamſi magno conſtet quærenda eſt. Ros,id eſt caput, vel venenũ. De priore ſig-
Ros. nificatione nemo dubitare poteſt: ſecundæ exemplum extat Deuter. 32. v. 33. venenum aſpidum &c. ſignificat etiam.Fel. Deuter. 29. Pſal. 68. v. 22. Ierem. 8. num. 14. &c. ſic ergo vertere poſſumus,Percutiat me iuſtus miſericordia,& corripiat me:oleum capitis (vel veneni, vel fellis) ne frangat caput meum. Adulatio quaſi oleum lenis videtur, ſed eſt amara vt fel, mortifera vt venenum, videtur lenire & reuera frangit caput. Vel oleum capitis.i. oleum præcipuum, quamuis videatur laus inſignis,& honorem afferre, veruntamen frangit caput. Nota verbũ Mo, quod H.ſcribitur per N. V. A. & hic vulgatus, LXX. & B. Hieronymus vertunt, impinguare.Num.30. num. 6. num. 9. ſignificat contradicere. cap. 32. num. 7. nu. 9. ſubuertere. Pſ. 32. v. 10. Reprobare:alij frangere,infringere,irritum facere,annihilare interpretantur,quæ omnia adulationi conueniunt. Amara potio bilim euacuat, mel dulce in amaritudinem conuertitur. Copia ſanguinis multos ſuffocauit, ſanguinis miſsio à morbo præſeruat, vel iam præſentem tollit,ſic correptio ſapientis iuuat,adulatio ſtultos enecat.Laudum ſitis & adulatio morbum auget, increpatio ſanitatem inducit. Si nondum tibi virtus dulcis eſt,pręparate ad ferendã triſtitiam, quæ peccati odium facit, fuge ſtultorum lætitiam Prouer. 27. v. 5.Melior eſt manifeſta correptio, quam amor *Prou. 27. 5.*
abſconditus. Quis ignorat beneficium melius eſſe quam beneuolentiam? qui corripit bene facit:qui amat beneuult. Vtilior mihi eſt medici manus vulnus ferro aperientis, quam matris amor nimium indulgentis, & ſæpe ſua indulgentia nocentis. Ecce ira increpantis melior eſt riſu adulantis, & vultus ac increpationis triſtitia animus delinquentis corrigitur. Item v. 6.

meliora

meliora ſunt vulnera amici, quam fraudulenta oſcula ini-micorum. Ex fine & euentu iſta pen-ſanda ſunt, [illegible] eſt) increpatio, indignatio, & ſi opus eſt verberatio vitia exterminare conantur, virtutes inſerere: oſcula fraudulentá & adulatio mentem exinaniunt, hominem perdunt, aut perdere volunt. Adulatione inſolentior fit, homo ſtultus modeſtiam omnem abijcit. Vide Ianſenij commentarium, vbi adducit Iudæ proditoris oſculum: & Ioab, qui occidit Amaſam, tenens mentum illius quaſi volens oſculari eum Contra: Pauli indignatio & ſeuera punitio ſaluberrima, qui tradere voluit hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus eius ſaluus fieret in die Domini. Increpatio ſapiẽtis, animi ſalutem intendit, adulatio ſtulti mentem deijcit, ruinaq. eſt homini vano & ſtulto. Elegans opuſculum ſcripſit Plutarchus de diſcernendis amicis ab adulatoribus, hi enim nõ aperta fraude adoriuntur, quos volunt euertere, ſed amicitiæ nomine ſe ingerunt, & quia ſciunt amicorum eſſe errata mutuo corripere, illa increpãt, quæ nullius ſunt momenti, de corrigendis animi morbis nihil ſuggerunt. Oleum leniendis tumoribus adhibetur, qui adulatur impinguat caput ſtulti, quem videt nimio tumore de-

Matth. 26. nu. 48.
2.Reg 20.9.
1.Cor. 5. n. 5.

forme: & cum tumoribus oleũ prodeſſe ſoleat, adulationis oleum tumori ſuperbiæ nocet, [illegible] tumor incrementum capit. Vulgo dicimus, *Vntan los caſcos*, vngere caluariam, id eſt, adulari, adulatione decipere. *Diſsimile.*

Hebræum nomẽ nullum eſt quod ſignificet adulationẽ, hic vocatur, canticum ſtultorum, non tantum quia ab ſtultis canitur, ſed quia ſtultos deludit. Omnis prauus ſtultus eſt, & cũ adulator ſit peſsimus, erit etiam ſtultiſsimus, ſed ſi ſtultum vocamus imprudentem, ſenſu deficientem, inſanum, dementemq. illi reuera ſtultiſsimi ſunt, qui adulationibus gaudent, callidi autem, vafri, verſuti, vulpibus ſimiles ſunt adulatores; quapropter exiſtimo adulationem dici canticum ſtultorum propter ipſos, qui adulationem amãt, aut illa decipiuntur. Nominis latini proprietatem quidam ex Græco petunt, ſcilicet ex nomine, Dulos, quod ſignificat ſeruum, qua ſi ad ſeruile hominum genus hoc vitium ſpectet, & vanitatis ſeruos decipiat. Alij dici putant ab Olla, quæ ab antiquis latinis dicebatur, Aula: adulatores enim ollæ diuitum volunt eſſe participes, illorum cibis ali: vel potius ab Aula, id eſt, palatio, ac domo principum quo conueniunt adulatorum phalanges. Miſerrima ſane principum ac

regum

regum conditio, qui adulatoribus obſeſsi à veritate longiſsime abſunt. Quidam inſignis concionator explicás illud Ioã. (Ioan. 5.) 5. num. 25. Venit hora & nunc eſt quando mortui audient vocem filij Dei &c. refert illos tres mortuos, quos Chriſtus ſuſcitauit, puellam adhuc in domo parentum: adoleſcenté, qui iam efferebatur: Lazarum, qui quatriduo mortuus iacuerat in monumento. Quartum noluit ſuſcitare, cũ enim quidam diſcipulus dixiſſet Magiſtro Chriſto (Matth. 8. 21): Domine permitte me primum ire & ſepelire patrem meũ: Ieſus ait illi, ſequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Hoc genus hominum dicebat eſſe remotiſsimum a veritate, vt non audiret vocé filij Dei: mortuoſq. vocari tam adulatores, quam illos, qui adulatione capiuntur, omnes pleni mendacijs, ſed adulatores ſepeliunt illos, quibus adulantur. Nota, ſatiſq. vulgata eſt Sirenum fabula, quæ monſtra fuiſſe fingit ſuperiore parte pulchra facie fæminæ, inferna forma piſcis, quæ cantu nauigãtes attrahebant, demulcebantq. vt poſtea neci darent: habitabant litus Siculum. Propter quod cum nauigaret Vlyſſes, vt periculum effugeret ſe malo nauis alligari fecit, & ſociorum aures cera obturauit. Nomen Sirenum alij à deceptione, alij à catena deducũnt, ſunt enim Græca verba ſiue nomina huic nomini affinia. ſ. Sio. i. concutio, turbo, decipio. Sira. i. [illegible].H. etiam Syr ſignificat armillã vnde Seroth. i. armilla: Syr etiam eſt canticum, vnde fortaſsis Græci deduxerunt nomen Sirin & Latini Siren, & nu. plur. Sirenes. Alij deducunt á Syro. i. traho, ſed doctis nõ placet hoc poſtremum. Quidã putant fuiſſe meretrices, quæ cantilenis demulcebant prætereuntes, & ad extremam deducebant miſeriam dementatos illarum illecebris: quibus ſimiles ſunt adulatores, in quos quadrat illud Iſa. (Iſa. 13.) 13. num. 22. Et reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & ſirenes in delubris voluptatis. Nomen Hebræum Thanym ſignificat dracones, vulgatus autem dum vertit Sirenes non confirmat fabuloſam hiſtoriam, ſed vtitur nomine iuxta receptam iam ſignificationem, qua monſtrum ſignificatur. Certe monſtrum eſt adulator morans & canens in delubris voluptatum, in domibus ſtultorũ nobiliũ ac principũ. Ne lõgius hic excurrat ſermo noſter, cętera remittimus ad c. 12. v. 11. De correptione vid. v. 9.

Quia ſicut vox (vel ſonitus) ſpinarũ ſub olla, ſic riſus ſtulti: etiam hoc vanitas. v. 7. He.

Quia ſicut ſonitus ſpinarum Lat.

rum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti: ſed & hoc vanitas.

Adulatio. ELEGANTI ſimilitudine exprimit mores adulatoris,& eius qui adulatione decipitur. Olla feruens & nigredinem contrahens inſanum ſignificat humano applauſu & adulatione elatum: ſonitus ſpinarũ ardentium adulatorem repræſentat:ignis,flamma,fumus,fauilla ad vtrumque referri poteſt. Deinde nouimus ex euangelio ſpinas ſignificare diuitias, *Luca.* ſolicitudines, voluptates, hæc communia ſunt vtriſque. Adulator diuitias ac delicias quærit ab homine diuite & vano, iſte delectatur adulatione ille vero lucro. Ignis ad concupiſcẽtiam ſignificandam non raro vſurpatur,fumus denigrat, oculos offendit. Olla ſuppoſito igne fuligine tingitur ac obfuſcatur: aqua intus contenta ebullit, nõ fert operculum,emittit ſpumãtes ampullas. Quid homini adulatione inſanienti accommodatum magis dici potuiſſet non video,huius mens fumo adulationis & ſui ignorantia obtenebratur:lõge eſt à veritate,à modeſtia, & ab omni rectæ rationis moderatione. Demoſthenes Phocioni dicebat,occident te Phocion Athenienſes ſi cæperint inſanire: me, (inquit Phocion) ſi inſanierint, te autem ſi ad ſanam mentem redierint.

Phociõ vir bellica fortitudine,animi conſtantia, prudentia & probitate inſignis iudicauit dignum eſſe morte adulatorem qualis erat Demoſthenes. Item, viros ſanæ mẽtis ferre non poſſe adulatorem: neque virum bonum damno afficere,trium Philoſophorum adijciam de adulatore ſententias. Bias Prienæus vnus è ſeptem Græciæ ſapientibus interrogatus quod eſſet animal omnium maxime noxium? ſi de feris, inquit; per contraris, Tyrannus: ſi de mitibus, adulator. Antiſthenes aiebat ſatius eſſe incidere in coruos quam *in* adulatores; corui mortuos *comedũt*,adulatores viuos deuorare nitũtur. Ferunt coruos cadaueris oculos primo effodere ac deuorare:id viuis faciũt adulatores, inſanire enim faciunt ſtultos homines. Græci adulatores vocant *colacas*: coruos, coracas: Diogenes aiebat periculoſius eſſe incidere adulatores, quam in coruos: hic idem eſt cum dicto Antiſthenis. Nota non ſolum verbis fieri adulationem ſed etiam geſtu,riſu applauſu, & eſt ſæpe periculoſior quoniam mendacium latet, & præſens dictum aut factum approbatur. Solet rideri incondite, importune quoniam ficte, & tamen ſonus iſte, quaſi ſpinarum

narum

narum ardentium, ſtultorũ canticum eſt. Quid autem vanius hoc eſſe poteſt? propterea melius eſt ire in domum luctus &c. Et melior eſt ira riſu &c.

v. 8. He. *Quia calumnia inſanire faciet ſapientem, & perdet cordis donum (vel cor donũ.)*

Lat. *Calumnia conturbat ſapiẽtem, & perdet robur cordis illius.*

OSTENDIT nouo argumento huius vitæ vanitatem, inconſtantiam, calamitatem; quandoquidem ille, qui iam in tuto videbatur eſſe, & ab amore huius ſęculi remotus, ne rerum præſentium mutabilitate turbaretur, iſte adhuc obnoxius eſt perturbationibus animi, quæ ſi non ſemper euertunt, at infringũt animi robur atq. conſtantiam. Maximã vim ad hoc habet inopinata calumnia, oppreſsio, iniuria, præſertim ſi in multorum vergit detrimentum, cui non ſit facilè occurrere, neque patientia calumniæ magnitudini ac difficultati ſatisfieri poſſe videatur. Impij homines ſanctiſsimum virum Baſilium hæreſis calumnia diuexarunt, viroque in catholica fide conſtantiſſimo hãc notam inurere auſi ſunt. Vide Baſilij epiſt. 82. Vide etiam Chriſoſtomi epiſtolam ad Cyriacum. De calumniatoribus ſuis loquens, dixerunt, inquit, quod non ieiunos ad communionem receperim &c. Item, dicunt quod cum muliere dormierim: exuire me & inuenietis membrorum meorum mortificationem. Sed hæc omnia per inuidiam excogitarunt. Grauem calumniam paſſus eſt Ioſeph (Gen. 39.) falſo de tentato adulterio accuſatus, & in carcerem miſſus. (Num. 20.) Populus Hebræorum conuenerunt aduerſus Moyſen & Aaron, & verſi in ſeditionem dixerunt, vtinam perijſſemus inter fratres noſtros coram Domino; cur eduxiſtis eccleſiam Domini in ſolitudinem &c. ob hanc calumniam ac rebellionẽ dicitur Pſal. 105. v. 32. Vexatus eſt Moyſes propter eos, quia exacerbauerunt ſpiritum eius. Niſi calumnia eſſet periculoſa ſapientibus, & illorum conſtantia, ac probitas periclitaretur, non tam eſſet ſolicitus Dauid de compeſcendis calumnijs, quas ſolus Deus poterat reprimere, ideoque precatur. (Pſ.118.134.) Redime, inquit, me à calumnijs hominum vt cuſtodiam mandata tua. Reputabat grande eſſe obſtaculum calumniam, quę cum turbet animum, & ad inſaniam impellat non ſinit hominẽ Diuinis mãdatis pro dignitate attendere. Tanta eſſe poteſt hominis perfectio, tanta animi conſtantia tam diligens & matura

rum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti: ſed & hoc vanitas.

Adulatio. ELEGANTI ſimilitudine exprimit mores adulatoris,& eius qui adulatione decipitur. Olla feruens & nigredinem contrahens inſanum ſignificat humano applauſu & adulatione elatum: ſonitus ſpinarũ ardentium adulatorem repræſentat:ignis,flamma,fumus,fauilla ad vtrumque referri poteſt. Deinde nouimus ex euangelio ſpinas ſignificare diuitias, ſolicitudines, voluptates, hæc communia ſunt vtriſque. Adulator diuitias ac delicias quærit ab homine diuite & vano, iſte delectatur adulatione ille vero lucro. Ignis ad concupiſcẽtiam ſignificandam non raro vſurpatur,fumus denigrat, oculos offendit. Olla ſuppoſito igne fuligine tingitur ac obfuſcatur: aqua intus contenta ebullit, nõ ferr operculum,emittit ſpumãtes ampullas. Quid homini adulatione inſanienti accommodatum magis dici potuiſſet non video,huius mens fumo adulationis & ſui ignorantia obtenebratur:lõge eſt à veritate,à modeſtia, & ab omni rectæ rationis moderatione. Demoſthenes Phocioni dicebat,occident te Phocion Athenienſes ſi cæperint inſanire: me, (inquit Phocion) ſi inſanierint, te autem ſi ad ſanam mentem redierint.

Phociõ vir bellica fortitudine,animi conſtantia, prudentia & probitate inſignis iudicauit dignum eſſe morte adulatorem qualis erat Demoſthenes. Item, viros ſanæ mẽtis ferre non poſſe adulatorem: neque virum bonum damno afficere,trium Philoſophorum adijciam de adulatore ſententias. Bias Prienæus vnus è ſeptem Græciæ ſapientibus interrogatus quod eſſet animal omnium maxime noxium? ſi de feris, inquit; per contaris, Tyrannus: ſi de mitibus, adulator. Antiſthenes aiebat ſatius eſſe incidere in coruos quam in adulatores; corui mortuos comedũt,adulatores viuos deuorare nitũtur. Ferunt coruos cadaueris oculos primo effodere ac deuorare:id viuis faciũt adulatores, inſanire enim faciunt ſtultos homines. Græci adulatores vocant colacas:coruos,coracas: Diogenes aiebat periculoſius eſſe incidere adulatores, quam in coruos: hic idem eſt cum dicto Antiſthenis. Nota non ſolum verbis fieri adulationem ſed etiam geſtu,riſu applauſu, & eſt ſæpe periculoſior quoniam mendacium latet, & præſens dictum aut factum approbatur. Solet rideri incondite, importune quoniam ficte, & tamen ſonus iſte, quaſi ſpinarum

Digitized by Google

narum ardentium, ſtultorũ can ticum eſt. Quid autem vanius hoc eſſe poteſt? propterea melius eſt ire in domum luctus &c. Et melior eſt ira riſu &c.

v. 8. He. *Quia calumnia inſanire faciet ſapientem, & perdet cordis donum (vel cor donũ.)*

Lat. *Calumnia conturbat ſapiẽtem, & perdet robur cordis illius.*

OSTENDIT nouo argumento huius vitæ vanitatem, inconſtantiam, calamitatem; quandoquidem ille, qui iam in tuto videbatur eſſe, & ab amore huius ſeculi remotus, ne rerum præſentium mutabilitate turbaretur, iſte adhuc obnoxius eſt perturbationibus animi, quæ ſi non ſemper euertunt, atinfringũt animi robur atq. conſtantiam. Maximã vim ad hoc habet inopinata calumnia, oppreſſio, iniuria, præſertim ſi in multorum vergit detrimentum, cui non ſit facilè occurrere, neque patientia calumniæ magnitudini ac difficultati ſatisfieri poſſe videatur. Impij homines ſanctiſsimum virum Baſilium hæreſis calumnia diuexarunt, viroque in catholica fide conſtantiſſimo hãc notam inurere auſi ſunt. Vide Baſilij epiſt. 82. Vide etiam Chriſoſtomi epiſtolam ad Cyriacum. De calumniatoribus ſuis loquens, dixerunt, inquit, quod non ieiunos ad communionem receperim &c. Item, dicunt quod cum muliere dormierim; exuite me & inuenietis membrorum meorum mortificationem. Sed hæc omnia per inuidiam excogitarunt. Grauem calumniam paſſus eſt Ioſeph falſo de tentato adulterio accuſatus, & in carcerem miſſus. Populus Hebræorum conuenerunt aduerſus Moyſen & Aaron, & verſi in ſeditionem dixerunt, vtinam perijſſemus inter fratres noſtros coram Domino; cur eduxiſtis eccleſiam Domini in ſolitudinem &c. ob hanc calumniam ac rebellionẽ dicitur Pſal. 105. v. 32. Vexatus eſt Moyſes propter eos, quia exacerbauerunt ſpiritum eius. Niſi calumnia eſſet periculoſa ſapientibus, & illorum conſtantia, ac probitas periclitaretur, non tam eſſet ſolicitus Dauid de compeſcendis calumnijs, quas ſolus Deus poterat reprimere, ideoque precatur. Redime, inquit, me à calumnijs hominum vt cuſtodiam mandata tua. Reputabat grande eſſe obſtaculum calumniam, quę cum turbet animum, & ad inſaniam impellat non ſinit hominẽ Diuinis mãdatis pro dignitate attendere. Tanta eſſe poteſt hominis perfectio, tanta animi conſtantia tam diligens & matura

Gen. 39.

Num. 16.

Pſ. 118. 134.

ſura præmeditatio, vt nullis cedat perſecutionibus nullis turbetur calumnijs, ſed hoc eſt ſingularisſimum Dei donum. Audi Paulum de tribulatione loquentem 2. Cor. 1. num. 8. Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſupra modum grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere, &c. non minus grauat calumnia, quam perſecutio. Chriſtus tantam iubet diſcipulos ſuos ſeruare perfectionem, vt benefaciant ijs, qui oderint ipſos, & orent pro perſecutoribus & calumniatoribus ſuis.

2. Cor. 1.

Matth. 5. 44

Aduerte, iuxta Hebraicæ Grammaticæ rigorem, in hoc verſu ſunt duæ ſententiæ, prima eſt, calumnia conturbat ſapientem: ſecunda, donum perdit cor ſiue mentem, nam nomini cor præponitur in Hebræo, æth, qui eſt plerumque articulus accuſatiui. Sed quia id non eſt perpetuum ideo vulgatus calumniæ tribuit conturbare ſapientem, & perdere robur cordis ipſius.

Si velimus, vt velle poſſumus duas facere ſententias, ſenſus eſt: Duo ſunt quæ non raro ſapientem de ſuo gradu deturbant, ſcilicet calumnia & munera. Exod. 23. num. 8. non accipies munera, quæ etiã excæcant prudentes & ſubuertunt verba iuſtorum. Deuteronom. 16. num. 19. non accipies perſonam, nec munera: quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum.

Munera.

Halal, id eſt conturbo hic & Nehemiæ 2. num. 4. Significat etiam inſanire &c. Vide cap. 1. num. 17. Mathan, & in genere fæm. Mathanah, id eſt donum, Munus à Nathan, id eſt do. Geneſ. 25. num. 6. cap. 34. num. 12. Exod. 28. nu. 38. &c. Donum, Leuit. cap. 23. num. 38. Numer. 18. num. 6. Pſal. 67. v. 19. &c. Mathath, id eſt donum. Eccleſ. 3. num. 13. cap. 5. n. 18. Vulgatus vertit Robur, LXX. vigorem vel generoſitatem, vel conſtantiam, ſcilicet perdit cor vigoris eius &c. Chaldæus, per eloquia mala perdet ſapiẽtiam, quæ data eſt ei cælitus. Symmachus vertit, Donum ſicut eſt in Hebræo. Qui pro Dono vertunt Robur ſiue conſtantiam, intelligunt ſapientis robur eſſe donum Dei, vel intelligunt eſſe munus præclarum cordis conſtantiã ac generoſitatẽ. Oportet virũ bonum præmunitum eſſe contra calũnias, hoc autem aſſequetur ſi omnẽ humanam æſtimationem pro nihilo ducat, vt cum Paulo dicere poſſit, Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer &c. Prouidendum bonũ corã Deo & hominibus. Iſti ſi malitia

Halal.

1. Cor. 4. 3.

Rom. 12. 17

corrupti

corrupti ad calumnias properauerint contemnendi ſunt: ſi ſe commoueri ſenſerit clamet ad
Pſal.19. v.2. Dñm dicẽs: Domine libera animam meam à labijs iniquis & à lingua doloſa. Deo gratias qui plurimas paſſus ſum calũnias, ſed nihil nocuerunt, quia nihil quærebam eorum, quæ impedire poterant, imo ad illa, quæ optabam mihi viam ſternebãt; & ſi iſta & alia multa ſcripta mea aliquando in publicum emerſerint, ſciant qui legerint in his non potuiſſe me curas, & cogitationes ponere, niſi Dei beneficentia calumniæ in profectum meum ſtudiorumque meorum fuiſſent converſæ. Be-
1.Tim.3.12 nedictus Deus qui facit cum tentatione prouentum. Si omnes qui pie volunt viuere in Christo Ieſu perſecutionem patiuntur, ab hac pietate ſe alienum oſtendit, qui abiecto animo, & imbelli calumnias excipit: Sapientia Chriſtiana fortiſſima eſt ſi vera eſt.

7.9. He.

Bonum nouiſſimum verbi præ principio eius : Bonus longus ſpiritu præ elato ſpiritu.

Lat.

Melior eſt finis orationis quam principium : Melior eſt patiens arrogante.

NE triſtitia inſanire faciat ſapientem, ne ſapiens, qui corripit & calumniam ob hanc cauſam patitur: neue is qui corripitur adundantiore triſtitia abſorbeatur, nunc ad perſeue- *Perſeuerãtia. Conſtantia.* rantiam in bono, & ad patientiam auditores adhortatur: docetque conſiderandum ſemper actionis finem, qui enim perſeuerauerit vſque in finem ſaluus erit. Propoſitio eſt per ſe nota, finis eſt melior ſuo principio. Eſt enim finis cuius gratia aliæ expetuntur, quorum tunc bonitas conſideratur in ordine ad finem: in actionibus vero, in quibus principium medio, & vtrumque fini coniungitur ante finẽ nullum reputamus emolumentum, & ſi ad finem non peruenitur omnis labor caſſus eſt. Quid prodeſt inſtrumenta ruſtica præparare ſi terra non aratro ſcinditur? Quid prodeſt arare niſi ſemen terræ mandetur? Quid hoc niſi fructus colligatur? Si quis loquitur & orationem non abſoluit nihil efficit, neque auditor aliquid percipit. Denique in omni negotio, cauſa, actione, opereq. finis eſt melior principio. In agricultura, melior eſt tritura quã ſeminatio: in nauigatione, melius eſt ad optatũ portũ peruenire quam è portu ſoluere: in re militari, melior eſt victoria quã pugna: in medicatione, melior eſt ſanitas quã medicamentorũ applicatio: in architectura, melius tectum ſuper ponere

quam fundamenta iacere. Sic in morum conformatione, in recto viuendi inſtituto perſeuerandum eſt, & per patientiam currendum, & ab omni- 1.Cor.9.24. bus nos abſtinere oportet, quæ retardare poſſunt, curſum noſ- Hebr. 12. trum, omnis enim, qui in ſtadio currit ab omnibus ſe abſtinet. Et ſicut Apoſtolus hortatur, deponentes omne pondus & circunſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen: aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione cōtempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet. Iſte fuit paſsionis finis, nos quoque non deficiamus quouſque perueniamus ad conſpectum Dei. Non cæpiſſe proderit niſi perficiamus: quid meritum iuuabit ſi deſit præmium? melius præmium quam meritum, gloria quam gratia; poſſeſsio quam ſpes; victoria quā pugna: corona quam victoria. Finis non deerit glorioſus niſi defuerit perſeuerantia; quam non debet interrumpere, nec retardare calumnia.

Dabar. Dabar ſignificat Verbū, ſermonem, rem, vt iam alias monui & exemplis indicaui. Cauſa. Exod. 22. num. 9. Ioſue 5. n. 4. 2. Reg. 15. num. 11. 3. Reg. 11. num. 27. cap. 13. num. 34. Negotium. Exod. 18. num. 18. Iud. 18. n. 28. 1. Reg. 22. nu. 15. Miniſterium, 1. Paral. 26. nu. 32. Ordo, Iſa. 5. nu. 17. & in genere fæm. Dibrah, Pſal. 109. v. 4. Præceptum, Leuit. 10. n. 7. Deut. 32. nu. 47. 3. Reg. 12. nu. 24. 4. Reg. 22 nu. 9. &c. Alijs etiam modis ſolet vertere iuxta locorum cōmoditatem. Nam infra, ca. 10. n. 20. vertit, ſententiam. Sed cur in præſenti vertit orationem? Quid ſignificat hic oratio? An eſt idem quod ſermo communis, an ſumitur pro precibus ad Deum fuſis? Si vertiſſet in genere, Verbum, vel Res, non eſſet tam facilis nexus huius ſententiæ cum præcedentibus. Dixerat vtiliſsimam eſſe memoriam mortis & iudicij, vt homo vitam rectè inſtitueret, ſic enim ſe ad iudiciū præparare debet; huiuſmodi autem morum mutatio informatio ſiue reformatio difficilis eſt, triſtitiā habet comitem, ſed cor ſapientis eſt in domo triſtitiæ. Deinde non omnes nouerūt, quid rectum, quid ad ſaluté vtile: & ſi nouerunt ſæpe contra conſcientiam agunt, quare egent monitione, exhortatione, correptione, increpatione: ad hæc ſapiens ſufficiens eſt, neque conuenit omnib⁹ alios docere ac increpare, quia ſi nouerunt quid honeſtū ſit, ignorant modum, tempus, rationemque increpandi, neſciunt conſiderare mores peccatoris, dāna, quæ ex correptione

oriri

oriri poſſunt, ne ſibi & fratri, quem correctum optant, graue afferant detrimētum. A multis de correptione fraterna diſputatur, ſed à paucis diuinum præceptum intelligitur.

Correptio. Illud auſim affirmare, quicumq. affirmant ordinem illū correctionis ſiue correptionis fraternæ præſcriptum à Chri-
Matth. 18. ſto Matth. 18. nu. 15. eſſe præceptum obligans ad peccatum mortale, grauiſsimum facere Euangelij iugum, & plurimos ſua aſſeueratione æternæ damnationi obſtringere. Quod ſi eſſet præceptum etiam in crimine hæreſis ſeruandum eſſet. Dico ergo nō eſſe præceptum, ſed conſilium præſertim ſeruandum in cauſa propria, id ſignificatur cum dicitur ſi peccauerit in te &c. Item dico præceptum correptionis fraternæ eſſe de iure naturæ, ſed obligare ſapientem, alios vero per ſapientes, aut per ſe, ſi ex officio teneātur, aut res ſit tam aperta, vt nulla peculiari indigeat ſapientia. Sapiens autem dum corripit peccantem præuenire debet calumniam, & patientia præmuniri, ne illum turbet & inſanire faciat. Aut huiuſmodi correptio fit in generali, ſcilicet, pro concione, & tunc maior debet eſſe conſtantia, debetq. ſapiens eſſe paratus ad perſecutionem patiendam, & quæuis ferenda tormenta, quám veritatis prædicationem deſerere. Paulus ad Tim. 2. c. 4. Teſtificor, inquit, corā Deo & Chriſto Ieſu, qui iu 2. Tim. 4.
dicaturus eſt viuos & mortuos per aduētū ipſius & regnū eius: prædica verbum, iuſta opportune importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Vides quanta aſſeueratione præcipiat conſtantiam in docendo & increpando, quia melior eſt finis orationis, quam principium. Quid ſi parum proficit ſapiens prædicator, ſi calumniam ſuſtinet? Audi quod ſequitur. Erit enim tēpus, inquit, cū ſanam doctrinā non ſuſtinebūt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. His tamen non obſtantibus adhuc docet perſeuerandum eſſe. Tu vero, inquit, vigila, in omnibus labora, opus fac euangeliſtæ, miniſterium tuum imple. Quid eſt miniſterium implere, niſi ad finem orationis perſeuerare? Quis ignorat etiā noſtris temporibus concionatores ſapientes calumnijs exagitari?

Fortaſſis etiam per orationem, non ſolum exhortationē, & correptionem intelligere voluit vulgatus, ſed etiam preces ad Deum, vt doceret nullis armis nos tutiores eſſe poſſe contra calumnias, quam deuota

ōratione, & qui per orationem à Deo impetrauit ſapientiam, per orationem conetur obtinere patientiam. Non ſolum animi moderatio neceſſaria eſt corripienti, ſed etiam ei, qui corripitur, expectanduſque eſt orationis finis, quæ enim in principio fortaſsis dura videbatur reprehenſio in fine videbitur grande beneficium à charitate dimanans: & quæ primo aſperitatis ſpecie animum exacerbabant, poſtea ſua lenitate gratiſsima erunt.

Patientia. Melior eſt patiens &c. cum fiunt huiuſmodi comparationes, non approbatur vtrumque membrum, ſed illud quod dicitur melius: de altero iudicandum eſt iuxta rei naturam: imo aliquando neutrum approbatur, ſed melius dicitur quod minus malum eſt: de quo dixi libro de clauibus, & ex communi loquendi conſuetudine ſatis notum eſt. cap. 4. num. 13. Melior eſt puer pauper & ſapiens ſene rege & ſtulto non approbatur talis ſenex. Præfertur in præſenti patiens arroganti, qui omni dignus eſt vituperatione, indecorum enim eſt puluerem ſuperbire, ſi ob res temporales ſuperbit, inſanus eſt: ſi ob dona Dei, impius eſt, quia ſibi aliena tribuit, & vnde magis humiliari & timere debuerat, inde ſuperbit. Indignum eſt hominem ad imaginem Dei factum materiam ſuperbiendi capere ex rebus ſe ipſo vilioribus, aut quæ ſibi cum brutis communes ſunt. Gloriari aliquem eo quod multis vtatur medicamentis, non ſolum miſerum, ſed inſanum eſt, ſic ſæpe inſanimus qui cibis delicatis gloriamur, veſtibus pretioſis & ſimilibus, quæ ſunt argumēta ægritudinis aut vanitatis & inſaniæ. Cibus medicamentum eſt famis: potus eſt remedium ſitis: veſtis adiumento eſt contra frigus, qui pluribus eget plus ægrotat, qui iſtis gloriatur, inſanit. Inſanimus omnes arrogantia, quid ſi gloriatur aliquis ſanitate, fortitudine patientia? Certe gloriari nō debet, ſed Deum bonorum largitorem glorificare. Sanitas & fortitudo ad corpus pertinent hominem meliorem non faciunt, neque Deo gratiorem: ſuntque pleraque animalia meliore & tutiore valetudine prædita. Elephas, leo, vrſus fortiſsima ſunt, eſto ſuperes leones, & vrſos, non inde debes gloriari, quia vis corporalis hominem non facit dignum laude, faciet fortaſsis dignum admiratione. Vnica ſupereſt ſapiētia, quę homini propria videtur, & animum exornat, ſed niſi illi comes adſit modeſtia magis hominē facit vituperatione dignum, quia maiore illū ſcelere obligat, qui per ſapien-

Superbia.

pientiam nouit modeſtiam in omnibus eſſe ſeruandam. De cę leſti ſapientia ſic dicitur Sap. 8.
Sap. 8 nu. 7. Sobrietatem & prudentiã docet, & iuſtitiam & virtutem, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus. Per ſobrietatem intellige omnium actionum moderationem ac temperantiam, & animi modeſtiam. Vera ſapientia neminem contemnit, ſed omnes beneuolentia amplectitur, de omnium ſalute ſolicita eſt, & vt proficiat alijs patientiam induit, patientia munitur. Audi ſapientem Prou. 19. v. 11.
Prou. 19. Doctrina viri per patientiam noſcitur, & gloria eius iniqua prætergredi. Arrogantes impatientes ſunt, inflatus animus nõ patitur aliquam moram, qua ſe putat comprimi. Doctor arrogans inique fert omnem morã in diſcipulo, quod ſi contemptus accedat, inſanit. Doctor pa-
2. Tim. 4. tiens diſsimulat multa, prædicat verbum inſtat opportune importune, arguit obſecrat increpat in omni patientia & doctrina. En coniunctæ ſunt patientia & doctrina. Indignatur aliquando, ſed non amittit patientiam, vtitur ira quaſi flagello, ſed illa moderatione, quam rei neceſsitas poſtulat. Videt aliquando ſe contemni, ſed quia arrogantia caret patienter expectat, aliorũ ſaluti ſtudet: ideo patiens eſt, & per patientiã oſtendit ſe nõ quærere proprium emolumentum ſed proximorũ. Qui ab ira ſuperatur ſtult⁹ eſt, qui ſuis affectibus neſcit imperare inſipiẽs & imbellis eſt, qui autẽ docendo, monendo, increpando patiẽter perſeuerat, ipſa ſua patientia oſtendit ſe eſſe ſapiẽtem & virũ bonũ. Qui alios increpat, viros bonos facere ſtudet, à vitijs ad virtutes reuocare optat & conatur: quid ſi pro beneficio calumnijs appetitur? Tunc apparebit quam præclara ſit eius doctrina & virtus ſi patiens fuerit, ſi enim ſe ab ira ſuperari ſinit, oſtẽdit animi elationem, qua propter oſtendit ſe omni virtute carere, nam ſuperbia eſt omniũ peccatorũ initiũ.
Sic viri apoſtolici, ſic martyres Eccli. 10. 13
pro veritate docẽda certauerũt vſq. ad mortẽ, & illa fortiſsima cõſtãtia ac præclariſsima patiẽtia oſtẽderunt doctrinã illã eſſe ſalubeττimã, pro qua nõ dubitabãt mortẽ oppetere. Poteſt Doctor veriſsima, & maximè ſalutaria docere, ſed ſi impatientiã prodat verbis vel factis manifeſtè oſtẽdit doctrinã illã animo ſuo minime hærere. Infirmaturq. ſermo docẽtis malo exẽplo. Rectiſsime Eccleſiaſ. poſtquam de correptione verba fecit hãc ſubiecit ſentẽtiã, & quia dixerat melioem eſſe iram riſu, indicat nunc iram illam non eſſe contrariam patientiæ. Iraſcitur magiſter patiens & ſapiens, & etiam ob-

 ſecrat,

ſecrar, dum increpat omnem conatur remouere à ſe arrogantiæ ſuſpicionem: expectat, inſtat, dat charitatis argumenta. Poteſt etiam hæc doctrina ad ipſum, qui increpatur pertinere, ne calumnia lædat benefactorem ſuum, ne arrogantia reſpuat ſalutarem doctrinam: pudet enim quoſdam arrogantes ſuſcipere increpationem, etiamſi animaduertant vtiliſſimam eſſe, & à charitate increpantis proficiſci, ne videantur inferiores prudentia & bonitate, ne videantur hoc beneficium reformationis morum debere increpanti. Abſit igitur à nobis impatientia, quæ nos non permittat expectare finem orationis, abſit arrogantia, quæ dedignetur ab alijs corripi, & eorum beneficio corrigi. Hæc dixi, nec plura nunc de patientia dicam, ne lectoris patientiam tentem, & quia in commentarijs Iobi non ſemel de hac virtute dictum eſt.

Patiens. Æerech. Ruach. Patiens Heb. Ærec Ruach, id eſt longus ſpiritu, homo lati pectoris, magnæ reſpirationis. Qui anguſto ſunt pectore, anguſtis naribus breuem & frequentem habēt reſpirationem, facileque ira incenduntur, quia cor inflammatum non facile refrigeratur. Sicut patiens dicitur Ærec ruach, id eſt longus ſpiritu; ſic impatiens dicitur *Impatiens.* Qetſar ruach, id eſt breuis vel anguſtus ſpiritu. Prouerb. 14. num. 29. de nomine patientis & impatientis iterum occurret ſermo c.8.v.12. *Qetſar. Ruach.*

Superbus. Gebah. Ruach. Arrogans hic vocatur, Gebah ruach, id eſt elatus ſpiritu; & quia ſpiritus ventum ſignificat & tumorem, his duabus vocibus ſignificatur homo vanus, qui præ vanitate & tumore quaſi vento eleuatur, ſicut eleuatur puluis aut gruma. Prouerb. 16. v. 5. Abominatio Domini omnis arrogans Heb. Gebah leb, id eſt elatus corde. Vide quantum Deo diſpliceat ſuperbia: quanta vero ſit eius malignitas indicat quod ſequitur: etiam ſi manus, inquit, ad manum fuerit non eſt innocens: hoc eſt, etiam ſi nihil faciat ipſa cordis elatio peſſima eſt, & Deo abominabilis. Eodem cap. 16. num. 18. contritionem præcedit ſuperbia, & ante ruinam exaltatur ſpiritus. H. Ante contritionē ſuperbia, & ante ruinam elatio ſpiritus (Gobah ruach) amplectamur patientiam, quæ eſt primus charitatis ramus, & erimus benefici. Charitas patiens eſt, benigna eſt &c Sic alieni erimus ab elatione ſpiritus. *1. Cor. 13.*

Ne feſtines in ſpiritu tuo ad iraſcendum quia ira in ſinu ſtultorum requieſcet. v. 10. H.

Ne

Lat. *Ne ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit.*

OPTIME ſequitur, poſt doctrinã patiẽtiæ, ſermo de cohibenda iracundia quæ á ſapiente eſt aliena ſi immoderata ſit, & diuturna, in ſinu enim ſtultorum inuenit ſedem ſtabilem, qui neſciunt dominari affectibus ſuis, ſed ab illis agi tantur. Dixerat meliorem eſſe iram riſu, nunc irę modum ponit Nõ vetat iraſci, ſed iræ feſtinationem, & poſtquam ira ad miſſa eſt ratione opportune ex pellatur, ne eius mora à ſapientia ad ſtultitiã declinemus. Qui ſitit, vas liquore plenum labris admouet, ſi ſemper bibit morboſa & exitiali ſiti laborat, ſi non ſitit neque bibit & vaſis labra lambit, neque de manibus vult deponere ſtultus ſane eſt, aut ebrius. Gladium nudamus ad ſcindendum, poſtquam perfectum eſt opus gladium dimittimus. Quiuis artifex tandiu vtitur inſtrumentis, quandiu opus eſt: ſic ſapiens vtitur ira ad. iuſtam vindictam, ad caſtigationem, repræhenſionem, ſed magno opus eſt moderamine ne metas rationis tranſgrediamur. Feſtinandum lente in omni negotio, ſed multo lentius cum iraſcendum eſt. Ira definitur appetitus vindictæ: item ſanguinis inflammatio circa cor. Non eſt neceſſe vt omnis ira vindictam reſpiciat, iraſcimur cũ aliquid indignũ cõtingit, ſed nulli vindictã optamus. Frangitur poculũ, deturpatur veſtis puluere, indignamur quidem ſine vindictæ appetitu. Sicut non licet hominem occidere priuata auctoritate aut odio, ita non licet iraſci ad vindictam priuatam. Expetit iudex de latrone vindictam, iraſcitur in malefactores, iuſta eſt indignatio ſi modum teneat, ne trãſeat in odium perſonæ, & perſonam potius perdere velit quam vitia. Sic dicitur reus iudicio, qui iraſcitur fratri ſuo: nõ ſubdito prælatus, non filio pater, non ſeruo dominus, non iudex reis, ſed frater fratri iraſcitur de illo cupiẽs vindictam ſumere. Qui autem ſine vindictæ appetitu iraſcitur poteſt quandoq. id ſtudioſe facere, vt per triſtitiam vultus, quæ ſequitur indignationem corrigatur animus delinquẽtis: nam cap. 1. v. 18. dictum eſt, in multa ſapientia multum eſſe indignationem. Vbi eſt idem nomẽ, quod hic ſignificat, iram. Qui ſcrupuloſe iræ naturam ſcire vult, legat Philoſophos ac Theologos de paſſionibus animæ diſceptantes. Ira cum ſit animi cõmotio rei alicuius indignitatẽ non ferẽtis, ſi rectum iudicium ſequatur bona eſt, ſed quia plerumq. affectus iſte rationẽ turbat, neq. ſequitur, ſed p̃ euenit,

Ira moderanda.

Matth. 5.

id circo male audit,& à multis penit⁹ extingui debere aſſeuera rũ eſt:in qua aſſeueratione ſtoi ci delirarunt, cum enim omnia ratione regi vellẽt, naturam hu manam deſtruebant;& omnem virtutis exercitationem cõfundebant. Putabant omnes paſsio nes eſſe morbos,ideoq. penitus extinguendas. Cõtra huiuſmo di errorem à multis eleganter diſputatum eſt. Quod attinet ad iram puto multa fieri cũ ira moderata,quæ ſine illa poſſent fieri:cumq.ſit difficilimum mo dum tenere in cohibẽda ira,melius foret ſi omnis illius motus præpediretur, vt ſine periculo perturbati iudicij res fieret. Ira acuit fortitudinem, ſed idẽ poteſt facere ratio recta.Sine ira ex cutitur olea, ſine ira vua calcatur,ſine ira magna vi lignũ ſcinditur:cur ſine ira nõ potero hoſtem aggredi& interimere?Qui bouem aut ouem iugulat non id facit ſtimulante ira:nõ igitur neceſſe eſt vt iratus pater filium verberet, aut dominus ſeruum errantem puniat,neq. iudex malefactorẽ ſupplicio afficiat.Neceſſe eſt ſæpe numero voce geſtuq.indignitatem rei exaggerare dum prælatus caſtigat rebellem & contumacem,aut ſcãdaloſum ſubditum: ſed quid vetat hæc fieri animo pacato, & ſine bilis exacerbatione?Hiſtriones vehementer irati perſonam exprimunt neq.tamen iraſcuntur. Plato ſic famulo cõminatus fertur,loris,inquit,te cęderem niſi iratus eſſem.Rurſus cum ſeruum vellet caſtigare, & Xenocrates adueniret, flagella, inquit,hunc puerum,nam ego iratus ſum.Noui religioſum nouiter profeſſorum magiſtrũ, qui nihil caſtigabat niſi prius tranſiſſent 24. horæ niſi delictum poſtularet præſens ſupplicium, ſæpe in longius tempus differebat expectans opportunitatem meliorem,mirantibus diſcipulis eius tarditatem dicebat:ego ratione punio non ira, ira deferueſcit, ratio ſemper in eodem ſtatu manet. Erat vir æquitatis tenax, factionis inimicus,religionis zelator. Noui alium, qui ſubito caſtigabat etiam diebus feſtis cum delicta eſſent leuiſsima & commode differri poſſet caſtigatio, rogatus cur ſic ageret, reſpondebat, ne ira finiretur,& bilioſa commotio ſedaretur: iſte bellua erat,ille homo.

Ira commotio eſt cupientis malum propulſare à ſe, vel,ab alio, ſed plerumque vitioſa eſt quia iudicium de rebus peruerſum eſt,putamus malum, quod tale nõ eſt, bonum iudicamus, quod malum eſt, aut non tale quale exiſtimamus.Da mihi hominem humilem modeſtum, temperantem, paupertatis amãtem,gloriæ mundanę contẽptorẽ,gaudẽtẽ in tribulationibus,

quia,

Actor. 5. 41. quia dignus habetur pro nomine Ieſu cõtumeliam pati, & iræ materiam ſubtrahes. Sub ductis lignis aut ſtipulis ignis extinguitur: oleo, reſina, pice lignis aridis vehementer accenditur, talia ſunt gloriæ auiditas, honoris ambitio, pecuniarum amor & imperandi cupiditas. Quæ multis impedimentis retardantur, multos habent competitores: hinc fit vt tales vehementer iraſcantur. Quam vehemẽti cõtentione in Scholis diſputatur maxima ſæpe excãdeſcentia ne vnus altero videatur ſciẽtia aut ſubtilitate inferior? raro tamen ibi eſt alicuius vindictæ appetitus, niſi laudis & victoriæ deſiderium vocare velis vindictæ appetitum.

Nemo læditur niſi à ſe ipſo. Qui hoc veriſsimũ dogma habet animo ſculptum non facile ira concitabitur contra alios, quia ab illis ſe læſum non putabit, ſed vaniſsima vulgaris opinionis cupiditas furoris fomenta ſuppeditat. Moleſte quidã ferebat quod in rei publicæ adminiſtratione contemneretur, cui Socrates dixit, cuius te pænitet? ſignificare volens neminẽ debere iraſci ob contemptũ, ſed contra ſe merito ſi conſcientia illũ accuſaret, tunc enim iure iraſcimur, vt de nobis ipſis vindictã ſumamus. Iraſcimini (inquit
Pſal. 4. Dauid) & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini. Hoc eſt, iraſcimini cõtra vormet, vt caſtigatione debita cohibeatis cõcupiſcentiã, & puniatis ſcelera, vel quæcũq. errata, etiã latentes cogitationes, aptũ tẽpus & locũ eligite ad examen conſciẽtiæ ad rimandas omnes animi latebras, & cõpungimini in ſecreto cubiculi. Culpæ vera mala ſunt, quæ nobis inſunt volentibus, ad quæ depellenda ira vtendũ eſt. Cõuitia, contẽptus, iniuriæ, nocumenta externa nihil animo nocent, ſed plurimũ prodeſſe poſſunt, ſi adſit virtus patientiæ. Socrates à maledico quodã cõuitijs lacerabatur, mirãtibus cur nõ indignaretur reſpõdit: mihi nõ male dicit, quandoquidẽ ea quæ dicit mihi non hærẽt. Sapienter indicauit tunc merito quemquã cõmoueri debere ſi peccata illa ſibi inſint, quæ à maledico obijciũtur: neque indignãdũ maledico, ſed ſibi, qui talia cõmiſit, quæ vere ſibi poſſẽt exprobrari. Vir ſobrius appellatur ebrius: ſapiens vocatur ſtultus: ingenuus dicitur vilis & degener: vir verax & modeſtus hypocriſis infamia detur patur: religioſus quaſi prophanus deſpicitur. nulla his ſub eſt iraſcẽdi cauſa, quia nullũ adeſt malũ de quo pænitere debeant, quinimo lætandi ſe offert occaſio, & Deo gratias agẽdi, qui ſeruauit virũ bonum à maledicentia, neq. inimicus improbuſq.

hꝰmo

homo inuenit verum crimen quod obijceret. Indignifsimũ eſt homine chriſtiano iracundia concepta ex cõtemptu, aut iniuria, aut ex aliqua re huiuſcemodi, poſtquam Chriſti exẽplum tam illuſtre, tam efficax, tam ſalutare nos ad omniũ contumeliarum, conuitiorum, iniuriarumq. acerbitatem ferẽ iam inſtruxit, & ad omnis mũdanæ gloriæ, deliciarum, voluptatum diuitiarum contemptum armauit, animauit, impulit. Proh pudor, ſi ab illis magna contentione iſta quærerentur, qui hæc cõtemnere Deo promiſerunt: & qui in ſæculo cogerentur modicis eſſe contentos, neq. ſi optarent cõſequi facile poſſent magna: ſi poſtquam ſe voto paupertatis & obedientiæ deuinxerũt ad ſublimia ſe attollerẽt & impia ſpiritus elatione inuidiæ, ambitioni, contentioni, & iracundiæ aditum patefacerent. Ne igitur ad iraſcendum ſimus veloces, rectum de rebus iudicium faciamus, à nemine, niſi à nobis, nos lædi certo arbitremur. Chriſti exemplo ad omnia mala æquo animo ferenda nos muniamus. Humanum eſt *Simile.* iraſci, ſed in ira moram facere ſtulti eſt, in cuius ſinu ira quieſcit. Ex attritu lapidis & ferri elicitur igniculus, & parua ſcintilla, quæ ſi deſit fomes, eſca, materia inflãmabilis, protinus extinguitur: ſi vero adſit fomes tantum tamq. vehemens fiet incendium, quantum fomitis conditio fieri permittit, ſunt enim fomitis multæ differentię. Omnium aptiſsimus ad concipiendum ignem eſt Pytius puluis, vulgo *Poluora*: huic ſimilis eſt ille, de quo dicitur Prouer. 18. num. 14. Spiritus viri ſuſtentat imbecillitatem ſuam: Spiritum vero ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere? Spiritus repletus fomitibus igneis ad paruam ſcintillã exardeſcit. Huiuſmodi fomites diximus eſſe inanem gloriæ diuitiarum, honoris cupiditatem: Paſsiones iraſcibilis partis oriuntur ex cõcupiſcibili, deme concupiſcentiam & ſedabitur ira, ſed ibi facile exoritur vindictæ appetitus, vbi eſt appetitus laudis, gloriæ, honoris &c. hęc in ſinu ſtulti abundant, ideo ibi requieſcit ira. Sed notanda eſt originalis lectio in hoc loco Prouer. Spiritus viri ſuſtentabit infirmitatem eius: & ſpiritum flagellatum quis feret eum? pro cuius intelligentia aduertendum eſt, Nacah, ſignificationem eſſe variam, vt cædere 2. Reg. 24. nu. *Nacah.* 17. Iſa. 14. num. 6. Num. 22. num. 27. Ioſue. 8. num. 22 &c. ferio Num 14. num 12. Ioſue. 8. num. 22. Flagello Exod. 5. num. 14. Prouer. 19. num. 25. Flagellis cædo. Exod 5. nu. 16. Contero. Ioſue. 10. num. 10. Iſa. 66. v. 2. Lædo Exod. 9. nu.

31. 32.

31.32. Opprimo. Iſa. 24. nu. 12. Percutio Geneſ. 8. num. 21. ca. 14. num. 5. num. 15. cap. 19. num. 11. &c. Verbero. Num. 22. num. 23. 25. 32. ca. 25. nu. 2. Prouer. 23. num. 35. Erumpo. Oſeæ 14. num. 6. alia plura ſignificat, neq. modo curo vtrũ ad vnam communem ſignifica tionem reuocari poſsint. Vulga tus pro Ruach Neceah, id eſt, ſpiritus percuſſus, flagellatus &c. vertit, ſpiritum ad iraſcendum facilem. Ex quo intelligimus ſpiritum in priore loco ſumi contrario modo; ſcilicet pro generoſa animi commotione, pro ſtrenuitate, &c idque ſignificatur nomine, ſpiritus viri, nã vir (vt dixi Iob. cap. 1.) ſumitur non ſemel pro ſtrenuo generoſo, forti, præſtantique & ita hoc loco ſpiritus viri, id eſt, ſpiritus generoſus, excelſus, pręſtans, ad præclara virtutis opera aſpirãs: ſpiritus autem flagellatus, percuſſus, læſus, eſt ſpiritus vilis, ab iectus, timidus, infirmus; qui leuiſsimo verbo aut ſigno cõtemptus perturbatur, impatientia ſtimulatur, exacerbaturque. Spiritus adiuuat infirmitatem, ſpiritus promptus eſt licet caro ſit infirma: ſed ſi ſpiritus ipſe lęſus ſit & oppreſſus à carne infirma iuuari non poteſt, erumpens vero furore alijs eſt moleſtus & intolerabilis. Vere ſtultum interficit iracundia, vt dicitur Iob. 5. v. 2. & Prouer. 27. v. 3. graue Iob 5. eſt ſaxum & oneroſa arena, ſed ira ſtulti vtroq. grauior. Ita non habet miſericordiam, nec ẽ rũpens furor: & impetum conci- tati ferre quis poterit? Iacobus cap. 1. num. 19. ſit, inquit, omnis homo tardus ad loquẽdũ, & tardus ad iram: ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur. Cęçylym, id eſt, ſtulti. num. ſing. Ceçyl. Hoc nomen eſt hic in Eccleſ. apud Iob, in prouerbijs Æuyl. Lorinus aſſerit Æuyl ſignificare temerarium, audacem, affectu percitum immoderato, vel inſania, impatientia, ira, qui que per furorem effutiat multa. Miror virum doctum de ſuo cerebro audere tot ſignificationes fingere, quas neq. apud vulgatum neque apud Hebręos inuenit. Vulgatus vertere ſolet ſtultum, fatuum, indoctum. Si ſtultus temerarius eſt & audax id tamen nomen non ſignificat.

Prou. 27. Iacobi. 1.

Ne dicas, quid fuit quod dies priores fuerunt boni præ iſtis? quia non ex ſapientia interrogaſti ſuper hoc. V. 11. H.

Ne dicas, quid cauſa eſt, quod priora tempora meliora fuerunt quam nunc ſunt? ſtulta eſt enim huiuſmodi interrogatio. Lat.

CREDIDERIM hanc ſententiam ſubiecíſſe Eccleſiaſ-

cleſiaſt. ad refutandam ſtultam quorundam iracundiam, qui moleſtia affecti ſui ſæculi mores accuſant, antiquoſ laudant quaſi ſit iracundiæ cauſa temporum mutatio aut reuolutio, cũ in nobis ſit origo impatientiæ: qui ſi illis priſcis ſæculis nati fuiſſemus ſimilibus implicaremur malis. Quæramus attente cauſas moleſtiæ noſtræ & impatientiæ, & nihil accuſare poſſe niſi nos metipſos euidenter colligemus. Hiſpanus, Italus, Gallus, Afer ſimili querimonia indignãtur, & pro ſua inſipientia non animaduertũt, tempora ipſa nihil ad bene aut male agendum conferre: mores in noſtro ſunt arbitrio, & vt vulgo dicitur, *Quienes ruin enſu villa, es ruin en Seuilla*.

Horatius *Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt.*

Non ſunt temporum aut locorum fętus ſuperbia, auaritia, iniuſtitia & ſimilia animorũ mala, quæ in noſtra eſt poteſtate deponere, & ſi ad hoc non ſumus ſufficientes, in omni tempore Deus præſto fuit inuocantibus eum. Idem de tẽporibus ferẽdũ eſt iudicium, quod de locis: eleganter dixit Lyricus

Lib. 2. Od. 16.

Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa, quid terras alio calentes
Sole mutamus, patriæ quis exul
Se quoque fugit?
Scandit æratas vitioſa nauis
Cura &c.

Si meliora vocant tempora hominum mores: quæ ætas ſuis non abundauit vitijs, & fortaſſis peioribus quam nunc ſint? Duo primi fratres Cain & Abel diſpares fuere moribus nõ temporis vitio, ſed voluntatis, eodem tempore Abel pietate fuit inſignis Deoque gratiſsimus: Cain vero malignus, iracundus inuidius, quem iracunda inuidia in fratris innocentis cædem armauit. Tandem omnis Cain progenies diluuio perijt cum reliquis, qui mores prauorum imitari voluerunt, omnis quippe caro corruperat viam ſuam. Sodoma & eius Vicinę ciuitates igne conſumptæ ſunt. Gen. 6. Pharao cum omni exercitu ſuo maris vorticibus abſorptus eſt: Amorrhæorum & Chananæorum gens deleta eſt: quis eorum ſcelera recenſere ſufficit? Nihil habent mores commune cum tempore, arbitrij deprauatio cauſa eſt malorum noſtrorum. Quando maior ambitio, hypocriſis, auaritia crudelitaſque apparuit quam illo tempore, quo Chriſtus venerat exterminare vitia? tunc innocentia per ſummum ſcelus ſummamque inuidiam morti turpiſsimæ adiudicata eſt. In omnem terram diſſeminarunt Apoſtoli, & eorum

Digitized by Google

ſucceſſores euangelicam verita tem,huius beneficij recompen ſatio fuit immaniſsima mors. Fortaſsis indignatur ſtultus quia non tam ſint fertilia noſtra tempora, ſed numquid defuit alicui ſæculo, quod ſatis eſſet ad vitæ conſeruationem? Ergo cupiditas immoderata, arrogantia, animique voluntaria deprauatio efficiunt iracundiam non tempora ipſa. Forſitam tibi nocet malorum conſortium,deuita illud,fuge,elige optimum vitæ genus, elige quibus cum tutius agas. Si ſero reſipuiſti,& tuos deſerere non potes, ſcito multos inter improbos vixiſſe innocentes, illiſque profuiſſe malorũ aſpectus. Sic
2.Petri. 2.v. Lot iuſtus aſpectu & auditu celebratur. Abraham inter Chananæos vixit, Daniel & tres eius ſocij inter Chaldæos. Quid multa? Paulus Philippenſes ſic adhortatur, vt ſitis ſine querela,
Philip.2.15. la,& ſimplices filij Dei, ſine repræhenſione in medio nationis prauæ & peruerſę,inter quos luceti ſicut luminaria in mundo. Si quando viri ſapientes ſui ſæculi calamitatem deplorant aut mores deprauatos exaggerant, non ideo tẽpora ſuperiora meliora abſolute fuiſſe affirmant, ſed audiroribus terrorem incutere volunt vt mores emẽdent. Vide cap. 1. v. 10. Nihil ſub ſole nouum &c. Vide Senecam Epiſt. 98.

Bona ſapientia cum hæreditate, & vtilis videntibus ſolem. v. 12. H.

Vtilior eſt ſapiẽtia cum diuitijs,& magis prodeſt vidẽtibus ſolem. Lat.

DIXERAT de correptione, qua ſapiens peccãtem reducere conatur ad meliorem frugem: dixerat etiam de conturbatione eius ob calumniam, ad quam ſuperãdam neceſſaria eſt patientia, melioremq. patiẽtem quam arrogantem: arrogãtia autem comes eſt ſtultitiæ diuitijs ſtipatæ, nunc confert ſapientiam cum diuitijs quæ ſi copulentur magnam afferunt vtilitatem. Diuitiæ per ſe multorũ malorũ occaſionem prębent vt ſępe dictum eſt: ſapientia per ſe honeſta & expetenda ſi vera ſapientia eſt, quæ rectũ vſum diuitiarũ docet & ſapiens diues exẽplo melius docet, & efficacius perſuadet, quã verbo. Sapiens diues liberius poteſt corripere peccãtẽ.& correptionis aſperitatẽ lenire beneficio: tutior eſt á calumnijs non ſolum ob potentiã, ſed ob beneficientiã: Poteſt operibus miſericordiæ multis prodeſſe. Efficacius perſuadebit diues miſericors diuitiarũ contẽptũ quã pauper, quẽ ipſa inopia ſuſpectum facit, putabitur enim ſuã conditionẽ laudare,& quas habere nõ poteſt, diuitias

reproba-

reprobare. Diues autem diuitias bene collocans, & in pauperes erogans oſtendit charitatem, beneficentiam, & animum à cupiditate liberum: ſapiens autem diues omnia iſta perfectiùs exequetur, illiq. fides indubitata adhibebitur, quem argumenta virtutum commendant. Omnes ſapientiæ laudes, quæ in Eccle. & Sapientię libris continentur huc afferri poſſunt, de quibus ſæpe occurrit aliquid dicendum. Illud etiam aduertendum, diuitias eſſe periculoſas & ſæpe noxias niſi cum ſapientia copulentur: neque mirum nam quos Deus ditat ſapientes facit, illaque ſapientia donat, quæ rectũ diuitiarum vſum oſtendit, mõſtratq. viam veræ fælicitatis per opera miſericordiæ cõparandæ. Ille enim vere ſapiens eſt, qui recte vitam nouit inſtituere, qui non ſolum ſibi ſed multis vtilis eſt: ſi autem ad docendum eſt aptus erit vtiliſsima ſapientia cum diuitijs. Non eſt alienum

Prou. 10. ab hoc propoſito illud Prouer. 10. v. 21. Labia iuſti erudiunt plurimos, qui autem indocti ſunt in cordis egeſtate morientur. H. labia iuſti paſcent multos, & ſtulti in carentia cordis morientur. Animi paſtus eſt iuſti doctrina, quæ tunc manifeſta eſt, & ad perſuadendum efficax ſi cum miſericordia fuerit coniuncta, quæ in pauperum orphanorum, viduarum, peregrinorum, infirmorum cura & adiutorio maximum emittit ſplẽdorem. Videtur Salomon coniunxiſſe etiam hic ſapientiam cum diuitijs, ſequitur enim: Benedictio Domini diuites facit, nec ſociabitur eis afflictio. H. Benedictio Iehouah ipſa ditabit, & non apponet dolorem ſecum. Hoc eſt, ſunt diuites auari, qui magno periculo vitæ & animi corporiſque dolore diuitias quærunt, magno cruciatu animi, curarumq. moleſtia illas cuſtodiunt, & amittendi metu ſolicitantur, quarum vſum non habent. Huiuſmodi diuitiæ nõ comparantur neque poſsidentur Domini benedictione, quas Deus confert vtiles ſunt, iucundæ ſunt, proſunt poſſeſſori ad grande meritũ: proſunt multis, quibus iuſtus & ſapiens diues opẽ fert: nõ de retinendis ſolicitus eſt, ſed in erogãdis prudẽter diligens. Auari diuitiæ conſeruãtur in malum eius vt dictum eſt Eccleſ. 5. num. 12. & auaro nihil eſt ſceleſtius: Sapientis autem diuitiæ ei conferunt meritum & gloriã: iuxta illud Prou. 14. v. 24. Corona ſapientum diuitiæ eorum, fatuitas ſtultorum imprudentia. H. fatuitas ſtultorum fatuitas. Quaſi dicat, ſapienti proſunt diuitiæ, ſtulto nocent: ſapiens diuitijs ſibi parat gloriam, eleemoſynæ eius illum coronant, ſed ſtulti magis ac magis ſtulteſcunt, quia deteriores

Eccli. 10. 9.

Prou. 14.

deteriores fiunt diuitijs,& ſeipſos curis macerant,ſolicitudine
Prou. 17. torquent. Prou. 17. n. 16. quid prodeſt ſtulto habere diuitias cum ſapientiam emere nō poſſit? Ecce vides diuitias ſine ſapientia inutiles eſſe: & plurimum obſunt diuitiæ, quæ ſolent hominem ſuperbia inficere, diuitiis animum eleuant, vt neq. doctrinæ acquieſcere,neq. increpationem ferre velit.

Superuacaneum duco hic agere de ſapientia cum paupertate Euangelica coniuncta, hoc enim nihil ad inſtitutum noſtrū Eccleſ.facit. Prætcrea non ſolum agit Eccleſiaſtes de vtilitate perſonali ipſius ſapientis,ſed etiam aliorum.

Nachalah Nachalah, id eſt hæreditas. Geneſ.31.nu.14. Exod.15.nu.17.num.18.n.20.&c. Poſſeſſio. Exod.48.num.6.num.18.n.21.n.23.c.26.n.53.54.62.&c. Diſtributio.Pſal.77.v.54.Sorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis,ſed hæc diſtributio ad poſſeſsionem pertinet. Verbum etiam Nachal ſignificat diſtribuere. Ierem.12.n.14. aliàs ſignificat hæreditatem acquirere vel dare,& quia præcipuæ diuitiæ ſunt poſſeſſiones, tales enim ſunt vtiliores & tutiores diuitiæ,ideo Nachalah in præſenti ſignificat diuitias, &
Prouer. 8. Nachal, Ditare Prou.8. nu. 21. Vbi ſapientia loquitur, in vijs, inquit, iuſtitiæ ambulo, & in medio ſemitarum iudicij: vt ditem diligentes me,& theſauros eorum repleam.Vſus eſt autē Eccleſiaſtes hoc nomine fortaſsis vt ſignificaret ſapiētis diuitias non eſſe pecunias, nam hæ aut ſtatim diſtribuēdę ſunt, aut cum angore & ſolicitudine ſeruandæ, quod eſt alienū à ſapiente:aut mercatura eſt exercenda,quod eidem non videtur conuenire,vel quia vt dixi poſſeſsiones ſunt firmiores diuitiæ, vel potius vt ſignificaret hæreditatis diſtributionem in pauperes,quia diuitiæ tunc proſunt cum rectè diſtribuuntur.

Quidam ſequentes ſpiritualem ſenſum, illam ſapientiam hic agnoſcunt per quam acquiritur hæreditas æternæ vitę.Sed hic ſenſus iam in ſuperiori litterali expoſitione continetur. Videntes ſolem dicuntur omnes viuentes qui huius lucis vſura fruuntur. Iother, id eſt præſtantia, vtilitas &c. ſup.cap. 1. v.3.

Quia in vmbra ſapientia in vmbra argenti: & vtilitas ſcientiæ ſapientia viuificabit poſſeſſores ſuos. V.13. H.

Sicut enim protegit ſapientia ſic protegit pecunia: hoc autem plus habet eruditio & ſapientia quod vitam tribuūt poſſeſſori ſuo. Lat.

Diuitiæ tunc vtiliſsimæ cum à ſapiente diſtribuuntur; per ſe autem ſi quando proſunt, earum vtilitas breuis eſt, temporalis videlicet, nec animum faciunt meliorem, nam ſi miſericordiæ ſeruit id ſapientiæ debetur imperanti pecuniæ, & cupiditatem reſtrænanti. Sapiētia etiam ſine diuitijs præſtantiſsima eſt, eius fructus pretioſus, quia vitā tribuit poſſeſſori. Nūquid non etiam aliquando diuitiæ tribuunt vitam? Quotidianum hoc indicat exemplū, multos enim videmus muneribus corrumpere iudices, & legum æquam ſeueritatem euadere: pecunia redimitur captiuitas; ſeruus libertate donatur: vt omittamus diuitem ægrotantem ad cuius ſanitatem concurrunt medici præſtantiores, neq. deſunt exquiſita medicamina. Non ſolum autem protegit argentum, ſed etiam vitam tribuit. Quod protegat ſatis indicat illud

Prou. 10. Prou. 10. v. 15. Subſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius. Quod iterum dicitur cap.

Prou. 18. 18. v. 11. Subſtantia diuitis vrbs roboris eius, & quaſi murus validus circundans eum. Sed quid plura quærimus argumenta?

Eccleſ. 10. Sit ſatis illud Eccleſ. 10. v. 19. pecuniæ obediunt omnia, quod vtinam non tam frequētibus experiremur auaritiæ exemplis. Multo plures pecunia protegit quam ſapientia, nec apparet facile cur ſapientiæ ſit peculiaris vis tribuere vitam poſſeſſori? Sed ſi de ſpirituali vita loquitur ſapiens, facile intelligitur pręſens ſententia, & differentia ſapientiæ & pecuniæ. Hæc corporeum quid eſt craſſum, & natura ſua vile, neque animo poteſt quicquam boni conferre, imo niſi eius vſum per ſapientiam homo moderetur multa affert nocumenta. Sapiētia vero ſpirituale bonū eſt, de qua dicitur. Prou. 3. n. 16. Lōgitudo dierum in dextera eius,

& in ſiniſtra eius diuitiæ, & gloria, n. 18. Prouer. 3. Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam; & qui

tenuerit eā beatus, c. 4. n. 10. Item. Audi fili & ſuſcipe verba mea, vt

multiplicentur tibi anni vitæ: Prouer. 4. viam ſapientiæ monſtrabo tibi &c. v. 13. Tene diſciplinam ne

dimittas illā, quia ipſa eſt vita Item. tua. De ſeipſa dicit ſapientia c. 8. v. 35. qui me inuenerit inue-

niet vitam, & hauriet ſalutem a Prouer. 8. Dño. Sunt multa his ſimilia teſtimonia. Si vero de vita tēporali velis hanc ſententiā intelligere, aduertendū eſt, ſapientes plerūq. viuere diutius, quia moderato vtuntur cibo & potu, diuites ſtulti ſeruiunt ſuo ventri, vacant delicijs & voluptatibus, quę animum eneruāt, vires corporis debilitant, vitam decurtant, & quamuis athletę robuſti ſint, qui multo cibo vtuntur, tamen teſte Hippocrate

Athle-

Digitized by Google

Athletarum habitus periculoſus. Præterea, aliud eſt viuere, aliud humanã vitã viuere, vita enim ſecundũ rectã rationẽ homini propria eſt:hanc vitam ſola tribuit ſapientia:alia à bellui na non differt, & eſt quandoq. deterior. Elegãter dixit Seneca.
Epiſtol.13. Inter cætera mala hoc quoq. habet ſtultitia, ſemper incipit viue
Epiſtol.16. te. Itẽ affirmat, Neminé poſſe beate viuere, ne tolerabiliter
Epiſtol.23. quidé: ſine ſapientiæ ſtudio. Et vt iam dixi ex eodẽ, quidã ante viuere deſierunt quam inciperent. De vidua ſic loquitur Paulus 1.Timoth.5.nu.6. quæ in delicijs eſt, viuens mortua
1. Timot.5. eſt.

Tſel. Tſel,id eſt vmbra: quoniam æſtuanti grata eſt, & quæ vmbrã faciunt tegunt rẽ quã obũbrant, ideo quod protegit, defendit, recreat nõ raro vmbra vocatur. Pſal.16. v. 8. Sub vmbra alarum tuarũ protege me. Pſal.56. v. 2. In vmbra alarum tuarum ſperabo. Cantic. 2. v. 3. Sub vmbra illius,quẽ deſideraueră ſedi. Vide Iſa.30. n.2. c. 49.n.2.&c. Significat etiã Tſel, præſidiũ.Num.14.n.9, Receſsit ab eis omne præſidiũ.Protectio Pſ.9.v.1, in protectione Dei cæli commorabitur.Pſal.120.v.5. Dominus protectio tua. In præſenti loco vulgatus vertit per verbum,protego,quod ad ſenſum parum refert. In bello magnum præſidium eſt pecunia.

Vide opus Dei, quia quis poterit dirigere quod deprauauerit ipſe? v.14. H

Conſidera opera Dei quod nemo poßit corrigere quẽ ipſe deſpexerit. Lat.

CRediderim hanc ſententiã hic apponi ad incutiẽdum omnibus terrorem, ne oblatam Dei gratiam contemnant, aduertantq. tempus eſſe acceptabile, & diem ſalutis qñ Deus mittit monitores ſuos, correptoreſq. culparum noſtrarum, & Dei beneficio deputemus correptionem ſapientis: Huius etiam mens modeſtia coerceri debet præſenti ſententia ne ſuę induſtriæ, aut ſapientiæ deputet peccatoris conuerſionem, Deus enim eſt, qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate: neque eſt volentis aut currentis, ſed Dei miſerentis, ſcilicet, velle & currere:homo autem inſtrumentum eſt diuinæ virtutis, neque debet ex tolli ſerra contra eum, qui ſecat in ea; multo minus homo contra Deũ, qui ſeipſo ſolo facere poteſt, quod facit miniſterio hominis. Vtitur autem tali miniſterio quia ſuauiter omnia diſponit:& quia quoſdã ſic voluit ſublimare vt faceret DD. & ſapientes, minores vero humilitatis & obedientiæ merito ſæpe illis æquales facit, & quandoq́ue ſuperiores. Dixerat

Modeſ humilitas nanda. Philip. 2. v. 13. Rom.9. 16. Iſa.40. 15.

v.6.v.13. Eccleſ. bonum eſſe à ſapiente
corrigi: dixerat ſapientiam vi-
uificare poſſeſſorem ſuum: ſa-
piens igitur ſi corripiat alium
vt non ſuperbiat; ſic ſe gerat
Doctor eget Dei auxilio. modeſte & caute ne vitam a-
Matth. 6. mittat, ne à Deo deſpectus
corrigi non poſsit. Si ſal infa-
tuatum fuerit in quo ſalietur?
Vide ne lumen quod in te eſt
tenebræ ſint: ſic aliorum ſalu-
ti conſule vt tuam non negli-
gas: ſic conſidera rerum varie-
Correptio tatem & inæqualitatem, vt non
præſumas alium ordinem re-
rum inducere. Si quid obliquũ,
tortuoſum, deforme videris
noli corrigere Dei ſapientiam,
quæ attingit à fine vſque ad fi-
Sap. 8. nem fortiter, & diſponit om-
nia ſuauiter. Nihil eſt tam de-
forme, quod non ſeruiat vni-
uerſi pulchritudini: ex mul-
tis diuerſiſque litteris compo-
nitur oratio tam ſoluta quam
ligata; aliæ ſunt vocales lon-
gæ, aliæ breues; aliæ ple-
niore ſono proferuntur, alię
tenuiore: non alijs litteris vo-
calibus aut conſonantibus vſus
eſt Cicero, alijs Apuleius, Vir-
gilius, Horatius, Martialis &c.
Sed multum diſcriminis inter
Oratores & Poetas: Romani
maximus auctor Tullius elo-
quij eſt, Maro ſublimis, ele-
gans Horatius, non quia alijs
litteris vſi ſunt, ſed quia alia
& alia eſt diſpoſitio litterarum.

Nunquid rerum ordinem me-
lius excogitare poterit homo,
quam Deus? Omnis humana
ſapiētia diuinæ comparata ſtul
titia eſt: ſi quid ergo videbitur
deprauatũ non temere audeat
illud corrigere homo: hoc eſt;
nihil putet carere Diuinæ ſapiē- Exod. 4. v. 11.
tiæ concentu mirabili. Deus fe-
cit ſurdum & mutum & fabri-
cauit os hominis. Melius eſt
poſſe loqui quam mutum eſſe,
ſed habet ſuum locum conue-
nientem mutus, quam conue-
nientiam nouit omnium rerũ
artifex, neque debet infirmus
homuncio omnium rationem
velle ſcrutari, ſed à rerum na-
turalium defectu ad mores ſer-
monem transferamus. Deus
permiſit ſerpentem cum Heua
colloquium miſcere, permiſit
eius fraudem, permiſit Adæ ca-
ſum, potuit retinere ſi vellet,
ſcimus noluiſſe præſeruare illos
à culpa, ſcimus permiſiſſe eo-
rum ruinam, quæ irreparabilis
erat per humanam potentiam.
Cũ Deus permittit culpam oſ-
tendit fragilitatem humanam,
cum remittit oſtendit miſeri- Rom. 9. v. 20
cordiam ſuam. Permittit quia
Dominus eſt vniuerſorum, &
non poteſt dicere figmentum
ei qui ſe finxit, cur me finxiſti
ſic? Punit delinquētē quia volũ
tarie deliquit, volũtarie à Deo
receſsit, punit ergo quia iuſtus
eſt: ignoſcit pænitēti quia bonꝰ
& miſe-

Digitized by Google

& miſericors eſt, qui offenſus ſcelere, peccatorem tamen attrahit, duritiē cordis eius emollit, & in amicitiam ſuam benigne ſuſcipit: Hoc opus Diuinum eſt non humanum; conandum tamen nobis eſt vt errantes reuocemus, non quia ſufficientes ſimus, ſed à Deo expectemus & precemur ſufficientiam, vt conatus noſter non ſit inanis: præſertim illam, qua Deus intus tā
Pſalm. 126. git & mouet corda, quia niſi Dominus ædificauerit domum in vanum laborauerūt qui ædificant eam. Qua propter Propheta orat, cōuerte, inquit, nos
Thre. 5. 21. Domine ad te, & cōuertemur:
Pſalm. 67. Deo autem præueniente, qui dat verbum euangelizantibus virtute multa, cuius miſericordia nos ſemper præuenit, cor audientis emollietur, & lingua increpantis à Deo edocta motaque obliquum diriget, deprauatum corriget, perditum re-
Iacob. 5. cuperabit. Iacobi 5. num. 19. Si quis ex vobis errauerit à veritate & conuerterit, quis eum: ſcire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ ſaluabit animam eius à morte & operiet multitudinem peccatorum. Nō ſibi aſcribat huiuſmodi homo proximi cōuerſionem ſed Deo, quia inſtrumentum nō operatur niſi in virtute principalis agentis: Serra diuidit, bipennis ſecat, calamus ſcribit, ſed per ſe nihil agere poſſunt. Numquid hæc inſtrumenta etiam mota ab alio aliquid efficient in materia repugnante aut inepta? non diuidet ſerra adamantem: non ſcribet calamus ſine attramento, neque in puluere aut aqua, ita niſi Deus moueat doctoris linguam, niſi præparet auditorum corda inanis erit labor. Petierat populus Hebræorum Regem, annuit Dominus poſtulationi eorum, electus eſt Saul miniſterio Samuelis Prophetæ, & iudicio diuini beneplaciti, æquum erat, vt omnes illum venerarentur, & regio honore proſequerentur, ſed non ita factum eſt, multi enim illum deſpexerunt, neque munera afferre voluerunt, alij vero regi ſuo adhæſerunt, illumq. coluerunt. O res mirabilis? O præclara Diuinæ gratiæ, virtutiſque commendatio? O inſufficientia humanæ naturæ, quæ peculiari Dei auxilio eget, vt temporali regi morem gerat? Saul (inquit ſacra Scriptura) 1. Reg. 10.
abijt in domum ſuam in Ga- 26.
baa, & abijt cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. Si ad hoc Dei gratia opus fuit, quid neceſſe erit ad peccatoris cōuerſionem? Quis poterit corrigere illum, quem Deus deſpexerit, deprauaueritque? quis emolliet illum, quē Deus indurauerit? Quis reuocabit ab errore viæ ſuæ illum,

quem Deus tradidit in reprobum ſenſum? Opus eſt diuina potentia imo omnipotentia ad remittendum peccatum. Sic enim publice eccleſia nos docet cum orat, Deus, inquit, qui omnipotentiam tuã parcendo maxime, & miſerando manifeſtas &c. Sic etiam docemur Sap. 11. nu. 24. Miſereris, inquit, omniũ quia omnia potes, & diſsimulas peccata hominũ propter pœnitentiam. Heu quanta eſt peccati tenacitas, quanta humani cordis prauitas quanta mentis cæcitas, vt neceſſaria ſit Dei omnipotentia ad emolliẽdum cor durum, ad corrigendũ cor prauum, ad illuminandam mentẽ tenebris oppreſſam. Semper eſt conſtans aſſertio, neminem poſſe corrigere quem Deus deſpexerit, ſiue incuruſuerit deprauauerit (hoc enim ſignificat verbum Hhauath, vt dictum eſt c. 1. v. 15.) non tamen eſt conatus noſter inanis apud Deum ſi nõ profecerit apud deprauatum: quia nos ignoramus qui ſint reprobi, aut qui electi, & ideo omnibus debem' charitatis affectum, beneficentiamq. Quid ſi nouerimus aliquem eſſe reprobum, numquid abſtinendum eſſet à correptione? Ita colligi videtur ex Auguſtino lib. de correptione & gratia, c. 15. ſed quicquid ſit de eius ſententia, quam ponderare non vacat, mihi non eſt dubium minime ceſſandum fuiſſe ab operibus charitatis, quorum non eſt infimum fraterna correctio: nã ſi mihi Deus reuelaſſet aliquem eſſe reprobum, & illum ægrotum viderem, ſine ſalutis illi curam adhiberem, cuius vita quãto citius finiretur tãto ei de pœna diminueretur. Loquor de homine in malitia obſtinato, quẽ Deus ſcit nullo eſſe beneficio leniendum; nihilominus ego legem charitatis ſeruandam cenſeo, nulla obſtante reuelatione niſi ſimul nouo præcepto vetarer aliquid facere; in hoc enim ipſum Deum imitarer, qui reprobos inuitat ad pœnitẽtiam. Sat eſt homini chriſtiano ſcire neminem eſſe, qui ſaluus fieri non poſsit; niſi enim ita eſſet, Deus nõ ſolum vane, ſed etiam crudeliter reprobis offerret gratiam, cuius contemptu maioris ſupplicij rei fiunt. Dei præſcientia nullã imponit homini neceſſitatẽ, tam liber ſum ad agendum, ac ſi Deus nihil præſciret. Sed dices, quod Deus præſciuit neceſſe eſt vt eueniat, quare quẽ Deus nouit damnandũ neceſſario damnabitur. Huic aliqui reſpondent diſtinguẽtes inter neceſſitatem & infallibilitatẽ, dicuntq. infallibiliter ſequi quod Deus ſcit eſſe futurum, non tamen neceſſario. Alij diſtingũt inter neceſſarium abſolute, & ex ſuppoſitione; hoc argumẽtũ ſolum infert illam neceſſitatẽ,

Sap. 11.

quæ eſt ex ſuppoſitione. Magiſtro meo viro doctiſsimo, ingenijque ſubtiliſsimi Fr. Mancio aliud videbatur quod aliquando D. Thomæ placuerat, pluribuſque alijs, videlicet præſcientiam Dei futurorum contingentium eſſe cõtingentem, quia ſi omnis propoſitio de præterito vera, eſt neceſſaria, & ex antecedente neceſſario in bona conſequentia ſequitur conſequens neceſſarium, ſequitur etiam vt quem Deus ſciuit peccaturũ, neceſſario peccet, & Iudas neceſſario proditor fuerit, Petrus neceſſario Chriſtum negauerit, quia Chriſtus vtrumq. vere prædixit, & poſtquam dixit propoſitio de præterito erat neceſſaria, quare ex illa non poterat ſequi niſi neceſſarium: & præteritum ridicule dicitur neceſſarium ex ſuppoſitione, quia ſiue ponas ſiue tollas tua imaginatione res iam prætetijt. Ob hanc cauſam aſſerebat propoſitionem de præterito ex qua infertur futurum contingẽs, eſſe contingentem. Videndus Driedo lib. de concordia prædeſtinationis, & liberi arbit. Interim concedo omne quod Deus ſciuit fore, non poſſe non eſſe eo modo quo Deus illud fore ſciuit. Scit Deus omnia futura cõtingentia, libera, neceſſaria: quæ futura ſunt, & in hominis ſunt poteſtate, ſcit Deus libere futura, & ita erunt, impoſsibile ergo eſt vt ſint neceſſaria, aut neceſſario, alioquin aliter fierent, quam Deus ſciuit facienda. Sed iam videor extra chorum ſaltare. Finem hic faciamus, & verſu ſequenti commodius rem abſoluemus. Fallitur Lorinus aſſerens Thaqan ſolum in hoc libro reperiri. vide c. 12. n. 9.

In die bona eſto in bono, & in die mala vide: etiam hoc contra (vel pariter) hoc fecit Deus ſuper verbum quod non inueniat homo poſt eum quicquam. v. 15. H.

In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue: ſicut enim hanc ſic, & illam fecit Deus, vt non inueniat homo contra eum iuſtas querimonias. Lat.

DVO continet præſens ſententia, primo documentũ prudens de animi præparatione ad vtramq. fortunã: ſecũdo Deum omnia ſapientiſsime gubernare, vt nemo niſi inſanus de Deo queri poſsit. eiuſq prouidentiam accuſare.

Per diem bonam intelligũt aliqui totum huius vitæ ſpatiũ quod homini datũ eſt ad operãdũ: per diẽ malã, hoc eſt laborioſam, calamitatis & miſeriæ, diẽ iudicij. Sic ergo viuendum eſt, vt ſemper meminerimus nos rationem eſſe reddituros, de

quo dictum eſt. v. 3. Vera ſententia ſed forraſsis minus menti Eccleſiaſ. accommodata. Quare alij diem bonam dicunt illam, in qua læta, iucunda proſpera eueniũt: malam vero quãdo contrario modo ſe habent: vtramq. fecit Deus vt ex contrarijs eſſet temperata vitæ conſtitutio; vt in proſperis animus non inſoleſcat memor incertitudinis & inconſtantiæ rerum: & in aduerſis melioris fortunę ſpe animus erigatur. Amicos ſuos Deus ſic exercuit vt ad omnes eſſent fortunæ impetus præmuniti. Lege Chryſoſtomi libros de prouidentia Dei. Memento peregrinationis Abrahæ vt periculis expoſitæ, coactus eſt inter extraneos viuere, coactus eſt ob famem ſedem mutare, & matrimoniale vinculum occultare ne interficeretur. Quando maximè iam fælix putabatur probatus eſt in immolatione filij ſui Iſaac. Si legas vitam Iacob inuenies in illa plus fellis quam mellis, domum paternam reliquit, pro vxoribus quatuordecim annos ſeruiuit, in patriam reuerſus timore fratris quatiebatur eius animus: Ruben primogeniti inceſtus nefarius eius animum excruciauit; ob Ioſephum, quem mortuum putabat graui luctu afflictus eſt, vt merito dicere potuerit apud Pharaonem, dies mei pauci & mali, & non peruenerunt ad dies patrum meorũ. Si reliquorũ patrũ Moyſi, Samuelis, Eliæ, Eliſæi, Iſaiæ, Micheæ, Ieremiæ, acta legas inuenies plurimis malis eorũ vitam refertam. Quid dicam de Beato Iob, cuius calamitas fuit grauiſſima ob ſui magnitudinem, & repentinũ euentũ, & quia magnam fælicitatem euertit maximum infortunium: erat tamen animus præparatus ad omnem mutationem, neq. præſenti fælicitate tumebat, quare diuinas prompſit de pectore voces, Dominus, inquit, dedit, Dominus abſtulit &c. Item, ſi bona ſuſcepimus de manu Domini mala quare non ſuſcipiamus? Viros fortiſsimos Deus tribus difficillimis illuſtriores reddidit, infirmiores mitius tractat, ſed neceſſe fuit contrarijs rebus animos excitare ad ſpem melioris vitæ, quæ caret alternatione bonorũ & malorũ. Mala perpetua aut diuturna deſperationẽ inducerent, aut tantum triſtitiæ pondus, vt animus eius mole obrueretur. Fęlicitas per ſe periculoſa eſt, habet comites ſuperbiã, luxũ, delicias, & quod grauius eſt hominẽ ſui facit obliuiſci, atq. etiã Dei benefactoris. Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit, incraſſatus impinguatus dilatatus: dereliquit Deum factorem ſuum & receſſit à Deo ſalutari ſuo. Item; Deum qui te genuit dereliquiſti & obli-

Vita malis ob noxia.

Gen. 22.

Geneſ. 47. 9.

Iob. 1. 21.

c. 2. 10.

Tribulatio.

Proſperitas periculoſa.

Deut. 32. 15

num. 18.

tus

tus es Domini creatoris tui. Fecit igitur Deus diem malam & bonam vt inter timorem & ſpem animus modeſtiam ſeruaret. Elegãter dixit Lyricus.

Lib. 2. Ode. 10.

Rerum alternatio.

Sperat in feſtis metuit ſecundis
Alteram ſortem bene preparatũ
Pectus, informes hyemes reducit
Iuppiter, idem
Summouet, non ſi male nunc & olim
Sic erit &c.

Item.

Rebus anguſtis animoſus atq;
Fortis appare, ſapienter idem
Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

Eccli. 2.

Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem &c. Nemo in proſperis extollatur, neque ſibi ſtabilitatem promittat. Ver ſequitur æſtas, hanc excipit autumnus, tandẽ hyemis aſperitas ſuccedit

Hora. lib. 4. Ode. 7.

Immortalia ne ſperes monet annus & almum
Quæ rapit hora diem.
Frigora miteſcunt Zephyris: ver poterit æſtas
Interitura, ſimul
Pomifer autumnus fruges effuderit: & mox
Bruma recurrit iners.

Nemo in aduerſis animum deſpondeat, Deus enim poſt tempeſtatem tranquillum faciet, ſi ad illum accedamus, ſicut diſcipuli Chriſtum dormientem excitauerunt dicentes, ſalua nos perimus, quo imperante ventis & mari facta eſt tranquillitas magna.

Tob. 3. 22. Matth. 8. 25

Non ſolum nobis conſilium dat Salomon, vt memores ſimus vtriuſq. temporis, hoc alibi nobis non ſemel indicatur, vt Eccli. 11. num. 27. in die bonorum ne immemor ſis malorum, & in die malorum ne immemor ſit bonorum, & ſtatim docet quorum bonorum & malorũ memores eſſe debeamus. Quoniam facile eſt, inquit, coram Domino in die obitus retribuere vnicuiq; ſecundũ vias ſuas. Hoc eſt, memorare nouiſſima tua in omni tempore, in omni euentu, habeto fiduciam in Domino, ſi bene tibi fuerit eſto beneficus, manet enim te premium: ſi pauper fueris & afflictus patienter ſuſtine. Nam qui ſeminãt in lacrymis in exultatione metent: & qui fructum expectant fructum afferunt in patientia. Vnde ſequitur: Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius. Quaſi dicat: in rebus lætis meminiſſe debes triſtium rerum preſertim horæ mortis vbi omnis voluptas finitũr, omnes deliciæ euaneſcũt, illius horæ afflictio contra retro læta obliuione operit, quæ ſi in memoriam venerint magis animum torquebunt. Vide Eccli. 18. num. 24. &c. In præſenti pluſquam recordationem

Pſal. 125. 5. Luc. 8. 15.

Eccli. 18.

Saluatoris, ſi hos quos ad ſalutem & ad regnum cælorum vocabat ipſe excluſerat non ob culpam, ſed mera voluntate. Abſit à te ó bone Ieſu hęc crudelitas. Quæ vnquam pia mater natum expoſuit & à ſe reiecit? Faciunt hoc impudicæ & crudeles, ita tamen facere ſolent vt vitæ infantis cõſulant, ſi autem ita exponunt, vt certum ſit infantem à lupis aut canibus deuorandum manifeſtum eſt crudelitatis argumentum. Si Deus à ſuo regno excludit reprobos ſola voluntate, neceſſario erit a dæmonibus inuadendus & dilacerandus quiſquis ad vſum rationis peruenerit. Deinde ſi Rex aliquis decreuiſſet inuiolabiliter gẽtem aliquam à regno ſuo excludere, aut non admittere, nunquid eos qui eſſent in regno rogaret, vt manerent? nunquid abſentes inuitaret vt venirent? Deus eos qui iuſtitia præſenti ornati ſunt inuitat ad perſeuerãtiam: qui in peccato ſunt inuitat ad pænitentiam, & præbet auxilia ad ſalutem tam prædeſtinatis quam reprobis, ergo homini imputanda eſt tam pæna damni quam ſenſus. Vide quo nos compulit ab ire illa audax quorundam imaginatiõ momentorum & prioritatum diuinæ electionis aut reprobationis. Maneat igitur firmũ Dei gratiam omnes præuenire, Deũ omnium ſalutem amare, quod

D. Miſericordia.

vt indubitatum ſit apud omnes catholicos audiant Sapientem, Sap. 11. loquens de punitione Amorrhæorum & Chananæorum &c. cauſam reddit cur non ſubito deleti fuerint, Miſereris omnium (inquit. num. 24) quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pænitẽtiam: diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti neque enim odiens aliquid feciſti aut conſtituiſti &c. parcis autem omnibus, quia tua ſunt Domine, qui amas animas. Nota: quomodo Deus amaret animas ſi ſola voluntate à regno ſuo excluderet? vnde neceſſario ſequeretur adultos ęternis eſſe obligandos ſupplicijs. cap. 12. O quam bonus & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus: ideoque eos, qui exerrant partibus corripis, (id eſt paulatim) & de quibus peccant admones & alloqueris, vt relictâ malitia credant in te Domine. Illos autem antiquos inhabitatoris terræ ſanctę tuę, quos exhorruiſti, quoniam odibilia opera tibi faciebant &c. poſt enumerata ingentia ſcelera dicit num. 8. ſed his tanquam hominibus peperciſti, & miſiſti antecesſores exercitus tui veſpas, vt illos paulatim exterminarẽt: non quia impotens eras in bello ſubijcere impios iuſtis, aut beſtijs ſæuis, aut verbo duro ſimul exterminare; ſed partibus (id eſt

Sap. 11.

Sap. 12.

(id eſt,paulatim) iudicãs dabas locum pœnitentiæ , non ignorans quoniam nequam eſt natio illorum,& naturalis malitia ipſorum,& quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum.Hoc eſt,non tu vtebaris in illos clementia futuri ignar⁹, ſicut homines, qui ignorant an mutandi ſint illi , quos corripiunt , ſed tu omnia cognoſcens antequam eueniant cũ ſuauitate & miſericordia omnia diſponebas.Sciebas inueteratam illorum malitiam quaſi in naturam eſſe conuerſam,ſciebas difficillimum eſſe illos mutari,vt talis difficultas impoſsibilitas dici poſsit.Sæpe impoſsibile dicitur quod eſt difficile,& neceſſario hoc loco ſic accipi debet,alioquin quo pacto daretur locus pœnitentiæ, ſi mutari penitus non poterãt? Sequitur. num. 11. ſemen erat maledictũ ab initio: nec timens aliquẽ, veniam dabas peccatis illorum. Hoc eſt, non timore alicuius, cui eſſes rationem redditurus, qui te temeritatis poſſet damnare,quaſi in ſupplicium præceps rueres,ſed ob tuam clemẽtiam veniam offerebas , & ſuppliciũ paulatim immittebas.Quis,inquit,dicet tibi:quid feciſti? aut quis ſtabit cõtra iudicium tuũ? &c. multis oſtendit Deum eſſe ſupremum iudicem,nulliuſque iudicium formidare , ſed quia
Pſ.76.v.10. nõ obliuiſcetur miſereri Deus, nec continebit in ira ſua miſericordiam ſuam: ſed cum iratus fuerit miſericordiæ recordabitur,id circo dat locum pœnitentiæ,& nihil non agit, vt parcat: *Habac. 3.v.2.* expectatq.vt miſereatur etiamſi *Iſa.30,v.18.* ſciat peccatorem non eſſe conuertendum , quia ſua culpa homo permanet in peccato. Deus interim ſua vtitur erga illum bonitate:facit diem bonam , & diem malam,vt remoueat omnem querimoniam:qui nullum timere poteſt, qui nullius eget, coram quo omnes gentes ſunt quaſi non ſint,& tamquam nihil & inane reputantur, & tanquam *Iſa.40.v.17. Sap. 11. 23.* momentum ſtateræ ſic eſt ante Deum orbis terrarum: nihilominus vult ſeipſum iuſtificare,& querelas ſtultorum falſas oſtendere. Vide Mich. ca. 6. Ergo cum Deus ſumme ſit miſericors & iuſtus, neminem deſpicit niſi quia in die bona non fruitur bonis , neque præcauet *Iudicium vltimum.* diem malam, in qua eius malitia, prauitas , reprobus ſenſus, *Deus Iuſtus.* cordiſq. duritia detegitur, quæ Deus dicitur facere quia cum auxilium ſufficiens præbuerit, permiſit tamen hominem dureſcere,deprauari,in reprobum *Deus dicitur facere.* ſenſum tradi:vel potius quia(vt alibi copioſius dixi) manifeſtũ facit quid ſit in corde hominis, data namq. occaſione palam fit hominis conſuetudo & conditio , quia vt dicitur, in repentinis cognoſcitur habitus. Verũ, qui

qui hypocriſi non laborant ſed ſponte ad ſcelus feruntur, leui occaſione ſe ipſos produnt. Sic Pharaonis duritia declarata eſt non à Deo immiſſa. Quod autem dicatur aliquis facere rem quia illam manifeſtat ſatis conſtat ex Leuit. cap. 13. num. 3. ad arbitrium eius ſeparabitur. H. polluetur, id eſt, pollutus iudicabitur, & quia pollutus eſt ſeparabitur. num. 6. mundabit eum id eſt, mundum declarabit. num. 8. immunditiæ condemnabitur. H. polluet cũ ſacerdos. num. 11. contaminabit eum ſacerdos &c. Quod ſacerdos faciebat verbo, facit quotidie Deus rebus, quibus manifeſtantur cogitationes & propenſiones animorum noſtrorum. Viciſsitudine rerũ, diebus bonis & malis, vſu & abuſu diuinorum beneficiorum probatur hominis virtus, aut declaratur vitium

Conſidera Dei bonitatẽ qui ſic vult cum hominibus agere, vt iuſtificetur & mundus appareat. Inuenies paſsim homines tanta inſolentia deprauatos, vt nullius ſe velint iudicio ſubijci. Væ illi rei publicæ, in qua iudices, ſuperiores legibus ipſis eſſe volunt, & ex ratione ſtatus omnia agere, vocantq. rationẽ ſtatus, non quod bono publico cõducit, ſed quod ſibi placet, & ſuis commodis conſentaneum iudicauerint. Talem rempublicam non eſt neceſſe fingere, talem nouim' talem iam diu hac iniquitate corruptam experimẽto comprobamus.

Impius iudex nulli ſe legi ſubijcit, factiſq. indicat illud tyrannicũ ſibi conuenire: ſic volo ſic iubeo ſit pro ratione voluntas. Nõ timet Deũ iudicem qui cũ ſit fidelis & abſq. vlla iniquitate, iuſtus & rectus, & nullum Deut. 32. timeat, tamẽ ſic attemperat prouidentiã ſuam, vt poſsint homines rectiſsimam illius æquitatẽ animaduertere. Puniturus Deus Gen. 18. nu. 20. impias illas ciuitates reuelat prius Abrahæ propoſitum ſuũ, quem pro illis aduocatũ admittit, qui primo Deo proponit iudicij æquitatem: Numquid, inquit, perdes iuſtum cum impio? Itẽ, abſit à te vt rem hanc facias & occidas iuſtum cum impio, fiatq. iuſtus ſicut impius, nõ eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudiciũ hoc, &c. Multa ſunt in hoc colloquio conſideratione digniſsima, ſed illud ad rem noſtrã facit, vt intelligamus Deũ, cui nemo poteſt dicere, cur ſic facis? velle iuſtificare cauſam ſuã, ſeq. ſemper alienũ ab omni paſſione & iniquitate, vult omnem querimoniã remouere. Tu autẽ homuncio omne ius peruertis neq. permittis pauperẽ, & fauore deſtitutum pro ſe loqui, viſq. nos cogere, vt ad tuã iniuſtitiam ora claudamus. Sed iuſtificatur

in

in ſermonibus ſuis, & vincit mundusque apparet cum iudicatur.

Sicut hanc &c. H. hoc contra hoc: Lehhumath. i. contra, aduerſus, è regione. Item, Iuxta. Exod. 38. num. 18. Ezech. 48. nu. 13. Pariter Ezech. 1. nu. 20. ſecundum: ſicut: Ezech. 48. nu. 18. omnia in idem recidunt. Rogabis cur Deus ſic res diſpoſuit. Communis reſpōſio eſt id factū eſſe propter libertatē hominis, quē Deus creauit propter ſe, ad cuius participationem veniret per liberam electionē bonorum, & malorum reiectionē. Eccli. 15. nu. 14. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu cōſilij ſui: adiecit mandata & præcepta ſua, ſi volueris mandata ſeruare conſeruabunt te, & in perpetuum fidē placitam facere: appoſuit tibi aquam & ignem ad quod volueris porrige manū tuā: ante hominem vita & mors: bonum & malū, quod placuerit ei dabitur illi. Si omnes Deus feciſſet æquales, & nullum eſſet præceptum, neque eſſet bonum & malū, periret pulchritudo humanæ Ierarchiæ, periret meritum. Aliter cum homine liberum habente arbitrium, aliter cum beſtijs Deus agit.

Lehhumath. *Eccli. 15.* *Meumah.*

Meumah. id eſt, aliquid, quicquam, non inueniet homo poſt Deum quicquā, quod accuſare, de quo conqueri poſſit. Fallitur Lorinus volens huius nominis ſignificationē contrahere: Non ſignificat ſolum, inquit, aliquid, ſed quod certi aliquid vitij vel maculæ habeat, & repræhenſione dignum occurrat in corpore aut in vita. Refellitur aſſeueratio iſta ex c. 5. v. 13. vbi dicitur, qui in ſumma egeſtate erit. H. & non in manu eius quicquam. Nihil hic de vitio aut macula dicitur.

Omnia vidi in diebus vanitatis meæ: Eſt iuſtus periens in iuſtitia ſua & eſt impius prolongans in malitia ſua. v. 16. H.

Hac quoque vidi in diebus vanitatis meæ: iuſtus perit in iuſtitia ſua, & impius multo viuit tempore in malitia ſua. Lat.

Vita longis aut breuis.

CONVENIENTER facta eſt mentio D. æquitatis & prouidētiæ, per quam bona & mala eueniūt hominibus, vt ſua libertate pereant nō Dei voluntate, aut impulſu: ſed quia noluerunt diuino auxilio in die bona frui: qui autem Deo vocāti reſpondent, & trahenti obſequuntur, neque deſunt gratiæ Dei, ſua etiam libertate ſaluantur, non ſola, neq. principaliter illa, ſed quia Dei ſunt cooperatores, ipſe enim eſt prima & principalis cauſa ſalutis, qui non

non ſaluat nos ſine nobis, verū ſaluare poſſet ſi vellet. Cum igitur omnia diſponat propter noſtram ſalutem, & diem bonam malamque faciat, & hoc contra illud diſponat ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ & miſericordiæ; Nam vt inquit Apoſtolus Rō. 9. num. 22. Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriā. Hæc Dei patientia erga malos non eſſet clementiæ argumentum, niſi ſemper illis aditus pateret ad veniam, vt ſatis manifeſtum feci ſupra v. 15. ex Sap. cap. 11. & 12. Cum igitur omnia mirabiliter diſponat Deus ad ſalutem noſtram, hinc fit, vt impio opponat iuſtum, & ex iuſti morte coarguat longam impij vitam. Iuſtus cito de medio tollitur, imo pro iuſtitia vitā dat libentiſsime; impius diutius viuit, qui dignus videbatur de medio citiſsime tolli. Abel cito mortuus, & fratris inuidia obtrūcatus, Cain vero diutiſsime vixit, & cum mortem formidaret, poſuit Deus in eo ſignum vt non interficeretur. Quis ob hanc cauſam inueniet iuſtā contra Deum querimoniam? Iuſtorum enim animæ in manu Dei ſunt & non tanget illos tormentum mortis; viſi ſunt oculis inſipientium mori, & æſtimata eſt afflictio exitus illorū, & quod à nobis eſt iter exterminium: illi autem ſunt in pace. Item, iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit. Numquid poterit conqueri impius? minime. Nam ſi cito moritur non eſt mirum, cum id etiā accidat iuſto: ſi diu viuit non poteſt accuſare Dei patientiam, ſed ſuam impænitentiam. Condemnat autem iuſtus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius conſummata longam vitam iniuſti. Lege totum. cap. 4. lib. Sapientiæ, & habebis optimum commentarium huius loci Eccleſ. Conſidera hic longam vitam non eſſe optandam ſed bonam, nam impij etiam multo viuunt tempore, quamuis talis vita mors potius dicenda ſit. Satis multum viuit qui bene viuit: iuſtus enim conſummatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat Deo anima illius propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum &c. Habes hinc cur Deus iuſtorum quorundam vitam breuiet: aliorum longa eſt propter noſtram eruditionem, & quoniam iuſti mundi huius ſunt columnæ, rueret niſi & exemplo, & meritis, & interceſsione illorum fulciretur. Sed de hoc ſuo loco. Mali diu permittuntur viuere vt reſipiſcāt, vt nota fiat Dei clementia & patien-

Rom. 9.

Gen. 4.

Sap. 3.

Sap. 4. 7.

Sap. 4. 13.

patientia, vt per illorum malitiam bonorum vita ſit illuſtrior,& merita augeantur. Horum non deſunt exempla, ſed nimis obuia ſunt & alibi aptius producentur. De vita lõga & plena lege Senecæ epiſtolam 94. quæ magna ex parte deſumpta eſt ex capit. 4. lib. ſapientiæ.

Seneca epiſtol. 94.

Siue breuis ſiue longa vita ſit Dei donum eſt, non quia vnus alio plus accipit beneficij ideo non debemus benefactori noſtro gratias,& Domino honorem & obedientiam. Magnitudo beneficij quod alij confertur non minuit quod alius accipit: & ſæpe qui minus accepiſſe putatur fęlicior fuit, quia dum gratus eſt bene factori maioribus cumulatur bonis: alius verò ob ingratitudinem, aut deſidiam omnium facit iacturam. Nullum Dei donũ paruum eſt ſi animus accipientis gratus ſit, & ad luctandum diligens. Omnes voluntatem accepimus, qua recte viuere poſſumus, par omnibus animus eſt ſi naturam eius inſpicias, ſi non paribus mens dotibus exornatur, ſæpe culpa noſtra eſt.

Nullum Dei opus vacat miſericordia, iuſtus cito moriens præuenitur, ne malitia mutet intellectum eius, aut fictio decipiat animam illius. Iuſtus diu viuens conſeruatur ob multorum bona, & vt decedat plenus operibus bonis,& eleemoſynis. Impius ante ſenectutem raptus ne multiplicet ſcelera: ſi diutius vitam protrahit ad pœnitẽtiam expectatur. Sed mens hominum temeraria ſingulorum cauſas inquirit curioſitate noxia, quam compeſcere nititur Eccleſ. dicens.

Sap. 4. 11.

Ne ſis iuſtus multum: & ne ſapias abundanter: ad quid obſtupeſces? v. 17. H.

Noli eſſe iuſtus multum, neque plus ſapias quam neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. Lat.

MVLTIS diuinæ iuſtitię & miſericordiæ exemplis deberet quieſcere humanus animus,& ex rebus manifeſtis ducere argumenta quibus nimia curioſitas, ſtultuſque iuſtitiæ zelus retunderetur. Scimus diluuio abſorptos peccatores: Sodomitas igne conſumptos: Ægyptios multis plagis afflictos &c. Scimus Deum ad miſericordiam ſumme eſſe propenſum, qui Niniuitis pepercit pœnitentiam agentibus, qui dum populum ſuum ob peccata punit,& inter gentes diſpergit earum ſaluti conſulit, vt inſigni teſtimonio memoriæ ſempiternæ teſtatum eſſe voluit Dominus Tobiæ, cap. 13. num. 4. Quoniam ideo diſperſit vos inter gentes, quæ ignorant eum,

Deus miſericors D. prouidentia.

Ionæ 4.

Tobiæ 13.

vt nos enarretis mirabilia eius & faciatis ſcire eos, quia non eſt alius Deus omnipotens præter eum. Ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras, & ipſe ſaluabit nos propter miſericordiam ſuam. | Illud etiam cuiui ad ſobrie iudicandum aut ſentiendum de D. prouidentia ſatis eſſe deberet, quod dictum a
Act. 10.] B. Petro Act. 10. num. 34. In veritate, inquit, comperi quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur juſtitiam acceptus eſt illi. Verumtamen humana curioſitas non contenta his, quæ ſupra ſenſum hominis ſibi oſtenſa ſunt, reſerare conatur incerta, & occulta D. prouidentiæ, irruitq. temere in ſecreta Dei, eiuſq. conſilia, & decreta ſcrutatur. Sed prius videamus quis ſit nimium juſtus.

Iuſtitia eſt generalis virtus amplectēs omnē virtutē, quæ vocatur juſtitia legalis: eſt etiā particularis in qua nō reperitur mediū rei ſed rationis. Siue enim ſit iuſtitia commutatiua ſiue diſtributiua non poteſt ſecundum rem eſſe maior aut minori. Si debeo centum, centum ſoluenda ſunt: ſi pecuniæ, cibus, aut aliquid inter inæquales diſtribuenda ſunt ſeruanda eſt talis rei partiendæ ratio, & quantitas, qualis eſt perſonarū diuerſitas neceſſitas, inæqualitas. Poteſt eſſe nimiū iuſtus in diſtributione, qui nimis ſcrupuloſe ponderare vult perſonarum merita, & diuerſarum qualitatum, & meritorum comparationem facere non ſolum nimiam, ſed etiam odioſam. Eſt nimiū iuſtus, qui debitum ſibi ſoluendum prima die menſis ſtatim repetit primo mane debitoris fores pulſans. Nimium iuſtus merito dicetur, qui ſe immiſcet alienis litibus ſine neceſsitate: qui importune miniſtros iuſtitiæ ſolicitat, vt de malefactoribus ſuppliciū ſumant: qui zelo iuſtitiæ patiētiæ, & modeſtiæ metas tranſcendit: qui iuſti, & prudentis iudicis moram in puniendo accuſat: qui zelo vindicandi ſcelus, & iniuriam proximo illatam, iuris & æquitatis moderationem, & leges non ſeruat, & alienū ius ſibi vſurpat. Prætermitto mediocritatē illam ſiue moderationem, quæ in omnibus rebus ſeruanda eſt.

Eſt modus in rebus ſunt certi deniq. fines. Horatius.

Quos vltra citraq. nequit conſiſtere rectum.

Notum ſatiſq. vulgatum eſt illud, ne quid nimis. Item illud, ſummum ius ſumma iniuſtitia. Habenda in omnibus ratio perſonæ, temporis, neceſsitatis, occaſionis, & ſimilium, quæ iudices ad moderationem pænarum inducunt, de quibus nunc dicere non

non vacat, neque opportunum videtur. Puto enim Eccleſ. hic agere de illo hominum iuſtitię zelo qui illos ſtimulat contra Dei prouidentiam, cuius accuſant inæqualitatem cum ignorent rerum conſonantiam, quæ ſicut in carmine conſtat ex diuerſitate ſyllabarum, & pedum: ita in rebus humanis ex varietate. Si ex humanis tollas patientiam actum eſt de nobis, omnes furore rabieq. concitati in mutuam perniciem ruemus: tolle iuſtitiam omnia ſcelere inundabũt, nulla erit Reſpublica: replebũtur omnia rapinis, adulterijs, iniurijsq. tolle clementiam, & moderationem nemo erit impunis, omnes dabunt pœnas ſingulis momentis, non ſufficient verbera, mutius ſe omnes flagellis percutient. Nõ omnia hominum delicta humano iudicio coerceri poſſunt. Multa relinquenda ſunt Diuino iudicio. Curioſius ſcrutari ſcelera ſummum ius eſt: omnia velle ſcelera abolere, omnes culpas extirpare, ſummum ius eſt: nullum relinquere locum pœnitentiæ, ſummum ius eſt: inæqualia ſcelera pari pœna punire, ſummum ius eſt: imo iuris peruerſitas: Exigere ab omnibus æqualem virtutem, ſummum ius eſt. Cum in hoc plurimum peccetur erga homines, multo grauius contra Deum quotidie peccamus. Omnes optamus Deum erga nos clementem, erga alios iuſtum: erga nos diſſimulantem: erga alios vindicantem. Si differt noſtrorum ſcelerum ſuppliciũ. gaudemus: eius tarditatem accuſamus erga illos, qui nos iniuria affecerunt, ſi vlciſcendi ſumus impotentes. Præterea obliti rerum noſtrarum alienæ ſalutis ſoliciti nihil ad nos pertinentis, tacitis cogitationibus cum Deo expoſtulare videmur, quaſi cum illis inique agatur ad quos non peruenit euangelica, veritas: iuſtioreſq. Deo apparere volumus & vana quadam cõmiſeratione Deũ quaſi crudelẽ accuſamus, quia non illuminat tot infideles ac Iudęos, quia illis nõ confert efficacia auxilia ad ſalutẽ: & illa quę ad Dei gratiã, & gratuitã liberalitatẽ pertinẽt volumus reuocare ad ordinem iuſtitiæ, ac ſi Deus alicui aliquid debere poſſet, aut in illũ poſſet cadere iniuſtitia. Iniquus eſſet paterfamilias qui domeſticos ſuos iuſtitiã temperantiam, religionem que non doceret, qui ſi poſſet cæcos non illuminaret, infirmis robur non daret, periclitantibus opem opportunam non ferret, duritiem non molliret. Iniquus ſane eſſet, quia facere iubetur ab illo, qui imperandi habet ius, & poteſtatem. Ipſe tamen nulli legi, nulli iuri aſtrictus eſt, ideo nulli faciet iniuriam.

Digitized by Google

Deus miſericors. Quid ergo iubet Deus homines maiorem curam, maiorem miſericordiam erga alios exercere quam ipſe habeat? Nequaquam, Deus enim miſericors *Pſal. 102. 8.* eſt & miſerator, longanimis & multum miſericors, cuius miſericordiæ non eſt numerus, Et qui maiorem habeat animarum curam quam corporũ, horum vero commoditatibus ſeruiunt elementa, animalia, plantę, cœli. Is ergo animarum ſalutem curat per homines ſapientes, per Angelos cuſtodes, per ſeipſum, parcit enim omnibus, quia amat animas: ſed *Sap. 11. 27.* nos ſumus adeo temerarij, vt de occultis Dei auxilijs iudicare velimus ac ſi iure eorum cognitio nobis deberetur. Quotidie iuſtitiam & miſericordiã violamus, nam duri ſumus erga pauperes, moroſi erga famulos, faſtidioſi erga ſocios, erga Deum ſemper benefacientem ingrati; & tamen pij & clementes videri volumus erga pereuntes quorum cura à nobis eſt aliena. Conſulamus conſcientiam noſtram, recolamus Dei beneficia, vocationes, internas inſpirationes, culparum noſtrarum ſæpius remiſſarum iterationes, deniq. tot peccata cum maxima ingratitudine coniuncta, quæ omnium etiã parentũ amantiſſimorum patiẽtiam ſuperarent, & ad iram prouocarent; & tamen Deus infinita ſua patientia adhuc expectat. Quid ergo Deum illorum obliuiſci putamus, quos non nouimus? Quid de infidelium ſalute tam ſumus ſoliciti, vt tacite Deum accuſemus negligentiæ aut iniuſtitiæ? Putamus non decere infinitam Dei clementiam vt tot hominum millia pereant? Ergo ne vnum quidem perire fas eſſet, non enim maior ratio eſt perditionis vnius quam multorum, vnuſquiſque enim pro ſuis punitur peccatis. Si nulla ſua culpa puniretur, punientis iniquitas in iudicium vocari mereretur, ſed Deus ſemper iuſtificabitur, & vincet cum iudicabitur. Dies bonos & malos fecit, vt nemo haberet contra ipſum iuſtas querimonias. Meminiſſe etiam hic oportet illius ſententiæ quam iam ſupra *Epiſt.* ex Seneca attulimus. Multos, inquit, inueni æquos aduerſus homines, aduerſus Deum neminem &c. Plena eſt omnis domus querimonijs, quia res non cadunt ex animi ſententia, ſeges grandine attrita eſt, vinea in flore gelu aduſta: pecus ſcabie corruit: filius vnicus in iuuentutis flore obijt: maritus vxorẽ reliquit ac teneram prolem penuria laborantem: mortua eſt chara vxor. Inundant nos plurimæ calamitates graues formamus querelas. Quid eſt hoc niſi Deum accuſare? Nec noſtra ſolum infortunia conſiderantes

rantes, Deo tribuimus negligentiam, aut obliuionem, aut iniuſtitiam, quia iuſtus perit in iuſtitia ſua, & impius longo viuit tempore. Hoc eſt nimium eſſe iuſtum, & plus ſapere quam ſit neceſſe. Nimium iuſti volunt eſſe quidam huius temporis impij, cum ſibi licentiam ſumant ad omnē iniuſtitiam, volunt eſſe iuſti iuſtitia Chriſti, cui tantum tribuunt, vt ipſa ſolum ſine vllis operibus noſtris ad ſalutem ſufficiat, ſolamque fidem per quam iuſtitia ſaluatoris homini imputetur neceſſariam putant. Ego tantam dementiam non puto cadere reuera potuiſſe in mētem alicuius, ſed quia ad peccandum libertatem quærebāt, neq; publicam fidem abnegare audebant, fidei magnitudinem cōſtantiamque pernicioſo mendacio confinxerunt. Quis enim ſanæ mentis cogitare potuit Deum hominem factum & pro hominibus tanta paſſum, vt hominibus luxuriæ, odij, rapinæ, violentiæ, fraudis omniſque ſceleris repagula tolleret, & concupiſcentijs calcar adderet? Si mihi certo promittitur regnū cœlorum dummodo fide apprehendam Chriſti iuſtitiam, quid me continebit ne abeam poſt concupiſcentias meas? Fides quidem neceſſaria, ſed ſine charitate inſufficiens eſt. Sed inſanos relinquamus.

Cum illis aliquid agamus in quibus non poſſum non modeſtiam deſiderare, qui mihi videntur plus ſapere quam neceſſe ſit. Mihi ſufficit ſcire impoſſibile eſſe gratiam cadere ſub merito, alioquin, vt dicit Apoſtolus, Gratia non eſt gratia. Gratiam autem & gloriam Rom. 11. 6.
dabit Dominus. Nullum opus hominis tam egregium aut heroicum eſſe poteſt, quo mereatur vitam beatam, hoc illi confert diuina gratia. Psal. 83. 12.
Bene viuere, ſecundum rectam rationem agere omnes tenemur, ab hac obligatione qui deficiunt pœna digni ſunt. Si vero naturalem legem conſeruent apud Deum nihil merentur. Si enim Abraham, vt ait Apoſtolus, ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum. Rom. 4. 2.
Ergo nulla opera noſtra à Deo prę uiſa poſſunt eſſe cauſa prædeſtinationis; mala autem opera præuiſa poſſunt eſſe cauſa reprobationis. Hæc ſobrie ſciri poſſunt: ſed vltra pergere & inquirere in illo prædeſtinationis inſtanti, quo Deus elegit ſaluandos ante mundi cōſtitutionem, quid tunc decretum fuerit de reprobis, quia ſi non fuerunt tūc electi, neque ad electionem opera fuerunt præuiſa, quia non ex operibus, ſed ex vocante dictū eſt, maior ſeruiet minori, neceſſe eſt, vt ante præuiſionem operum reprobotū, fuerint re- Rom 9. 13.

lecti à Deo, Deus enim ſimul omnes vidit homines,neque ad electionem fuit neceſſe videre opera illorum,ergo neque ad reprobationem. Iſtud eſt ſapere pluſquam neceſſe ſit,neque velle agnoſcere ac cõfiteri eſſe multa ſupra ſenſum hominis,neque velle acquieſcere Gentium Doctori dicenti, noli altum ſapere ſed time. Vt minus ſapiens dicã ſiue indicabo breuiter quid ſentiam, quid ex ſcholis mihi retinuerim ante hos 40. annos in mea antiqua ignoratiõe quietem inueniens, ſufficit enim mihi catholicæ fidei dogmata tenere, ſubtilitates iſtas nimias non curo. Dico ergo quandoquidem nos cogunt importunæ (ne dicam inſanientis ſapientię) profeſſores. Dico inquam noſtro modo intelligendi prius eſſe cognoſcere naturam & perſonas quam actiones earum & illa, quæ circa illas fiunt. Prædeſtinatio & reprobatio præſupponit res prædeſtinandas & reprobandas: & gratia præſupponit naturam in qua fit. Præterea licet contingat ſimul multa videre,tamen videmus vnum altero eſſe prius, vt qui videt militum ordinatam cohortem præcedente duce: qui videt arborem videt radicem eſſe trunco priorem, & ramos folijs. Quid ergo vetat vt noſtro modo intelligendi Deus prius dicatur vidiſſe homines & eorum

Rom.11.20.

actiones quam prædeſtinauerit aut reprobauerit? Quid vetat voluiſſe Deum omnes homines ſaluos fieri in primo parente, qui neceſſario cæteros præcedere nemo inficiatur, & Deum illi gratiam quam contulit & iuſtitiam originalem voluiſſe dare ſub illa conditione, vt ſtare poſſet & cadere,vnde ſequeretur ſtatus aut caſus noſter? Quid vetat ex maſſa quã vidit corruptam elegiſſe aliquos, quibus peculiari ſuæ protectionis cuſtodiæq. priuilegio nulla poſſet nocere tẽtatio, præſertim in fine vitæ? alios vero quibus daretur auxilium ſimile Adæ,qui cum eſſet potens ad reſiſtendum, ruit tamen? Deus vult omnes homines ſaluos fieri,& ad agnitionem veritatis venire:& tamen dimiſit omnes gẽtes ingredi vias ſuas, & quidem nõ ſine teſtimonio ſemetipſum relinquens bene faciens de cœlo &c. Actor. 14. num. 16. ſcimus præterea Deum multis gentilium innotuiſſe vt Iobo, Cornelio, Eunucho Æthiopo. Dices quomodo potuere præuideri actiones ante collationem gratiæ? Nam in Adam gratia præceſſit actiones, in angelis quoque. Deinde ſi prædeſtinatio nõ pendet ex operibus quorſum prẹuidenda erant? Dico me modo non loqui de operibus à gratia ſiue ab auxilio diuino ſeparatis, ſed abſolute ſiue cum

Actor. 14.

gratia

gratia ſiue ſine illa. Gratiã nūc voco omne auxilium gratuitum. Item dico, non eſſe bonam conſequentiam, prædeſtinatio non pendet ex operibus, ſed ex ſola Dei gratia & liberalitate, ergo opera non fuerūt præuiſa. Deinde quis ſcit vtrum Deus voluerit conferre gratiam tantam vel talem vni, quem ſciebat gratum futurum, & illa bene vſurum, & tamen bonus vſus non eſt cauſa donationis, ſed conditio quam ſpectare voluit dantis liberalitas, qui poſſet non dare, aut etiam ſine illa conditione donare? Si mihi paranti aut potenti facere eleemoſynam Deus reuelaret quoſdam fore bene vſuros pecunia, alios luxurioſe conſumpturos, neque bonus vſus erit cauſa donationis, neque malus retentionis ſi dare noluero: neque ſi malis dedero cauſa erit mali operis, ſed mala illorum voluntas, quæ libera eſt. Sed hoc habet gratia Dei, quod perficit operantem, & dat facultatem agendi, & bonum vſum ſui: non quod plurima opera quæ fiunt ab homine Dei amico non poſſint fieri ab alio, qui non habet gratiam, ſed operis modus diuerſus eſt. Dæmones credunt & contremiſcunt, ſed non ſicut oportet, non credunt fide ſupernaturali. Ieiuniū, eleemoſyna, & alia opera ex natura ſua laudabilia communia ſunt bonis & malis, ſed homines Deo grati talibus operibus merentur, ſuntque eorum actiones propter Deum factæ Diuinæ. Teſte Apoſtolo ſi quis tradiderit corpus ſuum vt ardeat careat autem charitate nihil illi prodeſt: cum calix aquæ frigidæ datus diſcipulo in nomine diſcipuli mercede ſua non careat. Non eſt præſentis loci iſta preſſius examinare: illud certum eſt, & catholica fide tenendum nos habere voluntatem liberam, poſſe velle, & nolle, agere, & non agere, ſed velle aut agere ſicut oportet nequaquam poſſe ſine Dei gratia. Fingamus tam potentem eſſe liberam voluntatem, vt à nulla tentatione, à nulla difficultate ſuperari poſſit, vt cum magna facilitate poſſit concupiſcentias ſubiugare. Omnia opera virtutis facere, non tamen vitam æternam poteſt conſequi, quia non ſunt cōdignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriam: ſed tamen arbitrium noſtrum, licet liberum ſit, infirmum tamen eſt. Et ad cuſtodiam mandatorum, ad reſiſtendum tentationibus ad repugnādū peccato eget gratia Dei. Quid ſi Deus ab æterno omnibus illam dare voluit ſufficientem, alijs maiorem, alijs minorē ſecūdū ſapiētiſſimā ſuā volūtatē, & cū videret poſt hãc

Iacob. 2. 19.

1. Cor. 13.

Rom. 8. 18.

gratiam bonum vel malũ vſum liberi arbitrij, non ſolum voluerit bene vtentibus perſeuerantiam donare, ſed ex ijs, qui iam merebãtur damnationem, quia gratiæ Dei forent rebelles, multos maioribus auxilijs voluerit ad ſe trahere? Neque propterea prædeſtinatio poteſt attribui niſi Deo volenti gratiam & perſeuerantiam conferre: nam vt dixi homo ex ſe nihil poteſt facere dignum Dei amicitia, aut æterna retributione. Si quis dicat Deum voluiſſe abſolute quoſdam eligere nullis præuiſis actionibus, neque vſu liberi arbitrij non repugnabo, quia nihil certi habeo, niſi gratia Dei obtineri vitam æternam, & gratiam ſub meritum non cadere, ideo nihil hic affirmo niſi quod in ſcripturis video expreſſum. Nullum autem eſt teſtimonium efficax ad probandum aliquem à Deo reprobatum etiam ſi tantum pœna damni conſideretur, niſi ob culpam, quod manifeſtum eſt in his, qui cum ſolo originali peccato moriuntur. Non vacat ponderare D. Pauli difficilem diſputationem de prædeſtinatione & reprobatione Roman. cap. 9. illud tamen manifeſtiſſimum eſt reprobationem Iudæorum, de qua ibi agit habere cauſam, videlicet, eorum incredulitatem, & in Chriſtum crudelitatem, neq. tamen loquitur de indiuiduis; ſed de tota gente ſecundum maiorem partem, nã ſcimus multos ex Iudæis crediſſe prædicantibus Apoſtolis. Teſtimonium autem quod adducit ex Malachia cap. 1. Iacob, inquit, dilexi Eſau autem odio habui, nõ loquitur de perſonis illis, ſed de gente ab illis perſonis originem ducente. Illud autem teſtimonium, non ex operibus, ſed ex vocãte dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori: non loquitur ibi Deus de prædeſtinatione ad vitam ęternam, ſed de electione, qua Iacob præferebatur Eſau, vt eſſet caput gentis Hebræorum: Eſau vero Idumæorum. Tandem dico me ignorare conſilium Dei, quia quis cognouit ſenſum Dñi, aut quis conſiliarius eius fuit? Sicut exaltantur cæli à terra ſic exaltatæ ſunt viæ Dei a vijs noſtris, & cogitationes eius á cogitationibus noſtris.

Actor. 21. 41
Rom. 9. v. 13
Geneſ. 25. 23
Iſa. 55. 9.

Multi ſcrutatores diuinæ præſcientiæ & prædeſtinationis obſtupuerunt, & deſolati ſunt, alij liberum tollentes arbitrium, alij Dei prouidentiam negantes, qui vt homines facerent liberos faciebant ſacrilegos. Alij ſoliciti ſunt de modo præſcientiæ, & conuenientia cũ libero arbitrio: ſtulta ſane ſolicitudo, cum certum ſit Deum paratiſsimum dare veniam pœnitenti, & prope eſſe omnibus inuocantibus eum in veritate. Pſal. 144. 18.

Con-

Conſidera quid Dominus dicat per Ezechielem. cap. 18. mihi modo non vacat recitare. Illud dignum eſt conſideratione notum eſſe & præſcitũ à Deo quid ſimus facturi, & tamẽ paramus eum diligentia neceſſaria vitæ, aramus, ſeminamus, metimus, terimus: cibos & veſtes quærimus, nihil de D. præcognitione anxij: & ad comparandã vitam æternam negligẽtiſsimi ſumus, & in ſcrutandis diuinis ſecretis curioſiſsimi. Samam, id eſt, obſtupeſco, ſtupeo, turbor, deſolo, deſertum facio, diſsipo, corrumpo, deſtruo. His & alijs modis ſolet vertere vulgatus. Obſtupeſcent hi qui plus ſapere voluerunt quando ſtultã oſtenderit Deus eorum ſapientiã: quando pudore afficientur ob ſuam ignorantiam, qui Dei conſilia ſuis argutijs metiri voluerunt: obſtupeſcent quando Deus ab illis temporis male locati rationem poſtulauerit, qui non tam amore veritatis, quam contentionis ſtudio tempus cõſumpſerunt, quod redimẽdum fuerat, & melioribus occupationibus dandum. Audi homo ingenioſe, & acute audi Lyricũ dicentem.

Ezech. 18.

Samam.

Lib. 2. Ode. 11.

Quid æternis minorem conſilijs animum fatigas?

Epiſt. 107.

Audi Senecam Epiſt. 107. Paucis opus eſt ad mentem bonam vti litteris: ſed nos vt cætera in ſuperuacuum diffundimus, ita Philoſophiam ipſam: quemadmodum omnium rerum, ſic litterarum quoq. intemperantia laboramus. Non vitæ ſed Scholæ diſcimus. Veriſsima ſane ſententia, quæ theologis non leuẽ ruborem afferre deberet. Verba otioſa venient in iudicium & contentiones vanæ, otioſæ, noxiæ ſine noxa erunt?

Ne impius ſis multum, & ne ſis ſtultus, vt quid morieris in non tempore tuo? v. 18. H.

Ne impie agas multum & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo. Lat.

NIMIVM iuſto, & nimiũ ſapienti opponit nunc nimium impium & ſtultum. Illi qui nimio iuſtitiæ zelo ęſtuant: qui nimia curioſitate res à noſtra cognitione remotas ſcrutantur obſtupeſcũt, hærent attoniti redduntur, quia non votis reſpondet rerum euentus: ſed impium, qui non vult reſipiſcere, & ſtultum manet inopina mors & ſæpe violenta. Non eſt homo qui non peccet, ſed Dei miſericordia ac longanimitas pęnitẽtiæ locum, tempuſque concedunt, ſi reuertamur ad Dominum expiare poſſumus impietatem: ſi ſtultitiam fugerimus vitam viuemus animo tranquillam. Sæpe dictum eſt à nobis vitam iuſtorum plenam, eſſe vitã im-

Vita breuis aut longa: plena vel vacua.

impiorum vacuam, ſed ſæpius nos de eadem re verba facere occaſio inuitat. Pſal. 54. v. 24. dicitur. Viri ſanguinum & doloſi nõ dimidiabunt dies ſuos. Multis in locis dicuntur impij diuturnam vitam viuere, vt vidimus v. 16. Si multi iuſti ante ſenectutem moriuntur, & impij multo viuũt tempore, quid eſt quod dicuntur non dimidiare dies ſuos? quorſum dicitur impijs ne callos contrahant in impietate, & ne ſint ſtulti ne moriantur in tempore nõ ſuo? An quia ſæpe impij dant pęnas & morte mulctantur, qui poſſent alioqui diutius viuere? ſed etiam iuſti violenta morte ab impijs trucidantur: audi quid Chriſtus dicat Matth. 23. num. 34. Ecce ego mitto ad vos prophetas & ſapientes & ſcribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis &c. Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare. Si ſtultorum eſt & impiorum mori in tempore non ſuo, quia violenter tolluntur, idẽ dicemus de martyribus, ergo aliud latet myſteriũ. Opportuna mors venit ei, qui ſancte viuit, qui mori ſemper paratus eſt, cuius vita in patientia verſatur, cuius mors eſt in deſiderio, qui cupit diſſolui & eſſe cũ Chriſto. Vt ſemel rem hanc abſoluamus, quam non ſemel properantes indicauimus, aduertẽdũ eſt id quod in ſuperioribus indicauimus, Dei pręſcientiam infallibilẽ eſſe, ſed nullã rebus pręſcitis imponere neceſsitatẽ, & licet omniũ rerum ſit Deus cauſa omnia ſuauiter diſponit, vt quæ libere fieri natura poſtular vim nullã patiantur. Culpæ Deus cauſa eſſe non poteſt quia eſt ſumme bonus, & omnipotens: pœnæ cauſa eſt quia eſt iuſtus. Cum ita ſe res habeat cuiuſq. hominis vita certũ habet terminum in diuina pręſciẽtia, ſed non neceſſariũ, aliũde quærenda eſt cauſa breuitatis vitæ illorum, qui violenta morte tolluntur, aliquando enim cauſa eſt Dei miſericordia accelerans iuſti mortem, ſicut ſcriptum eſt Sap. 4. num. 11. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectũ eius &c. Item. num. 14. placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Aliquando cauſa eſt Dei iuſtitia ſicut apparet in illis 185. millibus hominum, quos angelus Domini occidit in caſtris Aſſyriorum. Iſa. 37. num. 36. Quando iuſti violentam mortem ab iniquis perſecutoribus patiuntur, cauſa mortis eſt voluntas Dei martyrum fidem & conſtantiam ſeruans, & impiorum crudelitatem permittens. Multo-

Pſal. 54. Sap. 4. Iſa. 37.

Multorum mors acceleratur ipſorum intemperantia. Quis neſcit effrænem libidinem, turpéque ſcortorũ cõſuetudinẽ vires eneruare, mortemq. accelerare? Plures interficit crapula quam gladius, vt iam vulgo iactatur. Hinc fit vt plurimi non dimidient dies ſuos: quę ſententia in plurimum veram eſſe oſtendit experientia. Neq. huic obſtat

Iob.14. illud Iob. 14. v. 5. Breues dies hominis ſunt, & numerus menſium eius apud te eſt, cõſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Sunt iam à Deo præſcitę actiones noſtræ, quas Deus ad ordinem ſuæ prouidentiæ reducit, & ſtatuit cuiq. terminum vitæ, alij clementia paterna, alij iudiciali ſententia ſcelera vindicante, & vitam breuiante: alij mortem merenti citiſsimam inferre non vult niſi poſt longũm tempus, quia differt ſupplicium tanto grauius futurum, quanto maiore longanimitate pęnitentiæ ſpatiũ cõceſsit. Qui dies ſuos non dimidiat moritur in tẽpore non ſuo. Eſt alia ratio ob quam dicantur impij mori in tempore nõ ſuo, quia hora illa non expectabatur, hora illa homini initium eſt æternæ calamitatis: quia tempus illud non hominis eſt ſed bruti, ac dæmonis de perditione peccatoris lætãtis: quia mallet impius natum non fuiſſe. Nõ eſt noſtrum quod in alieno eſt arbitrio: quod noſtra culpa perit. Perit tempus, quod recte viuendo non redimitur. Totius temporis vnum tantum inſtans habemus, & hoc in comprehẽſibili celeritate tranſit: ſed tẽpus noſtrũ erit ſi bonorũ operũ maneat fructus, ſi mercedẽ à Deo iuſtã expectamus. Iſta aliquãtulũ expendamus, vt lectori maiorẽ afferant fructũ, & prius quid ſenſerit Seneca de noſtra vita proferã, loquitur enim acute & ſapienter. Epiſtol. 1. Magna inquit, vitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat? Qui diem æſtimet? Qui intelligat ſe quotidie mori? &c. niſi fallor per male agentes intelligit illos, qui rebus neceſſarijs operam dant ſed imprudenter, neque modum ſeruant in agendo, aut non recta intentione agunt. Nihil agunt homines otioſi & vani, iſti qui vulgo dicuntur, *hõbres de paſſatiempo*, aliud agunt qui in praua opera incumbunt aliena ab hominis recta ratione, à recto vitæ inſtituto: his tota vita perit, hi nullũ habent tẽpus. Partem illius tollit ſomnus partem crapula & ebrietas, partem luxuria, partem fraudulenta negotiatio, partem alea, partem, inſidiæ, rapinæ, lites iniquæ. Qui ſic viuunt, & in his occupati morte corripiuntur

Epiſt. 1. Seneca.

piuntur, moriuntur in tempore non ſuo. Habet iuſtus ſuas occupationes ſed honeſtas, tranſit tẽpus illarum & illæ cum tempore, ſed manet fructus manet meritum, expectat præmium non in hac vita ſed in futura, aduenit mors, aduenit tempus iuſti, quia illud expectabat. Seruus enim deſiderat vmbram, & mercenarius præſtolatur finem operis ſui. Nil impio moleſtius ac triſtius quã hora mortis, in qua finitur illud falſum gaudium & incipit non finiendus luctus: nõ eſt hoc tempus impij, quia nihil illi affert commodi, imo plurimum detrimenti. Etiamſi centenarium aut millenarium annorum numerum tranſcendat impiorum vita ſemper moriuntur in tempore non ſuo. Idem Seneca Epiſt. 4. Adhuc, inquit, non pueritia in nobis, ſed quod grauius eſt, puerilitas remanet: & hoc quidem peius eſt, quod auctoritatẽ habemus ſenũ, vitia puerorũ nec puerorũ tantũ ſed infantium &c. Vides hic ætatẽ menſurari, non dierum numero, ſed morum grauitate & probitate. Deus nos in hunc mundum immiſit, vt per bona opera ad fælicitatem aſcendere conaremur. Talenta ſeruis ſuis dominus dedit ad negotiãdum, vnus talentum defodit in terram nihil lucratus eſt, iners homo dãnatur, pœnas negligentiæ dat. Quid hoc eſt, numquid poteſt aliquis ſolius deſidiæ argui, ſolius inertię condemnari? ſed vt oſtenderet Dominus quãto ſint digni ſupplicio illi, qui iacturã fecerunt bonorum, quæ à Deo acceperunt, ideo negligentis iudicium proponitur. Si illi perijt tempus, qui nihil egit, erit ne ſaluum illi, qui in libidinibus & maleficijs illud conſumpſit? Nequaquam dicitur vnicuique noſtrum, vbi eſt tempus, quod vobis datum eſt ad negotiandum? quid reſpondebimus? erit ne ſatis dicere, abijt? ſtulte cur illud perire tua culpa voluiſti, cum tibi ad lucrũ datum fuerit? Da mihi aliquem, qui è vita recedat ſicut natus eſt, certe morietur in tempore non ſuo, nam in ipſo vitæ limine moritur. Non illi datum eſt ſpatium agendi aliquid. En nobis conceſſum eſt viuere, & agendi aliquid opportunitas, ſed præſens ſine fructu trãſit dies, & è futurorum ſpe pendemus, noſq; mors inopina inuadit in tempore nõ noſtro. Quid ſi peiores tunc ſumus quam cũ viuere cæpimus? neceſſe eſt vt aut meliores aut peiores ſimus, ſi meliores tempus redemimus: ſi peiores temporis iacturam fecimus, neq; ad illud tempus peruenimus, quod noſtrum dicere poſſemus. Idẽ Seneca Epiſt. 22. peiores morimur quam naſcimur: Noſtrum iſtud non naturę vitium eſt. Illa de nobis conqueri debet, & dicere quid hoc eſt, ſine

Iob. 7. 2.

Seneca.

Matth. 25. 25.

Seneca Epiſt. 22.

ſine cupiditatibus vos genui,ſine timoribus,ſine ſuperſtitione, ſine perfidia,cæteriſq. peſtibus, quales intraſtis,tales exite. Hæc ille. Cum ergo peiores moriamur quam naſcimur,neceſſe eſt vt moriamur in tempore non noſtro. Numquam in ſtulti poteſtate eſt tempus cui imperat luxuria,alea, crapula, qui cócupiſcentijs ſeruit, quo pacto tempori dominabitur? ſed iam audiamus de hac re diuinam ſapiétiam. Moritur iuuenis in ętatis flore,ſed quia vitã recte inſtituit,qui ſe ad normam rectæ rationis direxit, & ad ſpeculum D. legis cópoſuit, Placens Deo factus eſt dilectus &c. Sap. 4. num. 10. dixerat num. 8. Senectus enim venerabilis eſt non diuturna,neq annorum numero computata &c. Dices cur nó impleuit dies ſuos? cur ad vltimam ſenectutem nó peruenit? Ibi habes huius rei reſponſum de quo iam ſupra aliquid dictũ eſt:nunc illud conſidera, quod dicitur, num. 13. conſummatus in breui expleuit tempora multa. Impleuit igitur dies ſuos, qui expleuit multa tempora:peruenit ad diem optatum, ad diem ſibi felicisſimum. Tempus eius eſt,quod illi gratisſimum & vtilisſimum eſt. Idem iter conficiunt diuerſi non pari temporis mora,homo imbellis tardius,robuſtus & velox citius. Tranſit homo à loco in locum multo

Sap. 4.

tempore, auis vero breuisſimo: tantum volatu metitur ſpatiũ vna hora, quantum homo non tranſibit duobus diebus, maxime ſi altisſimi aſperrimiq. montes ſint tranſcendendi. Diligens prudenſque mercator vna hora plus lucratur, quam ſcruta vendentes multis annis. Inuenit ille lapides pretioſos, vendit omnia, quæ habet emitq. illos, vendit regi aut principi maximo cum lucro:iſti vero minuti mercatores modice in lucro proficiunt. Mercenarius tota die laborans vix argẽti ſemiunciam lucratur: Iuriſconſultus inſignis vno conſilio grandem reportat auri ſummam. Non ſolo corporis labore æſtimatur lucrũ, ſed illud maius eſt, quod ingenio & ſapientia comparatur. Plus ſæpe in bello laborat gregarius miles quã dux, aut tribunus, ſed horum ſtipendium maius eſt. Sic in Eccleſia multi honeſtam operam impendunt, ſed non par eſt omnium meritum, non æquale eſt laboris ſpatium, & qui breuiore tempore laborauit, æquale reportat emolumentum: quod ex illa vineæ parabola manifeſte conſtat. Conducit Pater familias operarios, mittitque in vineam ſuam, alios primo mane, alios hora diei tertia, poſtremos vndecima. Peracto labore poſtremi æqualem primis mercedem accipiunt: primi queruntur dicentes, hi vna

Matth. 20.

hora

hora fecerunt,& pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus. Poterat Pater familias illos ex laboris æqualitate conuincere, ſed maluit rem hanc referre in liberalitatem ſuam & in conuentionis iuſtitiam, quandoquidem nulli facit iniuriam, qui promiſſum ſoluit, & premiū merito æquale facit. Si autem in alium vult eſſe magnificentior, nihil facit repræhenſione dignum ſed laude. Ecce vides poſtremo vocatos in breui conſummatos expleuiſſe tempora multa: nec exiſtimare debes vna hora minus laboraſſe quam qui portauerūt pondus diei & æſtus, quamquā id ſignificari uideatur, nam Patris familias liberalitas poteſt in præmio eſſe maxima apud nos, ſed Diuini Patris familias liberalitas eſt multo pręclarior, antecedit enim omne meritum, præuenit omnem laborem, vocat ad laborem, vires ad laborandum præbet, laborantem ne deficiat conforrat, eius virtute mercenarius poſtremo vocatus æquat & ſæpe ſuperat priores. Cumvero ſoluitur merces, laboris ratio habetur non temporis: dicit enim Apoſtolus 1. Cor. 3. num. 8. Vnuſquiſque autē propriam mercedem accipiet ſecūdum ſuū laborem: ſed labor iſte non eſt penſandus ex corporis fatigatione, ſed ex qualitate operis, & operantis alacritate. Vnus magna moleſtia humum fodit, aut arat tota die: alius ſine moleſtia infirmi curam gerit vna hora: pluris huius quam illius labor æſtimatur. Vnus malleo tota die ferrū domat: alius vna hora in foro ſumma cum æquitate ius dicit, præſtat huius opus minus laborioſum illi, in quod totis incumbitur viribus. Magnus agricolarum & fabrorum labor, minimus ſacerdotis aut Monachi, ſed ſi iſti illa animi attentione & puritate ſuo muneri ſatisfaciūt, qualem munus ipſum requirit, multo plus mercedis à Deo reportabunt, & in breui conſummati explebūt tempora multa. Inſignis ille latro quid pro Deo laborauit? crucifixus eſt ob ſcelera ſua, iam illi erat moriendum, ſed confeſsione illa præclariſsima, fideque viua, qua oblitus præſentis ſupplicij zelo Dei imbutus & armatus fit Chriſti innocentiæ prædicator. Mulieri peccattici remittūtur peccata multa, non quia laborauit multum, ſed quia dilexit multum: quid dico? laborauit multum non corporis afflictatione, & moleſtia ſed cordis cōpūctione dilectionis magnitudine ac feruore. Cōſummātur tales in breui & explent tempora multa: & moriuntur tempore. Si ſuo in ea vitæ impura conſuetudine permaneret latro, & mulier peccatrix in qua ante conuerſionem

1. Cor. 3.

Luc. 23. v. 46

Luc. 7.

vixe-

vixerant, & ad mille annos vitam producerent morerentur in tempore non ſuo. Moritur Latro in Cruce & moritur in tempore ſuo, ibi enim accipit æternæ fęlicitatis pignus, cui dicitur à Chriſto, Hodie mecũ eris in Paradiſo. Puto Senecam ex hoc loco ſapientis mutuaſſe illud elegantiſsime dictum Epiſtol. 94. longa, inquit, eſt vita ſi plena eſt, impletur autem cum animus ſibi bonum ſuum reddidit, & ad ſe poteſtatem ſui tranſtulit &c. Item: licet enim ætas imperfecta ſit, vita perfecta eſt. Item, quandiu ſim alienum eſt, quamdiu vero vir bonus ſim, meum eſt. Recte quidem dixit, ſed rectius dixiſſet, ſi Dei gratiæ acceptum retuliſſet hoc, quod eſt bene viuere, quod numquam noſtrum foret niſi deſuper nobis datũ fuiſſet. Sed iam finem faciamus reuocantes in memoriam illud

Iſa. 65. Iſa. 65. nu. 20. non erit ibi amplius infans dierũ, & ſenex qui non impleat dies ſuos, Quoniã puer centum annorum morietur, & peccator centum annorũ maledictus erit. Loquitur Propheta de electis ciuibus Ieruſalẽ, ad cæleſtem illam prędeſtinatis, vbi omnia ſunt perfecta & plena, quo nõ poteſt intrare impius, qui multũ impie egit, hoc eſt, qui noluit impietatem deſerere, qui maluit mori in tempore non ſuo, quam per pænitentiam tempus redimere, & quod relinquum erat vitæ bonis operibus replere. En vides ſenẽ vocari puerum, quia puerilia agit, ſicut antea ex Seneca indicaui. Iuſtus in breui multa explet tẽpora, quia totum tẽpus egregijs operibus implet, parum dormit quia ſobrietatem colit. Cõfert plurimũ tẽperantia ad ſobriam vigilantiam, ad meditationem, orationem & contemplationẽ. Præterea, ſicut qui lanam ſacco includit magna vi conatur, vt ſolidiſsime repleatur, ita vir bonus omnes animi neruos intendit, vt opera ſua ſint perfecta: omnem excutit teporem ac torporem, de perfecta charitate ſolicitus, quæ retro ſunt obliuiſcitur; & ad anteriora ſe extendit; & omni vitæ momento ſe Dei miſericordię committit, de qua confidens mortẽ expectat, paratuſque mori ſemper in tempore ſuo. Qui centum vixit annos, ſed tantum duos poſtremos Deo dicauit, & digna pænitentia malæ vitæ damna reparauit, conſummatus in breui expleuit tempora multa. An non inſignis ille vir Ioannes Dei, in breui conſumatus expleuit tempora multa? Heu me, iam ſexageſimus ſecundus annus eſt vitæ meæ tranſactus, ſi talis eſſe pergo qualis huc vſque fui moriar in tempore non meo. Ergo dum tempus habemus operemur bonum Philip. 3. 13.

bonum ad omnes, maxime ad domeſticos fidei, vt diuina gratia fulti moriamur in tempore noſtro.

Raſahh. Raſahh, id eſt, impie ago, impius ſum: item condemne damno. De quo dixi Iob. 9. v. 20. c. 16. num. 12. Quare præſens ſententia ad iudices referri poteſt, vt ſicut præcedenti verſu monuerat ne eſſemus iuſti multũ, in præſenti iudicij temeritatem, aut ſeueritatem cohibẽdam doceat; quod ad omnes pertinere poteſt, qui videmus feſtucam in oculo fratris, trabem in noſtro non videmus.

v. 19. H. *Bonum quod apprehendas in hoc, & etiam ab hoc ne quieſcere facias manum tuã, quia timens Deum egredietur cum omnibus his (vel educet omnia iſta)*

Lat. *Bonum eſt te ſuſtentare iuſtum: ſed & ab illo ne ſubtrahas manum tuam, quia qui timet Deum nihil negligit.*

Facile apparet diſcrimẽ verſionis vulgatę ab Hebræo ſẽtẽtia in Hebręo eſt difficilis ob ſignificationẽ generalẽ & incertã dictionũ, ſcilicet, Hoc, &, Illud. Vulgatus primam vocem contraxit vertens iuſtum. Sunt aliæ etiam voces obſcuræ: neceſſe erit ſingula elucidare. Pręterea in noſtra verſione dubiũ eſt, vtrũ, iuſtum, ſit maſculinũ an neutrum: hoc eſt, vtrum ſignificet virum iuſtum, an rem iuſtam, cauſam iuſtam, iuſtitiam ipſam. Moleſtum eſt varias huius loci explicationes adducere, ſat erit illas indicare quæ cum verbis ipſis cohærent. Si iuſtum virum intelligamus, facilis ſenſus eſt, bonum eſt fauere homini iuſto in omni negotio, ſic enim fiet vt iuſtitiæ cultores ſimus, neq. ſatis erit ſemel iuuare, ſed in bono opere perſeuerãdum erit, quia homo Deum timens nullo labore laſſatur, nulla inertia torpeſcit, nulla negligentia deficit.

Senſus erit amplior, ſi rem iuſtam intelligamus: ſic iuſtitiæ ſemel adhærendum, vt numquã illam deſeramus, nulla nos debet difficultas ab illa deterrere, aut metus retardare, aut periculum abſtrahere: ſuſtentandum eſt id quod iuſtum eſt, & manus ab illo non eſt retrahenda: Timor enim Dei animum corroborabit, & ad omnia ſuperanda fortem reddet, vt in nullo ſimus negligentes.

Item, bonum eſt iuſto homini opem ferre, verũ ab illo, qui talis non eſt manus nõ eſt retrahẽda: omnibus benefaciẽdum, ſed prius iuſtis. Imitãda eſt Dei miſericordia, qui ſolẽ ſuum facit oriri ſuper bonos & malos, pluit. Matth. 4. v. 45.

pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos.
Prou. 25. v. 20. Si eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſi ſitierit potũ da illi, hoc enim faciens carbones ignis cõgeres ſuper caput eius: noli vinci à malo ſed vince in bono malum. Sic fiet vt inimicus beneficijs victus pœnitentiã agat:
Rom. 12. v. 21. hoc ſignificatur per carbones ignis, ſiue prunas. Egregium opus eſt lucrari proximum pereuntem. Item per iuſtum ſiue iuſtitiam poſſumus intelligere illam quæ eſt generalis virtus, aut ſpecialis vt dictum eſt v. 17. Item iuſtitia publica aut priuata, & perſonalis, quæ apprehendenda eſt fortiter ac retinenda, & pro illa forti animo pugnandum, neq. alicuius timore ceſſandum a bono opere. Nolite timere eos, qui occidunt corpus animam, autẽ
Pſal. 18. v. 10. non poſſunt occidere &c. Deus timendus eſt, cuius timor permanet in ſæculum ſæculi: Timẽ
Eccl. 1. 13. 19 Item. c. 4. ti Deum bene erit in extremis, &c. Eccli. 4. nu. 33. poſtquam dixit. Noli reſiſtere contra faciem potentis, & ne coneris contra ictum fluuit. Addij pro iuſtitia agonizare pro anima tua: & vſq. ad mortẽ certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Ac ſi diceret, cedendum eſt improbitati, neq. contendendum cũ violentis, vel potentioribus, ſicut non eſt conandum contra fluminis impetũ: facienda eſt iactura rerũ temporaliũ potius quam tranquillitatis ſpiritus, dũmodo nullum iuſtitiæ fiat præiudiciũ ſiue noſtræ ſiue proximi: publicæ vel priuatæ: humanæ vel diuinæ: cauendum ſemper eſt ne timore deſeratur iuſtitia, & homo alicuius ſceleris fiat reus, aut negligentia noſtra veritas opprimatur, proximi ſalus periclitetur: ne erubeſcamus confiteri Chriſtum coram hominibus, vt poſſimus dicere cũ Dauide, loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum, & nõ confundebar. Hoc eſt ſuſtentare iuſtitiam, & ab illa non retrahere manũ: hoc eſt nihil negligere eorum, quæ ad Dei gloriã & ſalutem noſtram proximorumq. conſentanea ſunt. Suſtentatur iuſtitia cũ prædicatur veritas, docetur ignarus, corripitur peccans, iuuatur proximus conſilio, patrocinio, beneficio, vt in iuſtitia permaneat, aut ad illam reducatur. Pſal. 118. 46

Sed difficultas conſiſtit in cõcordia vtriuſq. textus, quia in Hebræo non eſt illud, iuſtum. Reſpondeo vulgatum retuliſſe pronomen, Hoc, ad v. 17. Noli eſſe nimium iuſtus. Dum præcipit cauendum exceſſum in iudicando ſiue priuatim ſiue publice: ſiue alio modo ex his quos ibi poſuimus, nunc docet illud nõ deſerendũ, qui enim nimietatẽ vetat, non totũ reijciendũ ſuadet, ſed mediocritatẽ tenẽdã maxime in iuſtitia, quę tã neceſ-

ſaria eſt in omni republica: ſi nimia eſt odioſa, aſperaq. fit. & in violentiã mutatur, ergo remota nimietate firmiter tenenda & conſeruanda eſt. Poſſem recentibus exemplis oſtendere in eiſdem iudicibus nimiam iuſtitiã & nimiam impietatem, quibus ambitio erga quoſdam ſum mũ ius ſeruare præcipiebat, in omnũ ius fingere: erga alios omnẽ æquitatẽ remittere innoxijſque vim facere, & nocentibus omnia indulgere. Et his artibus, hac impietate, quam ipſi vocãt Epicheiam, ſibi ad ſummos honores viam aperiunt: ſi quem iuſte condemnant qui nobilium fauore ſe poſsit tueri, litteris commẽdatitijs protinus abſoluunt; innocens per nefas damnatus cogitur ſoluere vſq. ad vltimũ quadrantem, cuius debitor falſo conſtituitur. Mirabilia poſſẽ narrare ſed lectoris parco moleſtiæ. Teneat iuſtus quod iuſtum eſt, quod moderatũ, quod charitati cõſentaneũ. Aliqui ſic explicandum putant, vt hoc, & hoc, ſiue hoc, & illud, referãtur ad v. 17. & 18. quaſi dicat, bonũ eſt tenere quæ dixi, ſequi conſiliũ meum, vt non ſis nimis iuſtus, neq. nimis ſapias, vt non impie agas multum neq. ſtultus ſis multum, ſed in omnibus ſerua rationis & prudentiæ regulam. Non poſſumus ſine crimine viuere, ſed prudentis eſt ſtatim de teſtando peccati damno cogitare; fugienda eſt ſtultitia, ſed ſapientiam diſsimulare & aliquid ſtultitiæ præ ſe ferre ſapientis eſt, vt dicitur c. 10 v. 1. Medium in his rebus tenuere beati. Hoc autem præſtat timor Dei, vt omnia iſta fælicem habeãt euentũ, per omnia iſta pergit, omnes diſficultates euadit, egreditur expedite & proſpere, qui Deum timet.

Achaz, id eſt ſuſ ẽto; proprie, appręhendo, teneo, obtineo. Item poſsideo & c. 11 p c. 2. v. 3. ſignificat, deuitare, nam verba Hebræa ſæpe habent contrariã ſignificationem. Vide ibi. Si in eadem ſignificatione hic vſurpetur non incõmodum ſenſum efficiet; ſiue reuera ſignificet deuitare, ſiue tenere ſub dominio. Nam qui ſtultitiam tenet coercetq. imperio ſuo, prudentiſsimus eſt; ſtultus eſt ille, cui ſtultitia dominatur. Senſus ergo talis eſſe poteſt. Bonum eſt te deuitare hoc & ab illo non retrahere manum, bonum eſt ſic coercere nimium zelum iuſtitię, nimium curioſitatem & auiditatem ſciẽtię; ſic etiam impietatem & ſtultitiam comprimere, & ab hac cura & ſtudio non ceſſare, quia niſi perpetua adſit vigilantia ſubito erumpunt vitia, aut per exceſſum aut per defectum; qui autem timet Deum nunquam eſt negligens, ſtrenue ſemper agit, cũ omnibus his egreditur è pugna difficili victor. Bazeh, id

Achaz.

id eſt in hoc, B. eſt præpoſitio, & Zeh, id eſt hoc, eſt pronomen. Si puncta remoueas & vnum nomen, ſit ſcilicet Bizah ſignificat prædam. 2. Paral. 14. num. 14. c. 25. num. 13. Eſth. 9. num. 10. Rapina. 1. Eſdræ. 9. num. 7. Dan. 11. num. 24. 33. Poteſt etiam eſſe participium verbi Bazah, id eſt contemno, ſperno. Poteſt ſenſus eſſe, bonum eſt te appræhendere, ac tenere rapinam id eſt raptum, & ſpoliatum præſertim iuſtum &c. ſed non eſt neceſſe recedere à communi verborum acceptione, ſat ſit hoc indicaſſe. *Bizah,*

Ianach, id eſt, retraho, item dimitto, derelinquo, repono. Dimittere manum deſidioſi eſt, & negligentis, ſed qui timet Dominum nihil negligit.

Æth i. cum, ad, de, a. poſt. Eſt etiam articulus omnibus caſibus ſeruiens. Hinc variæ oriuntur verſiones, ſed ad ſenſum parum refert.

V. 20. H. *Sapientia confortabit ſapientē præ decem principibus, qui fuerunt in ciuitate.*

Lat. *Sapientia confortauit ſapientem ſuper decem principes ciuitatis.*

VIDETVR optime cohęrere hæc ſententia cū præcedenti, vt ſicut illa tenendam amplectandamq. iuſtitiam monuit, ſic nunc commendet ſtudium ſapientiæ remota vanitate, curioſitate, temeritateq. Ideo prius adhortatus eſt ne nimium iuſti eſſemus, neq. abundanter & excellēter ſcire appeterem*. Maius præbet præſidiū, tutius auxilium ſapientia, quam plures dominium habentes temporale. Sapientia inexpugnabilis eſt, nemo illam adeptus, inuitus perdidit: ſapientia inquam illa, quæ eſt viro prudentia: & cuius initium eſt timor Domini. Hęc non curat ſcire ſtellarum magnitudines, planetarum diſtātias, periodoſq. elementorū trāſmutationes & ſimilia. Pulchra illa quidem, ſed quæ per ſe hominē non faciunt meliorem. Sapientia da qua hic ſermo eſt verſatur in vitæ regimine, in moderādis animi motibus, in retinendis animi affectibus, ſubijciendiſque rectæ rationi, & Dei legi. Hæc corroborat ſapientem ne ſuccumbat concupiſcentijs, ne ſinat ſe nimio iuſtitiæ zelo modum excedere, in ſpeculandis rebus à curioſitate abſtinet, vtilitati incumbit in conſideratione diuinorum modeſtiſsime ſe gerit. Confortat ſapientem vt non deſiſtat à defēſione iuſtitiæ, ab operibus miſericordiæ, vt nihil negligat, & quos opibus aut viribus iuuare non poſsit, iuuet conſilio. In ciuitatis tutela ab impugnantibus: & in regimine ciuium, plus valet vir9 ſapiens

Prou. 10. 13.

Prou. 1. 7.

Sap. 9. quam multi potentes, ſi ab illis abfuerit ſapientia. Sap. 9 n. 6. Nam & ſiquis fuerit cõſummatus inter filios hominũ. ſi ab illo abfuerit ſapientia tua in nihilum computabitur. Confortat ergo ſapiẽtia ſapientem vt poſſit ſuſtentare iuſtum. Iuſtitia autem conſeruat regna non vires ſi abſit ſapientia, de hac re iterum dicendum c. 9. v. 15. &c. vide hoc cap v. 21.

Hhazaz. Hhazaz. i. conforto: hic, & Pſal. 9. v. 20 Iſa. 10. num. 31. &c. Confirmo Pſal. 67. v. 29. Pſal. 104. v. 4. Præualeo Pſa 51. num. 9. Dan. 11. num. 12. Roboro. num. 1. Firmo. Pſa. 88. v. 14. Multo eſt firmior huius ſententiæ veritas ſi de Chriſto intelligatur, qui eſt Dei virtus, & ſapientia.

Decem. Decem. i. plures non ſumitur pro numero determinato. ſicut neq. Gen. 31. num. 7, Iob. 19. v. 3. Baruch. 4. n. 28. Salytym. i. principes, potentes, dominantes.

v. 21. H. *Quia homo non iuſtus in terra qui faciat bonum, non peccet.*

Lat. *Non eſt enim homo iuſtus &c.*

NIſallor hic verſus reſpondet, verſui 18. Ne impie agas multum. &c. & pluribus alijs ſententijs, ſed pręſertim his, quæ proxime præceſſerunt. Sapiẽtis eſt moderate agere, ſuſtẽtare quod iuſtum eſt, conſtantẽ eſſe in bono, aliorum errata corripere, vt corrigantur, conſulere, iuuare, defendere, ſed multa ſæpe illum à bono abſtrahere tentant, nam calumnia cõturbat ſapientem, ingratitudo benefici manus remiſſas facit, peccantis repugnantia obſiſtit, tandem obſequium amicos veritas odium parit. Sapiens erat inſignis ille Iuriſconſultus Papinianus, cui veritas mortem accelerauit. Antoninus Imperator ſe purgare volens à crudelitate fratricidij, huius ſceleris defenſionem apud ſenatum cõmiſit Papiniano, qui reſpondit, multo facilius parricidium perpetrari quam defendi. Hęc vox illum ad necem compulit. Multo ſapientior Ioannes Baptiſta: Herodẽ arguebat hominem inceſto amore inſanientem, Ioannes carceri mancipatur ac tandem capite truncatur. Neceſſe igitur eſt vt ſapientia confortet ſapientem. In præſenti ſententia illum admonet conditionis communis, vt ſeipſum agnoſcat, ſuæ primo, deinde aliorum ſaluti conſulat, & dum arguit id modeſte faciat, nulliuſque aut improbitate, aut ingratitudine, aut pertinacia à bene agendo deſiſtat. Appræhẽdat iuſtitiam, & ab illa manum ſuã ne retrahat.

Dixi

Digitized by Google

Dixi v. 18. Raſahh non ſolum ſignificare, impie agere, ſed etiã condemnare vt Iob. 9. num. 20. cap. 15. num. 6. cap. 32 num. 3. c. 34. num. 12. Pſal. 93. v. 21. & iuxta vtramq. ſignificationem aptiſſime monetur ſapiens, & iuſtus in præſenti, ne nimis fidat ſapientiæ ſuæ, & iuſtitiæ ſed totum ſe exploret ad vnguem ne forte negligentia ac vana confidentia impie agat multum, ſed ſtatim corrigat delicta ſua, ſciẽs quia nemo eſt qui faciat bonũ, & non peccet. Cumq. illum plura opera bona honeſtent, dabit operam, vt quod deliquerit protinus pænitentia emendetur.

Correctio Præterea dum corripit vel caſtigat alium eiuſdem communis fragilitatis meminiſſe debet. Galat. 6. Gal. c. 6. fratres ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis conſiderans te ipſum ne & tu tenteris &c. *Beneficentia* Neq. à bene faciẽdo ceſſare debemus ob ingratitudinem, aut offenſam in nos commiſſam, quia & nos in multis offendimus, & ingrati Iacob. 3. v. 5. ſumus Deo, ſi enim dixerimus quoniam peccatum non habemus nosmetipſos decipimus: Deus tamen benefacere perſeuerat. Nullum beneficium perit etiamſi conferatur ingrato, perfido, pertinaci ſi à ſapiente confertur, quia vir bonus, & ſapiens non benefacit lucri cauſa, ſed honeſti, non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum, & quæ Ieſu Chriſti, 1. Cor. 13. v. 5. Phil. 2. v. 21. apud quem nihil perit. Eſt Deus fidei iuſtor opulentiſsimus, & fideliſsimus, manet apud illum merces boni operis ſecuriſsima, imo tanto ſecurior, quanto is, qui recipit beneficium eſt magis ingratus, magiſq. in benefactorem irritatur, quia tunc purior eſt affectus benefacientis. Non poteſt remitti cauſa benefaciendi ſi perſeueret amor erga Deum propter quem diligimus inimicos, & benefacimus his, qui oderunt nos, & oramus pro perſequentibus, & calumniantibus nos. Matth. 5. 44. Conſideremus nos eiuſdem eſſe naturæ, in quam omnia ſcelera cadere poſſent niſi Dei gratia nos præueniſſet, ac à ſcelere expiaſſet. Qui gratis tanta accipimus beneficia gratis aliquid faciamus proximo, quod tamen mercede copioſa non carebit. Sed parui animi eſt ſemper ad lucrum reſpicere aut ad gaudium temporale, maximum lucrum eſt ſapienti ipſa virtutis exercitatio. Lege Senecam lib 7. de beneficijs cap. 29. &c. & mutato numero nota illam ſententiam cap. 31. quid faciam? Quod Dij omniũ rerum optimi auctores, qui beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perſeuerant, &c.

12. H. *Etiam omnibus verbis, quæ dicent ne des cor tuum, vt non audians ſeruum tuum maledicentem tibi.*

Lat. *Sed, & cunctis ſermonibus, qui dicuntur ne accomodes cor tuum, ne forte audias, &c.*

Occaſio mali vitanda

SApientis animum conſtantē eſſe conuenit, nec moueri rebus leuiſſimis, tales ſunt verba, quæ ſicut animum prudentis non inflant, neq. extollunt cum laudis, & honoris plena ſunt: ſic non debent illum perturbare ſi iniurioſa aut calumniatoria, aut maledica ſint. Sapientis animus in ſe habet ſuę tranquillitatis cauſas: ille qui pendet ex vulgi opinione cum ipſo vulgo mutatur, & inconſtantiſſimis ſeruit hominum opinionibus.

Horat. l. 3. de 2.

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ.
Intaminatis fulget honoribus.
Nec ſumit aut ponit ſecures
Arbitrio popularis auræ.

Sed quia fragiles ſumus, & non eſt homo, qui non peccet, decet vt memores fragilitatis humanæ omnem excandeſcentiæ occaſionem declinemus, neq. curioſe aures applicemus aliorum ſermonibus, ne forte à vili perſona contemni contingat, & a ſeruo, qui reuerentiam debet domino ſuo maledicta proficiſcantur, grauiſque indignatio animum pulſet, turbetq. Non ſolum docet hæc ſententia animi moderationem ſeruandam, & curioſitatem vitandam, maledictaque contemnenda, ſed occaſionem iræ fugiendam. Prudentiſſime factum referam. Rex Thraciæ Cotys naturæ erat bilioſæ, & ad iram procliuis: cum ad illum quidam detuliſſet vaſa multa fragilia ſed mira arte elaborata, pulcherrimaque, ei qui attulerat munera largitus eſt, ſed ſtatim omnia confregit, ne ſi a ſeruis frangerentur menſæ miniſtrantibus iracundia corriperetur. Cum cœnaret apud Vedium pollionem Auguſtus, ſeruus quidam fregit vas chriſtallinum, ad mortem *iuſſus* eſt rapi, is Cæſaris implorauit clementiam, quæ illum protexit. Sed indignatus Auguſtus contra Pollionis irā, & inclementiam, non ſolum grauiter increpuit, ſed etiam omnia vaſa chriſtallina comminui iuſſit, ne iterum iraſcendi maneret occaſio, & pænas daret Pollio iræ præſentis. Diligenti ſtudio habenda eſt cura tranquillitatis animi, quam non poteſt non perturbare cupiditas humanæ & popularis opinionis, hæc parui facienda, eius contemptus animum continebit ne curioſe audire velit quid dicatur ab alijs, quo nomen obſcure-

Ira occaſio fugienda.

Seneca l. de Clem. c. 42.

obſcuretur vel illuſtretur. Mihi, inquit Paulus, pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut
1. Cor. 4. 3. ab humano die. Paulus totum ſe componebat vt Deo placeret, vt Deo eius opera probarentur, vt in die iudicij immaculatus appareret, non mea, inquit, inter eſt ſiue a vobis commender, ſiue vituperer, non humanum fauorē expeto. Homines in die ſuo iudicant, & ſępe falluntur, veniet dies Domini quando omnia nuda, & aperta erunt, tunc laus erit vnicuique à Deo, qui humanas laudes nō quæſiuit, ſed Dei gloriam. Aliud eſt velle ſcire quid de nobis alij ſentiant, vt ſi quid peccauimus corrigere poſsimus, & ſcādalum remouere: aliud eſt humanam amare æſtimationem, & animum applicare his, quæ à certis perſonis dicuntur. Chri-
Matt.h. 16. 13. ſtus non ignarus interrogabat diſcipulos, quem, inquit, dicunt homines eſſe filium hominis. Neceſſaria erat cognitio vera Diuinitatis Chriſti, inde pendet hominum ſalus: hęc eſt
Ioā. 17. v. 3. vita æterna vt cognoſcamus Deum, & quem miſit Ieſum Chriſtum eſſe ſolum Deum verum. Quid autem de nobis ſentiant homines parum refert. Tunc autem huius rei habenda eſt cura, cum ad Dei gloriam, proximi vtilitatem expedire videbitur. Sic enim pręlatis, & cōcionatoribus incūbit cura remouēdi a ſe omnē criminis ſuſpitionē, nō propter ſe, ſed propter aliorum ſalutem. Quod ſi improbi homines maledicere perſeuerent, meminiſſe oportet Matth. 5. 11
illius diuinæ cōſolationis, Beati, inquit Chriſtus, eſtis cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me, &c.

Phraſ. Dare ſiue accommodare cor: videtur hac phraſi ſignificari cura, & ſtudium audiendi atq. alienis dictis commoueri. Vitanda eſt occaſio audiendi, ſed ſi audierit quis maledicta in ſe cō geſta, animum non accommodet, nec curet, ſed contemnat.

V. 23. *Quia etiam vicibus multis nouit cor tuum, quod etiam tu maledixiſti alijs.*

Lat. *Scit enim cōſcietia tua, quia & tu crebro maledixiſti alijs.*

HOC eſt aliud argumentū quo prudentis animus facile ſedatur, ſed paucíſsimi ſunt ſapientes. Ideo peruerſi ſumus iudices aduerſus proximos cū culpas exaggeramus non ex rerum indignitate, ſed iuxta commotionis noſtræ acerbitatem, & affectuum magnitudinem. Facit aliquis iniuriam proximo & tacemus, diſsimulamus, non indigne ferimus, & ſi ab honeſto non ſumus alie-

ni, vt malum hoc diſpliceat,ſed non indignamur: ſi vero minor iniuria nobis irrogetur vehementer commouemur, iraſcimur, excandeſcimus. Plus nos turbat leue verbum contra nos prolatum, quam vulnus proximo inflictum. O cæca hominũ rabies, o peruerſum de rebus iudicium. Non res æſtimamus ſed paſſionibus iudicandi munus cõmittimus. Non deberet nobis diſplicere maledictum aut iniuria, quia famam noſtram, aut ſubſtantiam minuit, ſed quia Dei lex violatur, quia D. maieſtas offenditur. Quid eſt nomẽ, honos, diuitiæq. noſtræ, vt horum detrimentum nobis animi quietem deturbet? Si adulteriũ, periurium, homicidium flagitia ſunt deteſtabilia, vbicumq. fuerint deteſtanda erunt, ſiue nos ſiue alios lædant. Ergo conſideremus culparum deformitates prius in nobis, vt in alios non ſeueri ſed æqui ſimus iudices: & ſciamus ignoſcere alienis peccatis, ſicut aut nobis data eſt venia, aut dari vellemus. Meminerimus neminẽ eſſe qui non peccet, noſq. non raro de alijs male locutos fuiſſe, vt æquo animo feramus aliorũ aduerſus nos maledicta. Non fuit
2. Reg. 16. Dauid maledicentiæ vitio infectus, & cum maledictionem grauiſsimam contra ſe audiret, ab homine peſſimo Semei, ęquo animo tulit, neq. permiſit tunc tantum ſcelus vindicari, ſed ei ſatis erat noſſe quia non ſine Dei pmiſsione id fiebat. Recordabatur adulterij à ſe commiſſi & homicidij, huius rei conſideratione non ad iracundiam concitabatur neq. cõtra Semei neq. contra Abſalom rebellionem à cuius facie fugiebat, ſed potius ad pænitentiam inducebatur. Sic ergo nos maledicta contra nos æquo animo feramus, quia alijs maledizimus, aut alia grauiora commiſimus peccata. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti. Nos Galat. 6.
grauiſsima onera ab alijs portari volumus: leuiora ab humeris noſtris excutimus. Heu quot paſſim committuntur adulteria, quæ omnes grauiſsime ferunt in perſonis ſibi coniunctis, & contra alios mira facilitate aciu cunditate perpetrant. Heus tu adulter memẽto Diuini iudicij, ſæpe enim Deus permittit, vt talia patiamur qualia facimus. Audi quid dixerit Nathan Dauidi: adulterio ſe polluerat Dauid, huic ſceleri addidit homicidiũ: miſit Dominus Nathan ad Dauid qui diceret, quomobrem 2. Reg. 13. 9
non recedet gladius de domo tua vſq. in ſempiternum &c. Itẽ Ecce ego ſuſcitabo malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, &c. Vnius mortẽ multorum morte recompenſauit Dominus: vnius fœminæ adulterium multis adulterijs pu

nitum

nium eſt. Ergo cum in nos irruunt maledicta, iniuriæ, infamiæ, calamitates, reuocemus in memoriam ſcelera noſtra & patienter feramus Dei iudicia iuſtiſsima. Dion, qui Dionyſium tyrannum regno expulerat, exulare etiam coactus eſt, cumque Pteodoſi Megarenſis opera indigeret, à quo ob negotiorum multitudinem non facile admittebatur, amicis ob id indignantibus dixit: quid hunc incuſamus? non ne & ipſi cum Syracuſis eſſemus eadem faciebamus? Memoria antefactorum Dionſe conſolabatur.

Qalal, id eſt, maledico, inhonoro, detraho &c. de quo cap. 10. v. 20.

y. 24. H. *Omne hoc tentaui in ſapientia: dixi, ſapiens ero, & ipſa elongata eſt a me.*

Lat. *Cuncta tentaui in ſapientia. Dixi ſapiens efficiar, & ipſa longius receſsit a me multo magis quam erat.*

Arrogantia vitanda. DECET virum ſapientem ab omni arrogantia eſſe alienum: ad illum pertinet ignorantes docere, peccantes corripere, ſed in his modeſtiam ſeruare, eſſeque ſuæ conditionis memorem, quia non eſt homo, qui faciat bonum & non peccet, quapropter ita ſuæ & pro- 3. Reg. 8. v. 46. ximi ſaluti debet conſulere, vt cum timore & tremore illam operetur, ne vana opinione ſanctitatis inflatus decipiatur, neque ſe illis præferat quos docuit aut corripuit, quia facile eſt in oculis Dei ſubito honeſtare pauperē: & publicanus humili confeſsione receſsit iuſtificatus præ Phariſæo, qui virtutes ſuas coram Deo expādebat. Et quamuis Deo gratias ageret, arroganter ſe prętulit publicano pænitenti. Periculoſa ſane eſt ſanctitatis propriæ æſtimatio: quanto tutius B. Paulus dicebat, Nihil mihi conſcius ſum ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Cum Eccleſ. modeſtiam ſuaſerit ſapienti circa iuſtitiam, nunc illam ſuadet circa ſapientiam, cuius poſſeſsio notior eſt, ſed qui plurimum ſe profeciſſi exiſtimat, ſcire debet omne, quod ab homine excellenti ingenio prædito, & qui longo indefeſſo que ſtudio ſe in palęſtra ſapientiæ exercuit, comparatum eſt, eſſe minimum eorum, quæ illū latent. Quod cum in rebus corporalibus fit veriſsimum, quid de ſpiritualium cognitione ſentiendum eſt? Socrates aiebat, hoc vnum ſcio, quod nihil ſcio. Non tam erat ſtupidus, vt nihil ſe certi habere putaret, ſed conferebat ſcientiam ſuam cum ignorantia eorum, quæ nondum fuerat conſecutus, & ideo volebat potius ignorantiam maximam

Eccli. 11. v. 23. *Humilit.* 1. Cor. 4.

ximam fateri, quam ſcientiam tenuiſsimam iactare. Erãt eo tẽpore Sophiſtæ qui gloriabãtur ſe de qualibet re propoſita poſſe diſſerere, horum arrogantiã ſua modeſtia confutabat Socrates. Salomon omnium ſapiẽtiſſimus ait ſe quæſiſſe ſapiẽtiã, & ipſam longius ab illo receſsiſſe. Numquid nihil ſtudio ſuo profecit? numquid ignorantior factus eſt? Nequaquam: ſed difficiliores quotidie ſibi offerebãtur quæſtiones: maiora ipſum latere ſacramenta intelligebat. Mus quidam (vt eſt in fabulis) natus in ciſta, panis cruſtulis nutritus, nihil illa vita fęlicius reputabat: inde delapſus & metu trepidãs ingreſſus eſt penu omni ciborũ genere refertiſſimũ, miratus rerum abundãtiam accuſabat ignorantiam priſtinã. Tales ſumus in huius mundi ciſta nati ac nutriti, cũ ex illa ad cæleſtium notionem Dei munere peruenerimus, tunc innoteſcet nobis quãtis in tenebris hic verſemur: ſaltem ſcimus diuinorum notionem eſſe ſecretiſsimam & Dei ſcientiã ac ſanctorum eſſe mirabilem, Mirabilis

Pſ. 138. 6. (inquit Dauid) facta eſt ſciẽtia tua ex me, confortata eſt & nõ potero ad eam. Si quis natus in ſpelunca obſcuriſsima latiſsimaq. ita eſſet religatus, vt caput circũducere non poſſet, eſſet lucerna ei à tergo, & poſt eũ ambularẽt homines albi, nigri formoſi, deformes, pueri, puellæ quorũ corpora non videret ſed tantũ vmbras, imperfectiſsimã illarũ rerum haberet cognitionẽ. Si autẽ vno momẽto poſſet caput mouere reſpicereq. poſt tergũ, licet nõ poſſe ob tẽporis breuiſsimã morulã res illas diſcernere, ſciret tamẽ ſe nihil ſcire. Quid ſi ſubito luce ſolis illuminaretur fouea illa, & omniũ differẽtias, colores, ornamẽtaq. palã videret? Certe intelligeret ſe in altiſsima ignorantię caligine tandiu fuiſſe ſepultũ quãdiu vmbras illas videbat. Qui plurimũ in ſapientia profecit in hac vita, ſcit vmbram eſſe quicquid hic ſcitur comparatum cũ vera rerũ perfectaq. notione. Ex his intelligemus cur Salomõ dicat ſapientiã longius ab ſe receſsiſſe, vel quia quotidie maiorẽ ignorantiã detegabat, vel quia tota illa ſapientia non illũ in Dei amicitia conſeruauit, à qua longe receſsit: qui autẽ à fõte ſapiẽtiæ recedit ſtultiſsimus eſt. Fortaſsis hic ob cauſã hic monet ſapientes vt infirmitatis humanæ memores ſibi nõ fidant, ſed modeſtiſsime ſi gerant & ad Diuinæ gratiæ protectionem confugiant. Intelligemus etiam illud Prou. 30. v. 2. ſtultiſsimus ſum virorum, & ſapiẽtia hominum non eſt mecũ &c. quæ verba nõ pertinent ad pænitentiam Salomonis, quia præmiſit, viſio, inquit, quã locutus eſt vir cũ quo Prou. 30.

eſt

eſt Deus,& qui Deo ſecũ morã te confortatus ait &c. ſed quia maiore lumine illuſtratus agno uit ignorantiã ſuã. Ruſticus homo veſtitus panno medioctis pretij inter illos qui vtuntur veſtibus è ſago vel ſacco confectis, incedit glorioſus, ſi introduceretur in regis palatium vbi omnes miniſtrantium veſtes fulgent auro & gemmis, obſtupeſceret homo ille & ſuam paupertatem agnoſceret. Sic nos viles,pauperes, ruſtici exiſtimamus plurimum in ſapientia profeciſſe, ſed ſi Deus dignaretur illuminare tenebras noſtras,agnoſceremus profundiſſimam ignorantiam noſtram. In præſenti Eccleſ. loquitur de ſapientia in genere, quæ complectitur cognitionem naturalem,moralem,& diuinarũ rerũ. In quouis genere ſũt multo plura illa,quæ ignoramus,quã illa, quæ ſcire nos arbitramur. Miror ſane ignorantiã noſtrã quæ quotidie creſcit,quotidie enim in dubium vocãtur, quæ paulo ante putabantur certiſsima.Infinitæ prodeunt ſummæ caſuum conſcientiæ, librique de rebus ad mores pertinentibus. Quid dicam de Dialectica,Phyſica,Methaphyſica?iã omnẽ vidẽtur,mutaſſe formam: & quæ neceſſaria ſunt & vtilia atq faciliora,iã ferme abScholis exulãt. Regnãt ibi ignorantiæ&vanitatis noſtræ argumenta. Conſule ſubtiliſsimũ Phyloſophiæ profeſſorem de rebus ſcitu dignis, de Metheoris,de cælorum motibus,de generatione,partibus, motuq.animaliũ,de fabrica humani corporis:de his, quæ operamur,fiuntq. intra nos,quotũ originem & differentias ſi quæras obmureſcet. Omnis ſapientia iſtorum redacta eſt ad ſecundas intentiones, ad frigidas generũ & ſpecierum quæſtiones, ad entitates, quidditates,formalitates,ad inſtantia,ad vacuum, ad infinitum,ad quæſtiones rerum imaginatione cõfictarum: & iſtud putant pulchrum ſcire, iſti ſe iactant ſapientes. Audiui ſæpe inſanos aliquot ex Scholis Theologiæ prodeuntes, qui audacter affirmarent veterem Theologiã iã eſſe exploſam,nouamq. ac excellentem introductã. O inſani ſi noua eſt iſta quã vocatis Theologiam, impiũ eſt tali illã nomine nũcupare,Theologia res eſt antiquiſsima,vos illam temerare ac polluere tentatis nouis iſtis quæſtionum figmentis. Nouam Theologiã vocabitis, quæ docere audebat cõfeſsiones poſſe fieri per litteras inter abſentes, vt tũc muliercula abſolueretur quãdo ſe adultero ſubmittebat.SedDeogratias, quod iſte error & ſimiles ſũmi paſtoris vigilantia exploſi ſunt. Hodie omnis controuerſia eſt de Auxilijs & prædeterminationibus Phyſicis. Diuinarum ſcriptu-

ſcripturarum ſciẽtia in quibus e t Theologiæ medulla obliuio ni traditur. Manifeſtum ſane argumentum ignorantiæ noſtræ, quandoquidem illis rebus operam damus, quibus neque intellectus neque voluntas perficiuntur: ſed quæ ad vanã oſtẽtationem quæruntur.

V.25. H. *Longinquum quid quod erat (vel, longius quam quod erat) & profundum profundum, quis inueniet illud.*

Lat. *Multo magis quam erat, & alta profunditas, quis inueniet eam?*

Ignorantia humana. HÆC ſententia pẽdet e ſuperiore, & Latinus interpres vnã fecit. Reddit rationẽ cur ſapiẽtia à ſe fuerit elõgata, quia eſt nimis profunda, quãto illã exiſtimabat eſſe propinquiorẽ, tãto remotiorẽ inuento. Accedẽs enim proprius cognouit longinquitatem & difficultatẽ eius non poſſe humana induſtria ac diligentia ſuperari. Vt ſi quis viſum ad amantem exiſtimaret eſſe vitrum, & malleo frangere tentaret, cognoſceret omnem vim & conatum eſſe vanum. Non poteſt in ære ſcalpi aliquid ſtylo arundineo, aut ligneo: non appenditur res magni ponderis tenui filo lanæ: ſic rerum præſertim diuinarum difficultas non ſuperatur tenui ingenio & imbecillo hominis. Omnia quæ videntur a lõge minora apparent quam ſunt, quo proprius ad illa accedimus maiora videntur. Ferũt minimam ſtellarum, quas videmus nocte diſtinctas, maiorẽ eſſe terra decies & octies, & nobis videtur quaſi granum ciceris, aut auellanæ. Hinc facile illam poſſe menſurare putamus, ſed cognita illius magnitudine ex aſtronomica argumentatione, diffidimus nos illam poſſe metiri, quia nullus adhuc terram totam menſurare potuit: quamuis argumentis eius magnitudinem indagamus, ſed menſura aliqua, ſcilicet, cubito, palmo, aut pede nullus totam metiri poterit. Cicero in illa Somnij Scipionis narratione inducit illum, poſtquã in altum ſublatus eſt, quærentem vbi nam eſſet terra. Quæ cum illi fuiſſet oſtenſa videbatur ſibi videre punctum. Et aſtrologi non infirma ratione probant terram collatam firmamẽto eſſe veluti punctum, quæ nobis maxima videtur. Quid ergo dicemus de rerum, maxime diuinarum, profunditate? Accedet homo ad cor altum & exaltabitur Deus. Quo magis profecerit homo ſapientia maior illi videbitur Deus: magis ſuam agnoſcet ignorantiam. Quid eſt neceſſe ad altiſsima concẽdere? hæc minima à nobis contempta ſi inueſtigare volaerimus à Pſ. 63.

Digitized by Google

mus à nobis elongabuntur. Lõgiſſime diſtant rationes genericæ & vniuerſales, quæ per omnia vagantur: & omnia continere videntur: cum autem interrogamur de rebus nihil reſpondemus, quod ſatisfaciat interroganti, ſed ad rationes communes confugimus. Rogate ſapientes noſtros cur frigida calx infuſa aqua frigida incaleſcat, cur infuſo oleo id non fiat. Cũ aqua extinguat ignem, & oleũ foueat illũ? Cur magnes ferrũ trahat aut à ferro trahatur? cur ſuccinum trahat paleas? cur iactis diuerſis ſeminibus prodeãt diuerſæ plantæ folijs, floribus, coloribus, formiſq. diuerſæ? Ad omnia vnica eſt reſponſio, quia talis eſt illarum rerum proprietas & natura: cum effectus ſingulares ſingulares habeant cauſas, & ſit cauſa particularis huius coloris, figuræ, magnitudiniſq. Et hęc vulgaria ignorantes magnam ſapientiam venditamus. Quidam de ſecundis intẽtionibus vſq. ad delirium diſputãt, alius nouam Metaphyſicam confingit, alius qui iudaico ſomnio credidit pro firmamento expanſionem inuexit, & infimam aeris regionem eſſe voluit. Iſti ſunt noſtri ſæculi ſapientes, qui omnia ſe ſcire profitentur, quorum arrogantiam Salomon & Socrates ſua modeſtia confutant.

Notum eſt altitudinem non ſolum pro ſublimitate ſed etiã profunditate vſurpari.

Circuiui ego & cor meum ad ſciendum, & ad explorandum, & quærendum ſapientiam & rationem: ad ſciendum impietatem ſtultitiæ, & ſtultitiam inſaniarum. v. 26. H.

Luſtraui vniuerſa animo meo vt ſcirem, & conſiderarem, & quærerem ſapientiam, & rationem: & vt cognoſcerem impietatem ſtulti, & errorem imprudentium. Lat.

NE forte ob deſidiam & turpe otium, aut vęcordiam exiſtimaret aliquis ſapientiam effugiſſe, profundamque viſam eſſe Salomoni, hic indicat quãtum ſtudij in illa poſuerit. Vt dicitur Prouer. 24. v. 7. Excelſa ſtulto ſapientia &c. quia rudi craſſoq. eſt ingenio, aut laborẽ ac vigilantiam detrectat, otiũ & delicias amat. Indicat ergo hic Eccleſ. ſe ſtrenuiſsimã operam nauaſſe ſapientiæ: indicat quo animi propoſito in hoc ſtudium incubuerit, & quid tandẽ conſequutus fuerit, qui licet ſapientiæ abyſſum penetrare non potuerit: non tamen ſine fructu laborauit, vt v. 27. patebit Primo quæſiuit ſapientiam, deinde rationem: & quia contraria collata inuicem maiorem illuſ-

trioręq.

triorémque pariunt notionem, etiam ſtultitiam & inſaniā hominum à vero aberrantium inueſtigauit: quæ diligentia hominem magis facit expeditum, & ab offendiculis tutum ne falſa ſapientię imagine illuſus amplectatur ſtultitiam: de quo iam dictum eſt cap. 1. v. 17. Nunc verba expendamus ex quibus aliquid vtilitatis eliciemus.

Cabab. Cabab, id eſt luſtro: proprie ſignificat circuire, gyrare, circunducere, &c. cap. 2. v. 6. Gyrat, flectitur. Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit. Ter ibi ponitur hoc verbum. cap. 2. v. 20. Ceſſaui, id eſt, reuerſus ſum, conuerſus ſum. cap. 9. nu. 14. vallauit. cap. 12. num. 5. circuibunt. Sapiētia in quiete diſcitur, quorſum ergo circuit Eccleſiaſtes? talis huius vitæ conditio, vt animus quieſcere non poſsit niſi prius magna diligentia per res varias diſtrahatur (ſequitur enim ſenſus, ſine quorū miniſterio nihil ſciri poteſt) multa etiam loco diſtantia inuiſat, vitoſq. doctos adeat & conſulat, ita feciſſe ſcimus inſignes Philoſophos Platonem, Ariſtotelem, atque alios. Eccli. 39. v. 1. ſapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens &c. v. 5. in terram alienigenarum gentium pertranſiet: bona enim & mala in hominib⁹ tentabit, &c. Cor ſapientis ſemper in amore ſapientiæ conſtans ita luſtrat multa, vt quærat vnitatem & quietem. In vita beata non erit opus multa luſtrare, per varias res circuire animo, aut etiam corpore diuerſa peragrare loca, quoniam nihil latere poteſt illum, qui videt Deum omnia in ſe continentē multo perfectius, quam ſint in ſeipſis, ſunt enim in Deo omnia eminentiſsima perfectione, remotis omnibus imperfectionibus. Multum diſtat ſapientis circuitus ab illo, de quo dicitur Pſal. 11. v. 9 In circuitu impij ambulant, impij enim amor & deſideriū inconſtans eſt, maiore ſemper impetu fertur. Illius animus, quaſi mare feruens quieſcere non poteſt, tādem in lutum redundant fluctus eius. Vide quæ dixi Iob. ca. 1. v. 7. Pſal. 11. Iſa. 57. v.

Thur. Thur. i. conſidero, hic: Inueſtigo. ca. 1. nu. 13. Cogito. ca. 2. nu. 3. ſignificat etiam explorare Num. 13. nu. 22. luſtrare. ca. 14. nu. 6. circuire. nu. 7. contēplari nu. 36. Prouidete. cap. 10. nu. 36. Baqas. i. quæro: hic, & v. 29. ca. 9. nu. 17. ca. 12. nu. 10. Acquiro. ca. 3. nu. 6. Inſtauro. n. 15. Inueſtigo. 1. Reg. cap. 24. nu. 3. Multiplicantur verba eiuſdē ſignificationis ad amplificationē. Latini expoſitores vane laborant quærentes diſtinctionē horū verborū, quæ ex originali petenda foret. Baqas. Ceçel. i. ſtultitia vulgatus nomen abſtractū vertit per concretum, ideo vertit Ceçel. ſtul-

ſtultum:ſignificat etiam Ceçel væ cordium Iob. 8.nu.14.ſcandalum.Pſ. 48.v. 14.—

Cicluth. Cicluth, id eſt, Error, hic: ſtultitia. cap. 2. v. 3. & 12. 13. & ca. 1. nu. 17. vbi ſcribitur Sicluth.ca.10.nu.1.nu.13. Holeloth i Inſaniæ, errores. Hic vertit, imprudentes. Vide c. 1.v.17.

Chesbon. Chesbon. i. ratio, computatio, ſupputatio, cogitatio, quæ ſtio &c. Chaſab. Chaſab.i.cogito Gen.50 n. 20. Ierem. 11.nu. 19. &c. Excogito Exod. 35 nu. 32. Eſth. 8. n. 3.&c. Machinor. Prou. 6. num. 18. computo Leuit. 25. nu. 27. Oſeæ.8.nu. 12. Reputo. Iob 18. nu.3.ca.19 n r 15. Arbitror. ca.33.v.11.æſtimo, c.41.n.20 & Pſ.43. v. 22. exiſtimo. Pſal. 72. v.16. Iſa.10.nu.7.quæro.Iſa.13. nu.17.ſupputo Leuit.25. n. 50. ca.27.nu.18. 23.4. Reg.22.nu. 7. Rationem ponere Leuit. 25. num. 50. 52. 4. Reg. 12. num. 15. Alia his ſimilia ſignificat, quæ nunc omitto. Ex his conſtat quam multa poſsit ſignificare nomen Chesbon, quod hic vertitur, Ratio: alij vertunt ſupputationem. computum. Ratio etiam latinis pro computatione, & ſupputatione vſurpatur: libri rationnm vulgo dicuntur *Libros de cuentas*: qui rationem reddunt numerant quid acceperint, & quid expenderint vnum ex altero ſubtrahitur, ſicq; comparatio dati cũ accepto. Ad rationẽ pertinet res cõferre interſe, & multa numerare, addere, ſubtrahere, multiplicare, diuidere ſiue partiri. Hanc computationem & ſupputationem quærit ſapiens, quia rationem redditurus eſt Deo aquo multa accepit, vt Domini ſui cenſum augeret. Alius decem mnas, ali⁹ pauciores accepit, talenta in ſeruos ſuos Dominus diſtribuit. Vere ſapit qui quotidie ſecum rationẽ ponit, & á ſe rationem operũ exigit. Omnes accepimus dona naturalia, Chriſtiani ſupernaturalia: ſed proh dolor filij ſumus prodigi, qui ſumpta portione hæreditatis demum patris deſerimus, & abimus in regionem longinquam luxurioſe viuentes omnia conſumimus, vt cogamur fame perire & porcos paſcere. Reuertamur aliquando ad nos & rationẽ ponamus, ante quam veniat Dominus & ponat rationem nobiſcum, quando neque ſimus ſoluendo, neque detur locus veniam poſtulandi. Viri boni ſæpius conſcientiam ſuam examinant, & exactam illam iuſtitiæ rationem præueniunt: nunc vero ad computum miſericordiæ mature confugiunt.

Examinare conſcientiam.

Matth.25 19.

Et inueni ego amaram præ morte mulierem, eo quod ipſa laquei, & ſubuerſiones cor eius, vincula manus eius: v.27. H.

eius: bonus ad facies Dei euadet ab ipſa, & peccans capietur in ea.

Lat. *Et inueni amariorem morte mulierem quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius, vincula ſunt manus illius, qui placet Deo effugiet illam, qui autem peccator eſt capietur ab illa.*

MIRVM ſane poſt tã diuturnam meditationẽ, ſtudiumq. indefeſſum ſolum recordatum fuiſſe Eccleſiaſt. aut hoc illi primum in memoriam veniſſe, ſcilicet, cum muliere cõuerſationem periculis plenam eſſe. Poſt longam nauigationẽ nauta inſignis tempeſtatis recordatur: qui chartam nauticã pingit, ibi deſignat omnia loca periculoſa, occultos ſcopulos, arenas latentes ac mutabiles, ſinus, ſyrtes, promontoria. Qui nauigant ad inferiorem Germaniam celebri ſermone meminerunt periculoſorum locorum, vulgo dicuntur, *Bancos de Flandes*: in mari mediterraneo Sinus Lugdunenſis, vulgo. *Golfo de Leon*: & prope Africam Syrtes: in Oceano Sinus equarum nauigantibus in nouum orbem, vulgo *Golfo de las Yeguas*, hæc ſunt nominatiſsima maris loca propter pericula: ſed nihil magis decantatum quam Promontoriũ Bonæ ſpei: vulgo *Cabo de buena ſperança*, quod protenditur in Polum antarcticum vſq. ad 35. gradus. Sic Salomon neque in mari neque in terra quicquam inuenit muliere laſciua periculoſius. Magno ſuo malo expertus fuit Salomon fœminarũ conſuetudinem, blanditias, illecebras, fraudeſque, quæ illum vſque ad Idololatriam impulerunt, & in grauiſsimam traxerunt ruinam. Infinitæ ſunt hominum querimoniæ contra mulieres. Tot ſunt, tamq. aſsidua malorum experimenta quæ patitur genus humanum, vt ſuper uacaneum videatur antiquorũ vti argumentis: ſed tamen pauca accipe. Eccli. 25. num. 33. A muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur. Geneſ. 6. num. 2. videntes filij Dei filias hominũ quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Gen. 6. Nulla hic mentio fit adulterij, aut ſtupri, ſed matrimonij, quod quia conciliauit libido, nõ prolis amor, ideo inde multa prodierunt mala. Quantum autem hoc Deo diſplicuerit, indicat quod ſequitur: Dixitq. Deus non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt &c. hinc nati Gigantes hinc orta eſt violentia, neglecta religio, libere dominabatur improbitas, vt opportunius remedium non inueniretur quam

vniuer-

Digitized by Google

vniuerſale diluuium, & aquarum mole extinguendum fuit libidinis incendium,& viriorum multitudo comprimenda. Caſtum Ioſeph impudica mulier ſollicitauit ad ſcelus, ac recuſantem accuſauit ad ſupplicium. Fortiſsimum Samſonem mulier & fortitudine,& omni ornamẽto ſpoliauit,& ad miſeram ſeruitutem adegit. Silentio inuoluantur Hercules, Iaſones, Parides & alij ſiue veri, ſiue fabuloſi, cum in re manifeſta & quotidiana vanum ſit producere teſtes non neceſſarios Eccleſ. 25. nu. 17. omnis plaga triſtitia cordis eſt:& omnis malitia nequitia mulieris. n. 18. & omnem plagam,& non plagam videbit cordis:& omnem malitiam, & nõ malitiam mulieris. Hoc eſt, tolerabilior eſt omnis plaga quã plaga cordis, hanc homo videre non ſuſtinet; & omnem malitiam ęquius feret homo quam mulieris malitiam. nu. 22. non eſt caput nequius ſuper caput colubri:& non eſt ira ſuper irã mulieris. Commorari leoni & draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam Nequitia mulieris immutat faciem eius: & obcæcat vultum ſuum tanquam vrſus &c. nu. 26. breuis omnis malitia ſuper malitiã mulieris &c. Sunt huiuſmodi plurima in hoc libro & in Prouerbijs. Ferũt dixiſſe Socratem, mulier ſpecioſa & pulchra templum eſt ſuper cloacam ædificatum. Chryſoſt. in cap. 19. Matthæi, quid eſt aliud mulier, niſi amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, neceſſarium malum, naturalis tentatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura boni colore depicta? longiſsimus foret tractatus iſte ſi omnia hic eſſent coaceruanda quæ paſsim a doctoribus dicuntur de mulieris laſciuæ malitia; & de periculoſa mulierum conſuetudine, colloquio, aſpectuq. Breuiter vnum referam exemplum, quod vehementer nos deterrere debet ab omni non neceſſario fęminarum colloquio. Religioſus quidam cuiuſdam fæminæ confeſsionem audiuit, quæ nupta erat pluresq. iam habebat filios, ſed decenti adhuc pulchritudine. Huius pudicitia nocte quadam á clerico expugnata eſt fraude & vi; huius ſceleris dolorem non modicum mulier oſtendebat, erat enim tunc ægritudine affecta: religioſus vehementer dolebat mulieris caſum, quoniam mulier pauperũ erat amantiſsima, multaſq. faciebat eleemoſynas. Toto tempore quo durauit ægritudo religioſus quia parochi munere fũgebatur fæminam inuiſebat, & ſæpe huius ruinæ memor lacrymas vbertim fundebat. Tãdem poſt aliquot menſes mulier conualuit. Prælatus religioſum illũ

Gen. 39.

Iud. 16.

Digitized by Google

inducebat vt mulierem inuiſeret, quid multa? mulier eius amore capta, a quo ſæpe ad Dei obſequium fuerat inuitata, decreuit maleficio, diabolicaque arte religioſum irretire. Iſte ſenſit ſe grauiter præter ſolitũ impugnari, erat enim vir honeſtus, & ab omni ſcandali ſpecie abhorrens, diu repugnauit, ſed tandem mente ſuccubuit, tamque grauis erat tentatio vt etiã eius fides periclitaretur, ſæpe namque illi diabolus ſuggerebat nullam eſſe prouidentiam, quæ ſi eſſet, non permitteret illum ſic ſubito grauiſsimeq. impugnari. Re communicata cũ ſacerdote ſeculari certior factus eſt ſe veneficio irretitum eſſe. Quare homo Dei auxilio inductus fœminam aggreditur, eique exprobrat maleficium illud, increpatq. vehementer ingratitudinem, quoniam hominem, qui fuerat ſalutis ipſius ſolicitus, ad tantum ſcelus trahere conaretur. Hac correptione cõmota mulier maleficium diſſoluit, & religioſus deinceps ſe datus eſt. Multa poſſem referre non multum diſsimilia, ſed hoc nunc ſufficiat, in quo ſatis verificatum eſt illud Eccli. 19. nu. 2. vinum & mulieres apoſtare faciunt ſapientes. Diabolus veneris ſtimulis exagitatum virum ſæpe ad negandam Dei prouidentiã inſtigabat. Eccli. 42. nu. 12. in medio mulierũ noli cõmorari. De veſtimẽto enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri: Melior eſt enim iniquitas viri, quam mulier benefaciens &c. Nihil dici potuit ſignificantius, vt intelligatur quã ſit periculoſa mulieris familiaritas. Ego Dei dona cuiq. collata ignoro, neq. dubito Deum tantam poſſe conferre gratiam hominibus vt tuto cum fœminis conuerſari poſsint: ſed lego ſanctiſsimos viros ſibi diffidentes, & omne periculum declinantes, & alios vehementer deterrentes ab omni ſui confidentia. Nũc autem video homines in quibus nullum apparet virtutis veſtigium, inuiſere nobiles fęminas, & cum iuuenculis cõuerſantes, credo plures de rebus honeſtis ac ſanctis verba facere, ſed non credo inde nullũ contrahi ſaltim internæ pudicitiæ detrimentum. Quid dicã de peſsimis quibuſdam qui vaniſsimis monialium colloquijs vacant, & magnam diei partem in hoc conſumunt? Peſsimum eſt illorum regimen, qui hanc libertatem concedunt doctoribus, ac cõcionatoribus, hi enim magis ab ſcandalo abſtinere debent. Si facultas concedenda eſt concedatur religioſis ſenioribus & probatæ virtutis, ſi tales fuerint magiſtri eis monialium ad virtutẽ exhortatio demãdetur. Metſodym. i. laquei. ſ. venatorũ. Tſud. i. venatione apprehen-

Tſud.

bendo, vel capio, venor. Gen. 27 n. 3. 33. Leuit. 17. nu. 13. Ezech. c. 13. n. 18. Ierem. 16. n. 16. Charamym. i. ſagenæ, hic, & Ezech. 27. n. 5. 14. c. 32. n. 3. c. 47. nu. 10. Habac. 1. n. 15. 16. 17. Nu. ſing.

Cherem, Cherem. i. internecio interfectio, mors, anathema &c. Charā. i. deleo, anathematizo, deſolo ſubuerto, interficio, occido &c.

v. 28. 29. Heb. *Vide hoc inueni, dixit Ecceleſ vnum ad vnum ad inueniendum rationem: quam adhuc quærit anima mea & non inueni: Hominem vnum ex mille inueni & mulierem in omnibus iſtis non inueni.*

Lat. *Ecce hoc inueni, dixit Eccleſ vnum & alterum vt inuenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea & nō inueni: virum de mille vnū reperi, mulierem ex omnibus non inueni.*

VIDETVR cōfirmare ſuperiorem ſententiam, exaggeratq. hyperbole muliebrem malitiam: ſed id tantum affirmat, quod ipſe expertus eſt, nō quod reuera ſibi perſuaderet omnem mulierē eſſe nequam. Quia ipſe expertus eſt fortaſsis deteriores fecit dū nimium indulget amori ipſarū, & ſe illis effęminare ſubijcit: mulier enim imperioſa eſt, & abutitur viri indulgētia. Eccli. 9. n. 2. Ne des mulieri poteſtatē animę tuę, ne ingrediatur in virtutem tuā & confundaris. Aduerte Hebræos carere genere neutro pro quo vtūtur fœminino; quare Achath ſignificat, vnum, & vnā. In præſenti vtroq. modo ſumi poteſt, ſenſus igitur eſt. Attēde homo & alta mente repone quod tibi dixi me inueniſſe poſt diuturnā operā, quam in ſapientiæ ſtudio collocaui, ſcilicet, mulierē amariorem eſſe morte. Verbum primum, inueni, poteſt etiā referri ad id, quod ſequitur, ſcilicet, vnū virū de mille repertum fuiſſe, mulierē vero nullam: Attende inquā, quia vnam & alterā mulierem inſpexi, vnā cū altera contuli, ſic ſingulas conſideraui curioſe, vt inuenirem rationē malitiæ illarum, quā adhuc quæro, ſi enim cauſam tātæ malitię inueniſſem: fortaſsis aliqua eſſet remedij ſpes. Sed nō dū inueni, & adhuc quæro, hoc tn̄ inueni, rariſsime inueniri virū bonū, mulierē vero nullā Quæ cū malū quoddā neceſſariū videatur, idcirco contento curſu fugienda eſt. Alter ſenſus mihi videtur germanior. ſ. Ego Eccl. ſingula diligenter inueſtigaui, nihil nō ſcrutatus ſum curioſe, & vnū cū altero cōtuli. Naturas, proprietates, propēſiones rerū, mores & ſtudia hominū ac mulierū, ſingulorū rationē & numerū indagaui, & adhuc idē inquiro, poſt tā indefeſſum ſtudiū

cognoui hominum malitiam eſſe inſignem, ita vt de mille vnum reperetim, qui recte vitam inſtitueret, ex fæminis ve-
Prop. vniverſ. ro nullam. Moris eſt S. S. loqui de plurium defectu quaſi omnes ſint praui. Auguſt. de vnitate Eccleſiæ. cap. 12. plerumque, inquit, ſermo Diuinus impias turbas ſic redarguit tanquam omnes tales ſint, & nullus omnino remanſerit &c. E-
Ezech. 3. zech. 3. num. 7. omnis quippe domus Iſrael, attrita fronte & duro corde eſt. Ecce hic omnes re-
Item. c. 9. præhenduntur quia plurimi tales erant, ſed c. 9 n. 4. excipiuntur viri pij, ſigna, inquit, thau ſuper frontes virorum gementium & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ fiũt
Pſalm. 13. in medio eius. Pſalm. 13. v. 2. Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens aut requirens Deum: omnes declinauerunt &c. Non tamen erant tales omnes, vt nullus tunc iuſtus eſſet in terra. Latent boni in tanta impiorum multitudine. 3.
3. Reg. 19. Reg. 19. num. 9. Dixit Dominus ad Eliam, quid his agis Elia? at ille reſpondit, zelo zelatus ſum pro domino Deo exercituum quia derelinquerunt pactum tuum filij Iſrael &c. Derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, vt auferant eam. Idem dicitur nu. 14. Cui reſpondit Dominus nu. 18. & derelinquam mihi ſeptem millia virorum quorum genua non ſunt curuata ante Baal &c.
Iſai. 1. num. 5. Omne caput languidum omne cor mærens, à Iſai. 1.
planta pedis vſq. ad verticem non eſt in eo ſanitas. Sed num. 9. Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemẽ quaſi Sodoma fuiſſemus H. Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſuper ſtitem, vel reſiduum, vel reliquias &c. ab illa vniuerſali ſententia excipiuntur aliqui. Sic ergo Salomon non vult omnes penitus fæminas damnare, ſciebar enim Saram & Rebeccam, & Ruth inſigni virtute fuiſſe prędiras, & ipſe Prou. 31. num. 10. Mulierem fortem celebrat, quæ vane ſuis coloribus depingeretur niſi talis eſſe poſſet. Mille, pro maxima multitudine vſurpatur, exempla obuia ſunt. Illud non duco prætereundũ, in veteri teſtamento toties vitupetari fæminarum malitiam, vt agnoſcamus diuinę gratię virtutẽ
in nouo teſtamẽto: ſcimus enim *Mulier.*
B. Mariã omnibus etiam Angelis ſanctitate & animi puritate præſtantiorẽ eſſe ac ſẽper fuiſſe: in illa præcipue vim ſuam Dei virtus explicuit, aliaſq. multas illuſtres fecit. Chriſtum ad Caluariæ locũ vnus tãtum diſcipulus ſecutus eſt, mulieres au
tem multæ Matth. 27. numer. Matth. 27.
55. erant ibi mulieres multæ à longe, quæ ſecutæ erant Ieſum

Ieſum à Galilæa miniſtrantes ei,inter quas erat Maria Magdalenæ &c Erant a longe quia milites & Iudæi propinquiores erant,ſed non tantum diſtabãt, vt non poſſent Chriſtum loquẽtem audire:vel prius erant à longe poſtea vero proprius acceſſerũt. Stabant iuxta crucem Ieſu (ait Ioannes.c.19.nu.25.) mater eius & ſoror matris eius &c. Mulieres primo mane veniunt ad monumentum nõ for-
Ioan.19. midantes militum cuſtodiam. VideMatth.28.Marci 16.Ioan. 20.Infinitæ fæminę ad mortem pro Chriſto alacri animo fortique cucurrerunt. Habet etiam vetus teſtamentum celebres fæ-
2.Machab. minas inter quas eminet fortiſſima illa ſeptem Machabæorũ mater.

Alterum etiam notandum eſt,omnem fæminarum vituperationem in nos redundare,qui turpi voluptati ſuccumbentes fæminarum imperiũ ſubimus, eiſq. viliſsimam ſeruitutem exhibemus. Quid referam odia, cõtentiones, bella, mortes,quę huius cauſa paſsim exoriuntur? Liberum ſit vnicuiq. iudicium, ego vero in hac ſum ſententia, vt exiſtimem multo eſſe viliores viros quam fæminas: eſto plures viri reperiantur prudentiores,conſtantiores, ſtudioſioreſq. quam fæminæ: verum qui à fæminis ſuppeditantur, ſuppeditantur autem plurimi, & qui ſanctimonia & ſapientia videbantur inſignes,infirmiſsimi ſunt ac viliſsimi, qui ob turpiſsimam voluptatem infinitis ſe periculis offerunt exponuntq.

Res viliſsima viliſsimo prætio emitur, qui pro tali magnũ pretium dat inſanus eſt, qui recipit iniquus:contractus hominis inſani inualidus eſt. Stultus aliquis tenetur deſiderio comedendi fructum vnius arboris, ſimiles fructus paruo conſtant in platea & in vico ciuitatis, homo ruſticus & auarus cognito ſtulti deſiderio vehementer auget fructus arboris ſuę pretiũ, certe iniquus eſt venditor & ad reſtitutionem tenetur magnæ partis huiuſmodi pretij, res enim quæ paſsim venduntur determinatum debent habere pretium, neque licet poſſeſſori pretium ſuo arbitrio definire taxareq. tantum pretium augeri poterit quantum bonitas rei vnius aliam ſuperauerit. Hæc ideo à me dicta ſunt, vt intelligamus quanta ſit hominum vęcordia,& turpium fæminarum vafrities malignitaſque, & quorundam theologorum (quod bona illorum venia dixerim) incogitantia qui turpi ſcortorum quæſtui ſua auctoritate fauent, vt non ſolum meretrices famoſas ad reſtitutionem non obligent, verum in tenum promiſſa meretricibus facta re-

Bb 3 ſti-

ſtitutioni ſubijciant, à quorum ſententia longiſsime abſum, & mihi mea ſententia non ſolum probabilis ſed certiſsima videtur, videlicet, qui magna ſcorto pro turpi actu promiſit nõ teneri niſi ad cõmune pretium ſcortorũ, quæ ſunt in lupanari, vel ad tantillum amplius iuxta æſtimationẽ prudentis viri. Dicunt aliqui Theologi mulierem habere dominium ſui corporis, poſſeq. actum turpem vendere, ſeq. pro illo locare, cumq. non ſit res neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem, poterit pro libito æſtimari à perſona dominium habẽte. Vtrũq. merito negare poſſem, nam id poſſumus, quod iure poſſumus, neque Deus nobis dedit dominium membrorum ad peccandum: & ita ſentio illum, qui pro homicidio aut veneficio pretium promiſit non teneri ad reſtitutionem. Deinde vſus venereus malum eſt quodammodo neceſſarium, quapropter in omni republica lupanaria permittũtur. Deinde ſi quis habet pulchrum bouem, quem vicinus optat habere, valetque qui optimus eſt, & illo melior centum aureos, ſalua æquitate dominus bonis non poterit illum vendere mille aureis aut decem millibus, nam in omni contractu æquitas ſeruanda eſt. Non eſt autem æquum vt hominem ſtultum ſpoliem omnibus bonis pro re quauis. Sed eſto ſit vendibilis actus venereus, iam pretium definitum eſt ab his, qui tenent reipublicę regimen, & quod magis eſt, Deus ſignificare voluit non eſſe rem vendibilem, ſed ſi venderetur minimi eſſe pretij. Publicæ meretricis pretium v.g. eſt dragma argenti, cur ſcortum priuatum poſtulabit cẽtum dragmas? cur qui promiſit ad reſtitutionem tenebitur? an non inſanus eſt talis homo? ſolent huiuſmodi priuatæ meretrices eſſe turpiores, & morbis contagioſis corruptiores & tamen pretium augent. Sit aliqua fæmina corrupta ſed pauciſsimis expoſita, non poterit pro libito pretium augere. Quædam fæmina ſeruilis conditionis pro fragmento panis viliſsimum quemquam admittebat, quidam melioris conditionis, ignarus vilis huius proſtitutionis, illam vt ſibi morem gereret rogauit, illa nocta occaſionem maioris lucri hominem venere ſtimulante inſanum conſpiciens centum dragmas argenteas popoſcit. Nunquid ſi promiſiſſet reſtituere teneretur, cum alias pro dimidio dragmæ ſe paſsim pollueret? ego illum ad reſtitutionem tunc obligarem quando omnem rationis vſum deponerem, amitteremq. Loquens de hac re Salomon Prou.6.n.25. Non concupiſ- Prou.6.

piſcat, inquit, pulchritudinem eius cor tuũ: nec capiaris nutibus illius: pretiũ enim ſcorti vix eſt vnius panis, mulier autem viri pretioſam animam capit. Ecce pretium ſcorti non vnius panis, ſed vix vnius panis: pro re tam vili perdit homo animam ſuam, & volunt etiam aliqui theologi vt perdat ſubſtantiam ſi promiſit. Ne quæſo vos viri doctiſsimi, vt in re incerta faueatis turpiſsimis mulierculis. Mihi vt dixi dubia non eſt hæc mea ſententia. Volui etiam hoc aduertere vt indicarem hominis væcordiam & meretricum fraudulentiam, quæ homines dementant; neque dubito quandoque tã grauem eſſe libidinis ardorem, vt pene homo deſtituatur vſu libero rationis, fiatque brutis ſimillimus, qui tamen non eſt liber à culpa vel quia non penitus rationis vſum amiſit, vel quia cum eſſet liber ſponte ſe in has anguſtias coniecit. Eſſe enim tentationes quæ ab homine viribus naturæ ſuperari non poſſunt dubitari non debet, ſed ideo culpam incurrit, vel quia ſe ipſum homo implicare voluit tali neceſsitate, vel quia ad Deum pro neceſſario auxilio non confugit, eiuſque gratiam animo ſubmiſſo precatur. De hac re alibi à me dictum eſt: & iterum opportunius dicam.

Nomen Eccleſiaſtes, & verbum, dixit, vtrumque hic eſt fæmininum, intelligitur enim ſpiritus, vel anima, vel ſapientia ipſius Salomonis, quę hic concionatur. Vide quæ dixi cap. 1.

Solummodo vide hoc, in- v. 30. H.
ueni quod fecit Deus hominem rectum, & ipſi quæſierunt excogitationes multas. Quis ſicut ſapiens & quis ſciens interpretationem verbi?

Solummodo hoc inueni Lat.
quod fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus &c.

DIFFICILLIMA eſt veræ ſapientię acquiſitio, ſed multo difficiliorem illam fecit hominum vana curioſitas, noxia contentio, ſuperbaque pręſumptio. Et ſicut pruritus magis irritatur dum ſcalpitur pars male affecta, ſic hominis deſiderium nouitatis auiditate creſcit: magiſq. à vera ſolidaq. ſcientia elongantur homines quanto maiore contentione ſtudent ſemel arrepta dogmata tueri. Hoc malum exacerbatur factionibus variarum ſectarum, vt non quæratur à multis veritas, ſed quid ſenſerit eorum Coryphæus. Plurimæ olim fuerunt Philoſophorum ſectæ; nunc theologorum, quibus vna

debuiſſet eſſe mens. Quidam grande piaculum putant à D. Thoma diſſentire, alij Scotum illi opponere audent: homini prudenti vnica veritas erit Dux ac magiſtra: in redubia meliorum auctorum ſequetur opinionem:

Horatius. *Nullius addictus iurare in verba magiſtri:*

Imo æquum foret, vt nemo ad honores Theologię aut Iuriſprudentiæ admitteretur niſi præmiſſo iureiurando de ſequenda veritate, nulla habita ratione cuiuſuis doctoris, neq. quicquam contra conſcientiam defenderet, dummodo à communi Doctorum conſenſu non recedendum foret. Non ſolum de quæſtionibus ſcholarum, aut ad ſpeculationem pertinentibus loquitur Eccleſiaſt. ſed de omni inuentione rerum nouarũ, præſertim curioſarum, aut voluptati, delicijs, vanitatique ſeruientium. Sunt infinita hominũ ſtudia, curæ ſolicitudines circa diuitias, officia, honores, imperia, voluptates, vnde oriuntur diſcordię contentiones, bella, aliaque innumera mala: ſed nulla maiora mala magiſq. frequentia naſcuntur, quam propter turpem fœminarum amorem: horum malorum Deus cauſa non eſt, neque eſſe poteſt, ipſe enim fecit hominem rectum.

Eccleſ. 15. Eccleſiaſt. 15. num. 12. ne dicas ille me implanauit: non enim neceſſarij ſunt ei homines impij: omne execramentum erroris odit Dominus, & non erit amabile timentibus eum. Deus ab initio conſtituit hominem & reliquit eum in manu conſilij ſui &c. Neminem Deus in errorem impellit, neminem malum plaſmauit, qua enim neceſſitate, aut commoditate aut voluptate Deus faceret hominem peccatorem? fecit igitur hominem rectum. Adam creauit & originali iuſtitia exornauit, præclara erat hominis rectitudo: ſed ipſe ſua culpa deprauatus eſt, noſq. originali iuſtitia priuauit, & originali peccato infecit. Ille nos incuruauit ſed Dei gratia ad rectitudinem reducit, quæ numquam defuit homini, vt iam non ſemel dictum eſt. Rectitudo hominis in hoc conſiſtit vt omnes cogitationes, curas, ſtudia in Deum dirigamus, & omnia quæ agimus referamus ad vltimum finem, qui vnicus eſt. Homines curioſi, otioſi, peruerſi, fines hominis multiplicarunt: alij voluptatem, alij diuitias, alij honores, alij ſapientiam humanam ſummum bonum putauerunt, quæ quanto maiore animi contentione quæruntur hominem magis à vera fęlicitate remouent: quam ſi homines quærerent paucis eſſent contenti, & ab omni contentioſa quæſtione alieni. Pium erat Marthæ ſtudium ſed non per-

perfectum, Domine, inquit, nõ eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare, dic ergo illi vt me adiuuet: cui Dominus reſpondit, Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima, porro Maria optimam partem elegit &c. Hoc ſi fœminæ piæ, & honeſtiſsima cura occupatæ dicitur: quid dicetur hominibus mundanis, vanis, noxijſque curis implicatis? Rectũ & vnum copulantur. Deus eſt centrum humani deſiderij ſi rectum eſt. Recta linea breuiſsima eſt, obliquæ lineę infinitæ eſſe poſſunt: voluntas hominis bonum expetit verum: ſolidum, & ſummum bonum Deus eſt, ſi in Deum fertur rectiſsima eſt. A corde noſtro ad vnum eſt rectiſsima via, ſcilicet, dilectio eius. Rectum eſt cor quod in Deum tendit. Si alio reſpicit infinitis ſe miſcet quæſtionibus. Dauid præcatur Deum: cor mundum, inquit, crea in me Deus. & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Quamuis hic ſit nomen Nacon, id eſt rectum, firmum, ſtabile, & apud Eccleſiaſt. Iaſar, id eſt rectum, placidum &c. de quo dixi Iob. cap. 1. Tamen ad ſenſum nihil refert. Recedamus, ac fugiamus turbulentam multitudinẽ quęſtionum, cogitationum, machinationum, & teneamus rectitudinem D. legis: iuſtitiæ enim Domini rectæ letificantes corda;

Luc. 10.

Pſal. 50. 12.

Pſa. 18. 9.

Hic eſt Ieſarym, cuius ſingulare eſt Iaſar: ſicut in ſequentibus Pſalm. 111. v. 2. Generatio rectorum benedicetur. v. 4. Exortum eſt in tenebris lumen rectis &c. Pſalm. 124. v. 4. Bene fac Domine bonis & rectis corde. Tandem Pſalm. 139. v. 14. Iuſti confitebũtur nomini tuo, habitabũt recti cum vultu tuo. Ab hoc D. vultu & lumine, benedictione, beneficientia, elongant ſe omnes, qui ſe immiſcẽt quæſtionibus, rectitudine D. legis relicta, qua corda rectificantur. Quid ſignificet Chesbon dixi v. 26. Illæ ſignificationes præſenti loco aptari facile poſſunt.

Quis ſapiẽs &c. Quaſi dicat, quorſum quæſtionibus implicamur, cum rariſsimus ſit ſapiens, qui ſe ab illis expediat? Iam dixi ſupra Dabar, id eſt verbum ſignificare rem, cauſam, negotium &c. quare hoc loco verbi ſolutio latiſsime fundi poteſt, ad curas ſæculares, ad negotia, ad iudicia forenſia, ad lites, ad quæſtiones ſcholaſticas, ad ſtudium ſcripturarum diuinarum. Multi ſe litibus miſcẽt vnde poſtea extricati non poſſunt: rarus eſt, qui prudenter litem intentet incipiatque: rarus queq. iudex doctus & rectus: omnia in foro ſunt obliqua, tortuoſa, deprauata. Quid dicemus de nouis controuerſijs? homines minime recti infinitis ſe immiſcent

ceat quæſtionibus, ab illis nunc abſtineamus.

Peſer. Peſer, id eſt ſolutio, interpretatio, coniectura. Lingua Syra dicitur Piſra. Daniel. 2. num. 4. Dic ſomnium ſeruis tuis & interpretationem eius indicabimus. Item num. 6. Solutio. Dan. 2. n. 16. nu. 24 25. 26. cap. 4. num 3. Peſar, id eſt Solutio. c. 4. nu. 4. nu. 6. n. 15. Piſra. Coniectura, Dan. 2. nu. 5. nu. 6. Senſus, id eſt interpretatio. c. 5. n. 15.

Tropologicam ſiue allegoricam præcedentium interpretationẽ ex Hieronymo & alijs pete, qui per virum intelligunt viriles & honeſtas cogitationes quæ ſæpe inficiuntur aliquo defectu: per mulieres vero cogitationes effæminatas & impuras, quæ omnes reprobæ ſunt. Nota, ab illis verbis, quis ſapiens &c. aliqui incipiũt c. 8.

CAP. OCTAVVM.

v. 1. H. *Sapientia hominis illuſtrat faciem eius, & fortitudo faciem eius mutabit.*

Lat. *Sapientia hominis lucet in vultu eius, & potẽtiſsimus faciem illius commutabit.*

Sapientia conſtantia facies index animi.

HVIVS loci ſenſus multiplex non ſolũ ob Hebrçorum verborum ambiguitatem, ſed etiam iuxta vulgatam editionem, quam primo interpretabimur, quæ veriſsima eſt, & cum Hebræis optime concordat, etiam ſi hæc plura poſſint ſignificare. Ego in hoc loco & ſimilibus non curo quid alij ſenſerint, ſed quid verborum proprietas exigat. In rebus dubijs hominum doctorum ſequi iudicium prudentia ſuadet, in his quæ probari poſſunt euidenti argumẽto aut experimento, docentis, & diſcentis iudicium ſufficit.

Videtur Salomõ ſuo exemplo ſuadere velle inſtabilitatem humanæ vitæ, cũ ſapiẽs, qui inter omnes eminet, & à fortuitorum euentuũ incertitudine, à tumultu negotiorum, à fortunæ inſtabilitate, & impetu videtur remotior, tamen mutari poſſit Deo ſic permittente. Dicit ergo, ſapientis facies modeſte lęta, grauis decora, venerabilis non eundẽ ſemper ſeruat tenorẽ, Deus enim nihil voluit in hac vita eſſe ſtabile, vt nõ ſolũ ſapiens mutetur, ſed ipſe etiã

faciem

faciem ſuā mutare cogatur (vt dicetur cap. 10. v. 10.) Teſtis huius mutationis locupletiſsimus eſt B. Iob, quid eſt, inquit, homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Viſitas eum diluculo,& ſubito probas illū. Tota eius hiſtoria probatio eſt huius ſentētiæ,ſed præcipue c. 29. vbi v. 18. Incipit peculiari ſtudio depingere faciei ſuæ colores,quos ſic mutari vix credi poterat.Dicebam,inquit,in nidulo meo moriar &c.v.20.Gloria mea ſemper innouabitur,& arcus meus in manu mea inſtaurabitur. Qui me audiebāt expectabant ſententiā,& intenti tacebant ad conſiliū meum &c. Quid tandem?audi illum c.30. v.1.Nunc autē,inquit, derident me iuniores tēpore, quorū non dignabar patres ponere cū canibꝰ gregis mei &c. Dauid quoq. ait:Dñe in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutē.Auertiſti faciem tuā à me, & factus ſum conturbatus. Huiuſmodi mutatio Deo volente & propitio fit, ne homo tēporali fidat fęlicitati, ſed ſemp ſit pauidus, Hac mutatione animus perficitur, quoniā vireſcit vulnere virtus. Aliā eſt mutatio, quæ Deo permittente ac vindice fit, quā omnes vehementer formidare debent,quos ſuæ ſalutis cura tāgit. Hanc paſſus eſt Salomō qui ex ſublimi ſapientia in abyſſum ſtultitiæ præcipitatus eſt:quem ſic alloquitur Eccl.c.47.nu.21. Inclinaſti, inquit, femora tua mulieribus: poteſtatē habuiſti in corpore tuo: dediſti maculā in gloria tua,& prophanaſti ſemē tuū inducere iracūdiā ad liberos tuos, & incitari ſtultitiā tuā &c.Nullū argumentū efficacius inueniri poſſe exiſtimo ad probandam inconſtantiam incertitudineq. humanarū rerū. Diuitiæ vaniſsimę ſunt,pleriūq. noxiæ,innumeris curis inuolutæ;vnica ſapiētia hominē ſublimare poſſe videbatur, hæc multis etiam patet incōmodis, non ob ſui defectū,ſed ob humanæ voluntatis prauitatem, quæ nō ſemper ſapientiæ præcepta ſequitur,ſed concupiſcentiæ tyrānide ſe libēter permittit expugnari.Si iuxta ſapientiæ normā, quæ Dei lege continetur, ſemper Salomō vitam inſtitueret, non in tot ſcelera præceps rueret.

Ca. 7. n. 17. — Prou. 29. v. 8 — Eccli. 47.

Alter ſenſus eſt. Sapientia, quæ in facie ſapientis elucet, donum eſt Dei,qui faciem eius mutat, vt merito cum Dauide dicere poſsit: Dixi nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ excelſi. Sine Diuina gratia nemo ſapit, nemo incipere poteſt cogitare de ſua ſalute, de æterna fęlicitate, & meditari in Dei lege, vbi vera eſt ſapientia, neque alibi ſine Dei reuelatione inueniri poteſt. Pſal. 76. 11.

Si-

Si per potentiſsimam intelligamus hominē ſiue Regem, ſiue alium, ſenſus eſt, lux illa & decor, quæ in facie ſapientis ſplendent vel metu tyrannidis, vel honore, vel muneribus obfuſcatur. Non tātam habet vim ſapientia hominis, vt illum ab omni ſcelere tutum reddat, eſt enim voluntas mutabilis, quapropter ſemper ex Diuinæ gratiæ auxilio & protectione ſuſpenſi ſumus, hæc nos conſeruare poteſt in vna vultus animi conſtantia. De Anna matre Samuelis dicitur. 1. Reg. 1. nu. 17. Vultus illius non ſunt amplius in diuerſa mutati. Audiuit De⁹ orationem eius, annuit petitioni illius, ſic eſt mulier Dei gratia corroborata, vt in faciei conſtantia appareret. 1. Reg. 1.

Cum pleræque gentes veſtimentis vtantur, quibus corporis membra tegunt, facies omnibus eſt conſpicua, in qua veluti in ſpeculo animus relucet: hæc enim ad quemlibet animi motum turbatur: ira, mæror, anxietudo, amor, odiumq. faciei mutatione indicātur. Quidam affectus facile depræhenduntur vt ira, metus, pudor, alij difficilius, ſed inſpicientis prudentia opus eſt, conuerſationis mora aliqua, nam multi verſuti nequitiam diſsimulare ſolent. Sed ſicut ex abundantia cordis os loquitur, ita cordis affectus in faciem prodit multo facilius, quā verba ad os. Eccleſiaſt. 13. n. 31. cor hominis immutat faciem eius ſiue in bona, ſiue in mala. Eccleſ. 13. Quod non ſolum ad morū indicationem facit, ſed etiam ad ægritudinem. Prou. 15. nu. 13. Prou. 15. Cor gaudens exhilarat faciem, in mærore animi deijcitur ſpiritus. Et c. 17. nu. 22. Item. 17. Animus gaudēs ætatem floridam facit, ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Ionadab vir prudens valde, vt proditum eſt 2. Reg. 13. n. 5. Cum videret 2. Reg. 13. Amnonem triſtem ac macilentū, agnouit illū graui animi affectu laborare: quare, inquit, ſic attenuaris macie fili regis per ſingulos dies? quare nō indicas mihi? deperibat Amnon Thamar ſororem fratris ſui Abſalom. Dominus ad Cain ait, *quare iratus es, & cur concidit facies tua?* in facie apparebat internus affectus. Eccleſiaſt. illo c. 13. n. 32. Eccleſ. 13. Vocat faciem veſtigium cordis: addit tamen plerumq. tale veſtigium mala indicare. Veſtigium, inquit, boni & faciem bonam, difficile inuenies & cum labore. Nota, dictio Et, quæ præcedit faciem, eſt expoſitiua & ponitur pro, ideſt, veſtigium cordis boni, ideſt, faciē bonam &c. Quia pauci ſunt ſapientes, & hi non ſemper in eodem ſtatu manent, vt ſupra dictum eſt.

Aduertendum etiam eſt, faciem non ſolum ſignificare anteriorem partem capitis ſed totam

tam perſonam & externum totius corporis habitum, & vbicumque in latina editione eſt nomen perſona in Hebræo eſt facies. Et quamuis ex corporis habitu ſiue perſona iudicare poſsimus de interiore homine, tamen facies hoc eſt ſuprema corporis pars anterior capitis vbi omnes vigẽt ſenſus, certius nos in cognitionem ducent animi, ſi prudentes ac ſapientes ſumus.
Eccli. 19. Eccli. 19. num. 26. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſẽſatus. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo. Hæc facilius occultari poſſunt, faciem diu abſcondere commotionem animi, ac propenſionem difficillimũ eſt.
Li. de Clem. cap. 1. Nemo poteſt, inquit Seneca, perſonam diu ferre: ficta cito in naturam ſuam recidunt. Lucet igitur ſapientia in facie ſapientis, qui ſi non ſemper in eadem vultus cõſtantia manet, ſed ſæpius: & ab illa recedens curat cito reuerti, & quo maior fuerit ſapiẽtia animi conſtantia & probitate, minor erit vultus mutatio.
Eccli. 27. Eccli. 27. num. 12. Homo, inquit, ſanctus in ſapientia manet ſicut ſol: nam ſtultus ſicut luna mutatur. Hoc eſt, homo Deum colens, pietati incumbens ſapiẽtiæ etiam ſtudet, qua veluti ſol lumine mundum illuſtrat, ſic ſapiens ſi ſanctus eſt alios ſuo exẽplo erudit, ſua doctrina ædificat. Stultus autem mutatur facillime, numquam eandem tenet faciẽ, ſicut Luna. Vnde quęſo illa iuſti ſanctiq. hominis vultus conſtantia? ex cordis ſtabilitate. Vnde ſtulti mutatio tam frequens? ex animi turbulentia.
Prou. 15. v. 6. Domus iuſti plurima fortitudo, & in fructibus impij conturbatio. Labia ſapiẽtium diſſeminabunt ſcientiam: cor ſtultorum diſsimile erit. In qua ſententia indicatur ſtabilitas, firmitas, & ſui ſemper, aut fere ſemper ſimilis cordis conſtantia, vnde ad os progreditur ſcientia, inde ſpargitur ad vtilitatem aliorũ. Hoc ſtulti facere non poſſunt, vel quia ſapientia carent, vel quia ſapientia eorum carnalis eſt, & a ſanctitate remota, quã ob cauſam cor diſsimile eſt, & doctrina nõ poteſt eſſe conſtans, quia ex abundantia cordis os loquitur. Conſtantia ſapientis ſanctique viri naſcitur ex recta rerum æſtimatione, ex amore rerum, quæ mutationi non ſunt obnoxiæ, ex honeſto & ſincero gaudio. Spe inquit Apoſtolus, gaudẽtes in tribulatione patientes. Rom. 12. a. 12. Si Seneca Lucilium ad mentis gaudium, & quietem inuitat, qui Epiſt. 23. futurorum bonorum certã ſpẽ non habebat, qui veram ſolidãque virtutem ignorabat, quanto ſolidiori gaudio perfundi poteſt animus hominis Chriſtiani? Hoc, inquit, ante omnia fac, mi Lu-

Digitized by Google

mi Lucili, diſce gaudere. Exiſtimas me nūc detrahere tibi multas voluptates, qui fortuita ſubmoueo, qui ſpes dulciſsima oblectamenta deuitandas exiſtimo. Imo contra, volo numquā tibi deeſſe lætitiam: volo illam tibi domi naſci: naſcitur, ſi modo intra te ipſum ſit, &c. Item, Mihi crede, Res ſeuera eſt verum gaudium &c. Miror in tā denſis tenebris potuiſſe hoc lumen intrare, quod etiam illius illuſtrauit mentem, qui dixit.

Horat. li. 3. Ode. 3.

Iuſtum ac tenacem propoſiti virum
Non ciuium ardor praua iubentium
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida, neque Auſter.
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminātis magna Iouis manus:
Si fractus illabatur orbis;
Impauidum ferient ruinæ.

Rom. 8. 38.

Ego potius illius conſtantiæ credam qui ait: certus ſum etenim quia neque mors neq. vita &c. poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu D. N. in huius & ſui ſimilium ſapientum vultu lucebat ſapiētia; qui & dicebant, nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eādem imaginem transformamur a claritate in claritatem tāquam à Domini ſpiritu. Vbi notandum, participium ſpeculantes non eſſe à verbo ſpeculor, id eſt, intueor contemplor &c. ſed à verbo ſpeculare, id eſt, tanquam in ſpeculo recipere imaginem & receptam repræſentare, intuentiumq. oculis conſpiciendam proponere. In faciem Moyſi non poterant intendere Hebræi propter claritatem, ideo velamine operta eſt, quo ſignificabatur illius populi obſcuriſsima cognitio. Chriſtianis huiuſmodi velamen ablatū eſt: Apoſtoli & euangelici magiſtri reuelata facie recipiunt ſapientiam cæleſtem vt in alios transfundant. Hi veri ſunt ſapientes, in quorum vultu lucet Dei ſapientia. Et hæc ſufficiant ad Latinam verſionem explicandam.

2. Cor. 3. n. 18.

Illud non prętermittendum, in vultu ſapientis lucet ſapientia, quæ ab ſtudioſis viris non eſt contemnenda: æquum q. eſt, vt dicere poſsint illud Iobi, lux vultus mei non cadebat in terram: quia plurimum æſtimabatur Iobi alacritas, modeſtiaque vultus lætitia. Multo pluris facienda eſt lux Euāgelicæ doctrinæ, quæ lucere debet in vultu concionatoris & Sacerdotis, & Religioſi. Sed ſicut iſta lux cū gaudio eſt recipienda & ſtudio ſe conſeruanda: ſic illa falſa, fallax, noxia lux fugienda quæ lucet in vultu fœminæ, nihil enim, vt ſupra diximus, laſciua fœmina

ca. 29. n. 24.

Pulchritud. fœmina periculoſa.

Eccli. 9. na pernicioſius. Eccli. 9. num. 8. Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circunſpicias ſpeciem alienam. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcet &c. Hinc etiam noſtræ inſipientiæ & effrænatæ libidinis argumentum efficax oritur: quia mulieres ceruſa & purpuriſſo delibutas, & aliam faciem mentientes multi amant, in quarum facie lucet mendacium, turpitudo, & fallendi cupido. *Facies fucata.* Odimus mendacia, & mendacium in vultu patens amamus: o inſenſati illius amori credere poteſtis, illius verbis fidem adhibere, quæ in facie gerit mendacium & laſciuiam? Dic inſana mulier cur vis haberi honeſta cum in fronte portes ſigna turpitudinis? ſed quia reputas homines cæcos & væcordes non dubitas his illecebris decipiendos fore.

Nunc de ipſis verbis Hebræis dicamus. Or, id eſt, luceo, illumino, in hiphil ſignificat lucere facio, illuſtro: ſed ſæpe huiuſmodi coniugationes confunduntur & ad ſenſum patum refert. *Hhoz.* Hhoz, id eſt, potentiſsimus, fortis, fortitudo &c. Hebræi volunt Hhoz ſignificare fortitudinem &c. *Hhaz.* Hhaz vero fortem &c. diſcrimen eſt in puncto, quem ipſi prohibito confingere potuerunt, nos litterarum rationem habemus, & ex conſequentia orationis cōijcimus quando eſt nomen concretum, vel abſtractum, & quādo vtrumq. conuenit ſententię neutrum reijciendum eſt, ſed in ſua amplitudine relinquenda eſt S. Scriptura. Conſulamus loca vbi hoc nomen reperitur.

Imperium Geneſ. 49. num. 3. 1. Reg. 2. num. 10. 1. Paral. 16. nu. 28. Pſ. 85. v. 16. Ezech. 24. nu. 21. ca. 30. nu. 6. his locis eſt Hhoz. ſed Gen. 49. Hhaz, diſcrimen eſt in puncto. Gen. 45. nu. 24. Hhoz, id eſt, imperium ſcribitur per tres litteras. Gen. 49. nu. 7. Hhaz, id eſt, pertinax. Pſal. 61. v. 12. poteſtas Hhoz. Item. Pſal. 89. v. 12. Potentiſsimus. Hhaz. 2. Reg. 22. num. 18. fortis Num. cap. 13. num. 29. cap. 21. num. 24. Iud. 14. num. 14. 18. &c. fortitudo. Hhoz. Exod. 15. num. 2. num. 13. 1. Paral. 16. num. 27. 2. Paral. 6. num. 41. Iob. 12. num. 16. &c. laus. Pſal. 8. v. 3. Honor. Pſal. 28. v. 2. Pſal. 95. v. 7. Pſal. 98. v. 4. Gloria. Pſal. 67. v. 35. virtus 1. Paral. 13. nu. 8. Pſ. 20. v. 2. v. 14. In virtute tua. Pſ. 28. v. 11. Pſ. 29. v. 8. Pſ. 45. v. 2. Pſ. 137. v. 3. Pſal. 139. v. 12. &c. Robuſtus Hhaz. Amos. 5. nu. 9. Hhoz Robur Iud. 5. n. 21. Prou. 18. nu. 11. c. 21. nu. 22. Ezech. 19. n. 12. Eſt alia ſignificatio nominis Hhaz *Impudentia.* præſertim quādo iūgitur cum nomine Phanym. i. facies. Vel, Nephes, id eſt, anima, tūc enim ſigni-

Digitized by Google

ſignificat procacem impudentem,& verbum Hhazaz ſignificat Roborare,indurare, & roborare faciem dicitur, qui nullum veretur, qui impudentia pollet, nam verecundia faciem demittit & occultat, impudens immota facie ſeipſum præbet
Deut. 28. conſpiciendum. Deuter. 28. nu. 5. Gentem procaciſsimam. H.
Prou. 7. gentem fortem faciebus. Prou. 7. num. 13. Procaci vultu. H.
Dan. 8. roborauit facies ſuas. Dan. 8. num. 23. Impudens facie. H. for
Iſa. 56. tis faciebus. Iſa. 56. num. 11. Impudentiſsimi H. fortes anima. Prou. 21. num. 29. vir impius
Prouer. 21, procacitet obfirmat vultũ ſuũ. H. Roborauit vir impius in faciebus ſuis. Sunt plura his ſimilia quamuis non ſemper ſit verbum Hhazaz, eſt aliud ei ſimile. Aduerte etiam relatiuum illius, poſſe etiam eſſe reciprocũ, id eſt ſuum.

His ſic conſtitutis ſecunda pars huius verſus in bonum & in malum ſumi poteſt.

In bonum ſic. Sapientia hominis lucet in vultu eius, & fortitudinem faciei ſuæ mutabit, hoc eſt, erit verecundus, modeſtiſsimus. Sapientia enim quæ mutat hominis cor, etiam faciẽ mutabit. Non erit vultus ſapientis minax, iracundus, terribilis. Item fortitudo faciem illius mutabit, id eſt, animi robur & conſtantia in ipſa facie apparebit, vt non ſoluatur os riſu, neque facies grauitatem nimis remittat.

In malum ſic, Sapientia lucet in vultu, ſed gloria, laus, honor, imperium hominem ſapientem non raro de ſuo gradu deijciũt. Vulgatum eſt illud. Honores mutant mores. Euidens exemplum præbet huius rei ipſemet Salomon: adde Saulẽ, qui à mira animi modeſtia ac ſimplicitate receſsit: cumque eſſet tam ſingulari probitate, vt filius vnius anni diceretur cum regnare cœpiſſet. Eſt aliud inſigne exẽplum regis Ioas, qui cum eſſet optimus Princeps, poſtquam obijt Ioiada ingreſsi ſunt principes Iuda, & adorauerunt regem, qui delinitus obſequijs eorum acquieuit eis: & *derelique*runt templum Domini Dei patrum ſuorum. &c. Tandem Zacharias Propheta regis iuſſu à populo lapidatus eſt. Lege totã hiſtoriam, & aduerte ſingulorum circunſtantias. Huiuſmodi mutationis fiunt hominis prauitate, & Dei permiſsione atq. iudicio, quod ſæpe occultũ eſt nobis, perſe tamẽ iuſtiſsimum. Ergo cum timore & tremore ſalutem noſtram operemur.

Morum mutationi deu- rius.

1. Reg. 13. &c.

2. Paral. 24. 17.

Adulatio.

Philip. 2. v. 12.

Ego os regis obſeruo, & ſuper verbum iuramenti Dei. V.2. He

Ego os regis obſeruo, & præcepta iuramenti Dei. Lat.

DOCET qua ratione ſapiens in ſapientia perſeuerare

uerare debeat, & conſtantem in luce vultus permanere. Nequis putet hanc animi tranquillitatem poſſe præſtare diuitias, aut hominum fauorem: vnica eſt obedientiæ virtus in qua tantum bonum poſitum eſt. Siue per legem intelligam temporalem ſiue æternum, Deo primum debetur obſequium: dein de omni poteſtati ſublimiori, vt docet Apoſtolus Rom. 13. per me (inquit Dei ſapientia) reges regnant &c. ſed ante omnia ſeruanda ſunt Dei præcepta ac ſi iuraméto eſſent firmata. Deus ſæpe Rex vocatur, & Chriſtus eius filius Pſal. 2. v. 6. Pſal. 5. v. 3. Pſal. 23. v. 7. 8. 9. 10. Pſal. 43. v. 5. Pſal. 44. v. 2. 12. &c Pſal. 71. v. 1. Pſal. 73. v. 12. Pſal. 83. v. 4. &c. Rex ſæculorum 1. Tim. 1. num. 17. Rex regum &c cap. 6. num. 15. & Apoc. 19. num. 16. Attendamus diligenter ac fideliter quid præcipiat Dominus, non ſcrutemur cauſas imperandi. Quis enim dominus temporalis ferret ſerui contumacis ac proterui audaciam, qui iuſſus aliquid facere ſcire vellet quorſum id ſibi iuberetur? In domo artificis multi ſunt miniſtri, non tamen omnes nouerunt rationem & cauſas operis ſui. Dolant miniſtri lapides diuerſarum formarum, vna omnibus communis eſt ratio, ſcilicet, dolare lapides illos in ædificio collocádos: qua

Rom. 13.

Prou 8. 15.

vero in parte ſępe ignorát, neq. illos talis cura fatigat. Omnia quæ in templo illo, magnificentiſsimo Salomonis locata ſunt fuerunt prius fabricata, in téplo enim neq. malleus, nec alicuius ferraméti ſonus auditus eſt. Ex tāta hominū multitudine pauci admodū cuiuſq. rei vſum, ac ſitū nouerāt, & omnes ſuo miniſterio incūbebāt: ita nos Dei pręcepta implere debemus, ſciētes ipſum eſſe ſapientiſsimū ac ſanctiſsimū. Py. i. Os. Sumitur pro ſermone. 1. Reg. 12. n. 15. c. 15. n. 24. Verbū. 1. Paral. 12. nu. 23. Nū. 3. n. 51. c. 4. n. 41 &c. Imperiū. Gen. 41. nu. 40. Num. 4. n. 45. c. 9. n. 18. 20. 23. &c. Conſiliū. 1. Paral. 12. nu 32. Præceptū. 4. Reg. 23. n 35. Exod. 38. n. 21. Num. 3. n. 39 51. Ioſue 15. nu. 13. &c. Ait Lorinus, ſi ferret vox Hebræa, Peh, & Gręca ſtoma ſicut latina os, dice é os hic quoque ſumi pro vultu &c. miror cur putauerit Peh, ſiue, Py Hebræum non poſſe ſumi pro vultu, ita vertit vulgatus Pſal. 54 v. 22. diuiſi ſunt ab ira vultus eius. LXX. pro Py habent Proſopon, id eſt, faciem, in genitiuo Proſopu. i. faciei, vultus. Fateor hoc ſingulare eſſe. *Py.*

Semor. i. cuſtodi, ſerua, obſerua. Lege Somer. i. cuſtodiēs &c. Samar. i. cuſtodiens. Si cū Maſſoretis legas. Semor. i. Obſerua, oratio eſt ecclíptica quaſi dicat. Ego moneo te, vt ſerues re- *Semor.*

Cc gis

gis imperiũ. Vel ego ſic me exhortor, obſerua o Salomon ſẽpiterni regis præceptum. Hhal Dibrath.i.ſuper cauſa ſecundũ ordinem Pſal. 109. v. 4. Eccleſ. 3. n. 18. De filijs H. ſuper verbum filiorum vel de cauſa &c. in præſenti ſignificat pręceptũ, ſicut alias ſæpe, Dabar, Exod. 12. n. 35. ſicut præceperat. H. iuxta verbum. Leuit. 10. n. 7. Deut. 32. n. 47. &c. Diber etiã ſæpe ſignificat præcipere. Gen. 17. n. 23. &c. Aliqui iuramentum hoc loco illud interpręta̅tur, quod præſtatur a ſubditis erga reges: quod etiam rex pręſtare ſolet ciuibus: vocatur autem iuramentum Dei, quia fit interpoſito nomine Dei. Alij de vitando periurio intelligũt. Poſſunt præcepta diuinæ legis vocari iuramenti Dei, quia obſeruatio eorum ſtare facit iuramentum Dei, quo pollicitus eſt benefacere cuſtodientibus legem eius. Vnde dicitur Deut. 28. nu. 9. ſuſcitabit te Dominus ſibi in populum ſanctum, ſicut iurauit tibi: ſi cuſtodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in vijs eius. Item iuramentum poteſt ſignificare conteſtationem, ſponſionem ſicut verbum Sabahh non ſolum ſignificat iurare ſed etiam ſpondere Gen. 26. nu. 3. complens iuramentum, quod ſpopondit &c. 3. Reg. 2. nu. 42. duo verba quorum alterum ſignificat iurare alterum conteſtari, vulgatus vertit per vnum verbũ, Teſtificor. Præterea Sabahh ſignificat imprecari Ioſue 6. nu. 25. In illo tempore imprecatus eſt Ioſue dicens: maledictus vir corã Domino &c. Deut. ca. 27. a n. 15. incipiũt maledictiones prolatæ contra illos, qui legem Domini violauerint: maledictus, inquit, homo qui facit ſculptile &c. Benedictiones continẽtur ca. 28. vſq. ad nu. 14. deinde incipiunt aliæ maledictiones. Vide Ierẽ. 11. Senſus ergo eſſe poteſt. Attendo, inquit Salomon, ad ſummi regis imperium & ad pręcepta illius, ne incurram maledictiones in lege cõtentas, ne illæ imprecationes me compræhendant, & ad ſummam miſeriam deducant.

Dabar. *Sabahh.*

v. 3. He. *Ne feſtines, a facie bus eius abeas (vel abibis) ne ſtes in verbo malo, quia omne quod voluerit faciet.*

Lat. *Ne feſtines recedere a facie eius, neq. permaneas in opere malo, quia omne quod voluerit faciet.*

FOECVNDA ſane ſententia: ſed non placet illorũ expoſitio qui de terreno rege hoc intelligũt: hos relinquamus. Aliqui cũ præcedẽti ſentẽtia cõiũgũt & de iuramento exponunt: quaſi dicat, ne ſis velox in proferendo

Iurare.

Digitized by Google

rendo iuramento: nam vt dici-
Eccli.23. tur Eccli.23.n.12. vir multũ iu
rãs implebitur iniquitate,& nõ
diſcedet a domo illiꝰ plaga &c.
afacie eiꝰabeas.i.a iuramẽto nõ
neceſſario recede, ne aſſueſcas
iuramẽto.Prohibetur iurãdi fa
cilitas,& aſſuetudo. Vel afacie
eius recedes.i.afacieDei ſi teme
re iuraueris. Hoc poſterius po-
teſt cõuenire cũ verſione vulga
ta: Ne leuitate & temeritate iu
randi recedas a Dei gratia &
amicitia. Poteſt, ne, repeti per
Zeugma, poteſt eſſe noua ſen-
tentia, qua monemur ne teme-
re quid agamus, ne ſimus præci
pites & inconſiderati, ſic enim
ſubito ac velociter a Deo rece-
demus,quod ſi peccaueris pæni
tentia ductus ad Deum conuer
tere.Item,obſerua os Regis,au
Pſal.84.v.9. di quid loquatur in te Deus,
quoniam loquetur pacẽ in ple-
bem ſuam & in ſanctos ſuos &
in eos,qui cõuertuntur ad cor.
Obſerua ſuper verbum iuramẽ
ti Dei, hoc eſt, in Dei lege me-
ditaberis,Deũ orabis.Qui Deũ
orat ante faciem Dei ſtat:qui ſe
exercet in operibus pietatis &
ęquitatis coram Deo ambulat,
noli igitur laſſari, ne deficias,
nõ facias opus Dei negligenter,
non cogites de mora orationis
Luc.18.v.1. aut boni operis,ſed coram Deo
1.Theſſ.5.v. ſta,oportet enim orare & nun-
17. quã deficere:orare ſine intermiſ
Orare. ſione:quãdoquidẽ Dei clemen-
tia te admittit ad colloquiũ ne

feſtines recedere. Multi recitan
tes Diuinũ officiũ mira celerita
te id faciũt, quibus moleſtũ eſt
cũ Deo loqui: attentionẽ nullã
habẽt,mẽte vagãtur,animus cũ
verbis nõ cõcordat.Hi feſtinãt
recedere afacie Domini. Itẽ ne
coneris occultare peccata tua,
vana erit huiuſmodi cura & di
ligentia,quia omnia nuda & a-
perta ſunt oculis Dei.Quo abi-
bis à ſpiritu eius, & quo afacie
eius,fugies?ſi dixeris, tenebræ
conculcabũt me:nox ſicut dies
illuminabitur, ſicut tenebrę eiꝰ
ita & lumẽ eius.In eã inſaniã la Pſ.138.v.6.
bitur peccator vt putet ſe poſſe
latere Dei cõſpectũ.Pręuaricati
ſunt D.præceptũ primi parẽtes Gen.3.8.
noſtri, & cũ audiſſent vocẽ Do
mini deambulãtis in paradiſo
ad aurã poſt meridiẽ abſconde-
rũt ſe afacie eius.Peccatũ obnu
bilat mentẽ peccatoris, vt tãto
inuoluatur errore, habeatq. tã
prauũ deD.cognitione iudiciũ.

Bahal.i.feſtino,turbo,cõtur *Bahal,*
bo ſup.c.5.v.1.vbi temeritatem
ſignificat poſſumus ſic vertere.
Ne temerarius ſis,vel, ne turbe
tis,afacie eius abibis.Hoc eſt, ſi
temerarius fueris, ſi paſsionibꝰ
turbari te permiſeris,recedes a-
facie Dei,Deũ offẽdes nõ te aſ-
piciet Deus oculis beneuolis,
auertet a te faciẽ ſuã Deus.Dixe
rat potẽtiſsimũ faciẽ hominis
ſapiẽtis immutare:ne quis puta
ret Deũ per ſe huius mutatio-
nis eſſe cauſam primã,oſtendit

Digitized by Google

nunc hominem prius ſe ſubtra here à Dei pręſentia, deſereceq. Dei gratiam, vnde ſequitur, vt Deus illum gratuitis donis priuet. In verſione Latina infinitiuus recedere ponitur pro ſubiūctiuo, ſcilicet, recedas: nā in Hebræo vtrumq. verbū feſtino & recedo ſunt futuri temporis cuiuſuis modi: & in ſecūda parte per Zeugma reſumi poteſt, Ne, hoc eſt, ne feſtines, a facie eius ne recedas. Facies Dei ſignificat eius beneuolentiam, fauorem, gratiam, amicitiam: & ambulare ad facies Domini, vel coram Domino, vel in conſpectu Domini, eſt ſic viuere, ſic mores componere, vt nos & noſtra Deus beneuole aſpiciat, ſint opera noſtra eius cōſpectu digna: id ſignificat illud Gen. 17. n. 1. Ambula corā me & eſto perfectus. Hoc dixit Dominus ad Abraham. Ipſe vero Abraham, hac Dei beneuolentia, & innocentia ſua fretus, ait ca. 24. nu. 40. Dominus in cuius conſpectu ambulo mittet angelū ſuū tecum, &c. Et Iacob ait. ca. 48. n. 15. Deus in cuius conſpectu ambulauerūt Patres mei Abrahā & Iſaac &c. Salomon ait. 3. Reg. 3. n. 6. Tu feciſti cū ſeruo tuo Dauid patre meo miſericordiā magnā, ſicut ambulauit in cōſpectu tuo in veritate, & iuſtitia, & recto corde tecū, &c. Quia iuſtus erat Abel reſpexit Dominus ad illū, & ad munera eius: Cain erat impius, ad illum Deus nō reſpexit, quē propter impietatē & cordis duritiam à facie ſua eiecit Dominus. Vide quæ ibi dixi. Eccleſ. hortatur nos ne recedamus à facie Dei id eſt, vt ambulemus digne coram domino. Pręcemur Dominū cū Dauide, qui aiebat Pſ. 5. v. 9. Dirige Domine Deus meus in cōſpectu tuo viam meam.

Facies Dei. *Geneſ. 17.* *Cap. 48.* *3. Reg. 3.* *Gen. 4.* *Pſ. 5.*

Panym. i. facies, vultus, quandoq. ſignificat iram Thren. 4. v. 16. facies Domini diuiſit eos, nō addet vt reſpiciat eos &c. Pſal. 33. v. 17. vultus autem Domini ſuper facientes mala &c. iuxta hanc ſignificationē non contemnendus ſenſus elicitur, id eſt, ſi Deus immutauerit faciē tuam propter peccata tua, ſi ira tus afflixerit te, non deſpōdeas animum, non feſtines recedere à tribulatione, non te impatientia turbet, ſed ad cauſam pænarū attende: age pænitentiam, nō permaneas in opere malo. Quia nos delectant mala, Deus miſericors & iuſtus infligit dolorē, vt animaduertamus culparum grauitatem, quæ multo acerbius animum cruciant, quam corpus dolores. Prou. 3. num. 11. Diſciplinam Domini fili mi ne abijcias: nec deficias cum ab eo corriperis. Multi de pæna ſolicitii cauſam remouere non curant, & multo magis exacerbatur morbus, & moleſtia augetur: cauſa prius abſcindēda eſt:

Panym. *Tribulatio.* *Prou. 3.*

Creſcit

Horat. *Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops.*
Nec ſitim pellit niſi cauſa morbi.
Fugerit venis &c.

Æger, cui curæ eſt propria ſalus, de manu ſapientis, & benigni medici libenter ſumit pharmacum etiam amariſsimũ. Pænæ a Deo inflictę medicinę ſũt, non ergo illas reſpuamus, non fugiamus a paterna ira, ſed in eius gratiam redeamus, id fiet ſi non permaneamus in opere malo, ſed pænitentiam agamus, & pænas a Deo immiſſas patiẽter feramus, ne ſi pergamus mores noſtros deprauere grauius (Pſal. 2. v. 12.) iraſcatur Dominus, & pereamus de via iuſta. (Pſal. 93. v. 15.) Conuertamur ad Dominum antequam iuſtitia conuertatur in iudicium, non enim iuxta illam ſtabunt niſi recti corda, improbi in ſupplicium eijcientur ſempiternum. (Pſal. 7. v. 11.) Deus iudex iuſtus fortis, & patiens, non iraſcitur per ſingulos dies, niſi conuerſi fueritis gladium ſuũ vibrabit, &c. eſt omnipotens, omne quod voluerit faciet.

v. 4. H. *In quo verbum regis poteſtas: & quis dicet ei, quid facis?*

Lat. *Et ſermo illius poteſtate plenus eſt: nec dicere ei quiſque poteſt, quare ita facis?*

DEterret a peccandi conſuetudine, & obſtinatione, quia horrendum eſt incidere in manus Domini, qui omnia quæcumq; voluit fecit in cælo, & in terra, (Pſal. 113. v. 3.) cui idem eſt dicere, & facere, ipſe enim dixit, & facta ſunt, mandauit, & creata ſunt. (Pſ. 148. v. 5.) Nullũ timet ſuperiorem, nulli rationẽ reddere tenetur, nemo illi dicere poteſt, cur hoc facis? vide ſup. c. 7. v. 15. vbi diximus ex D. bonitate, & æquitate prouenire vt velit cum ſeruis ſuis rationem ponere. Cur ergo Ieremias c. 12. (Ierem. 12.) eum Deo diſputare auſus eſt? quare, inquit, via impiorum proſperatur? & Habac 1. n. 13 (Habac. 1.) quare reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorãte impio iuſtiorem ſe? & Dauid Pſal. 72. totus eſt in hac quæſtione: quod faciunt prophetæ non temere, nõ ignorantes Deũ eſſe ſupremũ Dominum, ſed vt hominũ impiorũ audaciam reprimant, & prauã mentẽ corrigant, illiſq; terrorem incutiant, dum proponunt Dei æquitatẽ, & potentiam, quæ modo a miſericordia cõpeſcitur, vt detur pænitentiæ locus, tandem meritas de improbis pænas ſumet. Iob. 7. v. 19. (Iob. 7.) vſq. quo, inquit, non parcis mihi, &c. non hoc dicit repræhendẽs Dei prouidẽtiã, aut corrigens voluntatem, aut rationem exigens a Dei ſapientia: ſed vt oſtendat doloris ſui magnitudinem, & Dei clemen-

Cũ Deo diſceptare.

tiam imploret. Præterea aliud eſt cum animi ſubmiſsione, & recta fide diſceptare cũ Deo tan quam cum pio parente, & cum eius miſericordia argumentari: aliud cum ſapientia, & æquitate. Qui cum miſericordia diſpu tat ſeipſum arguit, ſua mala cõ fitetur, aut ſuam indignitatem impotentiamq. agnoſcit, & ad Deum confugit. Qui cum Deo diſputat iudice, illius vult condemnare æquitatem, & ſuam iuſtitiam Diuinæ anteponere. Vide Iob confeſsionem, & pie tatem c. 9. &c. Ex hac obſeruatione multa dilues argumenta. Cupit etiam Iob cum Deo diſputare ad conuincendum errorem amicorum ſuorum. Vide c. 12. & 13 &c.

Nota, modus ille loquendi Lorini v. 3. præcedẽti durus eſt, neq. à concionatore vſurpandus, cuncta, inquit, quę vult facit (Deus) etiam repugnãte to ta natura. In creaturis eſt potẽ tia obedientialis, quę illis naturalior eſt, & ſuauior quam peculiaris inclinatio, non repugnante igne ſed obediente vincu la ſanctorum in fornace Babylonica combuſta, veſtibus & perſonis illæſis: non repugnante natura aquæ ſed obediente ſtetit aqua maris rubri quaſi murus, aqua Iordanis intumuit quaſi mons.

Silton, i. poteſtas, dominium, imperium, bis reperitur hoc cap. hic, & ver. 8.

Salat. i. Dominor 1. Eſdræ, 4. n. 20. Pſal. 118, v. 133. Eccleſ. 2. n. 19. c. 8. n. 9. Dan. 4. n. 14. n. 22 Conſtituo. Dan. 2. n. 38. principem conſtituo, n. 48. poteſtatem habeo Dan. 3. n. 94. H. 27. poteſtatem tribuo Eccleſ. 5. n. 18. poteſtatem do. c. 6. n. 2. principem eſſe Dan. 5. n. 16. imperare. Dan. c. 2. n. 39. Deprimo Nehem. 5. n. 15. vindico. Eſth. 9. n. 1. item ſuperiorem eſſe. Salyt. i. princeps, potens poteſtatem habens, dominans. Poteſtatem habens 1. Eſdræ. 7. n. 24. potens Dan. 2. n. 10. princeps. Gen. 42. n. 6. Eccleſ. 7. n. 20. c. 10. n. 5. Apud Danielem Salian, i. poteſtas c. 4. n. 31. Imperium poteſtas c. 6. n. 26. potentia c. 7. n. 26. Hinc deductum eſt nomẽ Sultanus, vulgo Soldan: ſic appellantur barbarorum reges. Et hæc de hoc verbo, & nomine nunc ſufficiant. *Sal.*

Cuſtodiens præceptum non ſciet verbum malum, & tempus, iudicium ſciet cor ſapientis. v. 5. H.

Qui cuſtodit præceptum non experietur quidquam mali: tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit. Lat.

QVIA Dei potentiam pro poſuerat, quæ iuſtiſsima eſt, *D. legis cuſtodia.*

eſt,& nihil inultū relinquet,niſi pœnitentia fuerit emendatum, & ab opere malo recedat peccator, nunc oſtendit qua ratione poſsit homo Dei iudicium effugere, & ab æterna dānatione tutus eſſe, & mala, quæ homines ſolent inuadere in bonū ſuum conuertere: hoc fiet cuſtodia D.legis.Lex etiam vocatur teſtimonium, iuſtificatio, præceptum,iudicium, quę nomina frequenter occurrunt Pſ. 118. nunc illud Pſal. 18. v. 8. ſit ſatis: Lex inquit, Domini immaculata conuertens animas: Teſtimonium Domini fidele ſapientiam pręſtans paruulis: iuſtitiæ Domini rectæ lætificantes corda, præceptum Domini illuminans oculos. Thorah i. lex a Iarah.i. doceo, vel a Thur .i. conſidero, contemplor: quia docet, quid agendum, & quid deuitandum. Quia omnis noſtra ſapientiæ meditatio, & vtilitatis conſideratio, &D.miſericordiæ ac bonitates contemplatio in lege Dei ponēda,& exercenda eſt. Beatus enim vir qui non abijt in cōſilio impiorum, &c. ſed in lege Domini fuit voluntas eius,& in lege eius meditatur die ac nocte. Teſtimoniū eſt,quia reſtatur quid Deo placeat, quid diſpliceat: iuſtitia eſt quia iuſta continet,& eius obſeruatio facit hominē iuſtū, & iuſtitiā illi tribuit corā Deo,quo niā ſine gratia ſeruari non poteſt. Præceptum indicat præcipientis auctoritatem, & dominationem. Cum tot bona Dei legem ſiue præceptum comitentur,qui cuſtodit pręceptum,malum experiri non poterit.Prou. 3.n.1.fili mi ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiat:longitudinē enim dierum,& annos vitæ, & pacem apponent tibi.Vide Prouer. c.4.n.4. c. 7. n. 1.&c. quid quid de ſapientia dicitur legi. D.conuenit, quæ docet veram ſapientiam. Sed huic videtur obſtare illud Pſal.93. v. 20. Numquid adhæret tibi ſedes iniquitatis, qui fingis laborem in pręcepto? quicquid ſit de ſenſu quē facere poſsūt verba Hebręa,iuxta communem ſententiam,Dei præcepta laborioſa per ſe ſunt, ſed præcipientis auctoritas, gratia, adiutorium,promiſsio, & cuſtodientis ſpes certa, & præmium excellens ſuauē faciunt, & leuē omnē laborē. Chriſtus onus ſuū leue vocat, & iugum ſuum ſuaue,quia exēplo,& merito,auxilio gratia,& magnifica grandis præmij ſpe leue.& ſuaue reddidit quicquid durum,& graue videbatur. Laborioſū eſt diligere inimicos,benefacere odio habentibus nos,&c.laborioſū eſt remittere offenſam ex corde,laborioſū eſt corpus caſtigare,& in ſeruitutē redigere, laborioſū eſt ſeipſū abnegare: ſed charitate omnis difficultas vincitur:

Pſal. 18.

Pſal. 1.

Prouer. 3.

Pſal. 93.

Tribulatio.

Matth. 11. v. 30.

Pſal.118. v. 32. *Charitas.* viam (inquit Dauid) mandatorum tuorum cucurri cum dilatatur cor meum. Malum duplex culpæ, & pænæ, qui cuſtodit pręceptum a culpa immunis eſt. Pęnam multi ſancti experiuntur etiam grauiſsimam, ſed non experiuntur malum, quia illa dāna, calamitates, infortunia, pænæ, mala non ſunt, quæ homini eripiunt verum bonum, quale eſt bonum animi, hoc eſt, virtutem. Duo ſcindūt ligna: alius in fruſta ſecat vt ignem accendat; alius arte id facit vt ſtatuā fingat. Si lignum ratione polleret gratificaretur artifici, & indignaretur alteri qui ſecat vt cōſumat, non vt perficiat. Scinditur pannus ab ignaro homine, & perditur: ſcinditur ab artifice ſapiente, & fit pulchra veſtis: altera ſciſſura mala, altera bona. Scalpello vena aperitur cum dolore, non egreditur ſanguis, aut non opportunè egreditur, mala eſt ſāguinis miſsio; ſi vero ſanguis noxius exeat, & ægritudo miteſcat, bona eſt ſanguinis miſsio. Idem dicendū de medicamento bono vel malo, ſi vtile eſt, bonum eſt, ſi inutile malum eſt, licet ſit eiuſdem naturæ in ſe. Pænæ huius vitæ bonis ſunt ſaluberrima medicamenta, ſiue ſanent, ſiue præſeruēt: ſunt exercitamenta virtutis, ſunt clibanus ſiue caminus in quo purgatur aurū, conſumitur ſcoria: in eodem clibano carbo, ligna, paleæ cō-ſumuntur, malum hoc eſt his rebus, ſed bonum auro: hęc eſt cauſa cur ille, qui cuſtodit præceptum non experitur malum, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. Multa dici poſſent de vtilitate tribulationis, & patientiæ iuſtorum, ſed de hoc ſæpe occurrit dicendi occaſio. Verbum malum etiam poteſt ſignificare ſententiam condemnationis impiorum: verbum malum .i. durum terribile, ite maledicti in ignem æternum. Verbum malum calumnia, detractio, accuſatio, iniuria non nocebit cuſtodienti præceptū, quamuis lingua maledica, & blaſphema quaſi gladio feriatur non vulnerabitur. Item actiue, cuſtodiens præceptum non ſciet verbum malum, nulli maledicet, nemini calumniam intentabit, non erit ſuſurro, detractor, &c. Rom. 8. v. 28. Prouer. 12. v. 21.

Iadahh. Iadahh. id eſt ſcio, cognoſco, demonſtro, doceo, &c. & cognitione practica ſignificat experiri: hanc ſcientiam mali diaboli inuidia, & hominis præuaricatio mundo intulit. Homo dicitur cognoſcere fæminam id eſt experiri. Chriſtus proficiebat ſapientia ſcilicet experimentali; didicit ex his, quę paſſus eſt obedientiam. Deus nel. neſcia, id eſt, Luc 2. v 52. Hebr. 5. v. 8.

eſt, pœnas nouerat ſpeculatiue, ſed experimento cognouit factus homo. Neſcire vel ignorare verbũ malum, actiue & paſſiue ſumi poteſt, vt indicaui, de ignorantia practica. Item verbum pro ſermone, vel pro re vſurpatur. Secunda pars huius verſus poteſt eſſe noua ſententia, vel pars præcedentis ſiue illius complementum & explicatio, videlicet, ignorat ſapiẽs malum quia cuſtodit præceptum, nouit autem tempus cuiq. negotio aptum, nouit quando loquendum ſit, diſponit ſermones Pſal. 111. ſuos in iudicio. Si ſequamur verba Hebræa, facilior, erit connexio vtriuſq. partis, & inde etiam latina verſio erit dilucidior. Neſcit verbum malum is, qui præceptum cuſtodit, ſcit autem cor ſapientis tempus & iudicium cuſtodiendi Dei mandata. Illa eſt prudens ignorantia ac ſalubris: iſta eſt optima & neceſſaria ſapientia, quia non ſufficit ſcire quid agendum, ſed quando & qualiter: bonum enim cõſurgit ex integra cauſa: ad deprauandum opus quiuis defectus ſat eſt. Tempus poteſt ſumi non ſolum pro opportunitate, ſed abſolute pro tota vita, & iudicium pro illo, quod fit egrediente anima de corpore, & pro vniuerſali iudicio. Quaſi dicat, ſapiens cuſtodit præceptum recedit à malo, ignorat culpam, nulli facit iniuriam, quia cor eius nouit tempus vitæ conceſſum ſibi ad bene agendum, ad promerendam æternam vitam. Conſiderat omnia, quæ à Deo accepit, de quibus rationem in iudicio redditurus eſt: nouit tẽpus breue eſſe oportereque illud redimere, quoniam dies mali ſunt, hoc enim ſapientis eſt: Eph. 5. 16. Hebr. 9. 27. nouit inſtare mortem, eſſeque eius horam incertã & poſt hoc fore iudicium. Huius rei recordatio hominem prudentem in officio cõtinet. Fortaſsis ad hoc reſpexit vulgatus cum pro iudicio vertit reſponſionem, nam qui reddit rationem alicui reſpondet ad interrogata. Sapiens ergo ſcit tempus & reſponſionem, quia ſemper præoccupat faciem Domini in confeſsione: Pſ. 94. v. 2. ſi enim aduerſum ſe homo confiteatur iniuſtitiam ſuam, Dominus Pſ. 31. v. 5. remittet impietatem peccati. Nouit ergo ſapiens tempus breue eſſe, & mundi huius figuram præterire, præparat ſe ad iudicium: nam vt dicitur Iob. 9. 1. Cor. 7. v. 7 13. Iob. 9. v. 12. ſi (Dominus) repente interroget quis reſpondebit ei? Nemo Deo poteſt reſpondere niſi ad eius miſericordiam ſe recipiat, & hanc ſibi patrocinari faciat, cum hac poterit reſpondere. Quantus ſum ego, inquit Iob, vt reſpondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? qui Ca. 9. 14. etiam ſi habuero quidpiam iuſtum, non reſpondebo ſed meũ iudicem deprecabor. Nouit ſapiens

piens reſponſionem & iudiciũ, nouit neminem in iudicio tutũ eſſe poſſe niſi Dei gratia & bonis operibus munitus, paratus ſit iudici reſpondere non ſuam met iuſtitiam prætendens, ſed ad Dei clementiã confugiens. Reſpõdet ſapiẽs Deo in præſenti quia paratus eſt ſemper obtẽperare: optima reſpõſio eſt obedientia, & operis imperati executio. Nunc vocat Deus, & peccator non reſpondet, vocaui & renuiſtis &c. Prou. 1. v. 24. tempus nunc eſt reſpondendi, qui nunc tacet in iudicio obmuteſcet. Paratus erat Habacuc ad reſpondendum cum aiebat, ſuper cuſtodiam meã ſtabo & figam gradum ſuper munitionem, & contemplabor, vt videã quid dicatur mihi, & quid reſpõdeam ad arguentem me. Hoc eſt intelligere tempus & iudiciũ, ne nos dies Domini imparatos cõprehendat terreat, euertat. Cur pro iudicio verterit vulgatus, reſponſionẽ ex patre indicauimus, ſed adhuc fuſius explanandum eſt, dum enim nomen generalis ſignificationis contraxit, nos ad eius amplitudinẽ indagandã cõpulit. Miſphat. i. iudicium multa ſignificat, ſicut Saphat. i. iudico. Iudicare eſt ius dicere, diſcernere quid iuſtũ aut iniuſtum ſit definire, eſt actus rationis expẽdentis rerũ merita, cauſas proprietates &c. Hinc fit vt damnetur reus, abſoluatur innocens

Habac. 2.

Iudicium.

Miſphat.

ſi iudicium rectum eſt: quod ad iudicem pertinet, qui etiam nocentes punit, innocentes defendit, ſua ſententia lites & controuerſias terminat. Iudicium eſt rationis diſcernentis actus, ſignificat etiam punitionem, vltionem, damnationem, conſuetudinem, morem, ritum, diſpoſitionem, legem, decretum, præceptum &c. rem hanc aliquibus illuſtremus exemplis Geneſ. 18. num. 19. facere iudicium & iuſtitiam, eſt ſecundum rectam rationem & iuxta Dei legem viuere, nihil temere facere, vt in omni opere ſeruetur rectitudo, & æquitas erga proximũ. Exod. 15. num. 25. iudicia, id eſt, ritus ſtatuta. Huius plurima extant exempla in Deuteronomio & Pſal. 118. Diſpoſitio. 2. Paral. 8. num. 14. cap. 30. num. 16. Ioſue. 6. num. 15. ſicut diſpoſitum erat. H. ſecũdum iudicium hoc. Decretum. 1. Reg. 27. num. 11. Præceptum 1. Eſdræ. 3. num. 4. Pſ. 7. v. 7. Conſuetudo. Iud. 18. num. 7. 4. Reg. 17. nu. 33. 40. Ritus. 3. Reg. 18. num. 28. 4. Reg. 17. num. 26. 1. Paral. 24. num. 19. 2. Paral. 4. nu. 20. Nehe. ca. 8. num. 18. Moys. Exod. 21. num. 9. Ordo. 1. Paral. 6. num. 32. 1. Eſdræ. 3. nu. 4. Ierẽ. 3. num. 18. Ordinatio Pſal. 118. v. 91. Lex. 1. Reg. 10. num. 25. ca. 30. nu. 25. 2. Paral. 35. n. 13. Vindicta. Pſal. 139. v. 13. 2. Paral. 6. num. 35. vlciſcaris. H. facies

facies iudicium iuſtitia. Prouer. 8. num. 2. Iudicare, id eſt damnare punire. 1. Reg. 3. num. 13. Pſal. 5. v. 1. Eruere. 1. Reg. 24. num. 16. Euertere. 2. Paral. 22. num. 8. Longum foret ſi ſingula perſequi vellem. Hæc prudẽs lector facile accõmodabit præſenti loco. Illud etiam hic recolendum, quod alibi expoſitum eſt, ſcilicet reſponſionem eſſe conuenientem retributionem, conuenientiam inter meritum & mercedem: ſic dicitur Gen. 30. num. 33. reſpondebit mihi cras iuſtitia mea. Iſa. 3. num. 9. Agnitio vultus eorum reſpõdebit eis. ca. 59. n. 12. peccata noſtra reſponderunt nobis. Ierem. 14. nu. 3. Oſeæ. 5. nu. 5, intelligit ſapiens mores conſuetudines, legem, præceptum &c. nouit ius dicere, reſpondere quæſtioni propoſitæ: nouit damnationem impiorum, quid reſpondeat peccatori in iudicio Diuino: in his rebus conſiderandis moratur mens iuſti & ſapiẽtis. *Reſponſio.*

v. 6. He. *Quia omni voluntati eſt tempus & iudicium: quia malum hominis multum ſuper eum.*

Lat. *Omni negotio tempus eſt & opportunitas, & multa hominis afflictio.*

EX his quæ dicta ſunt v. 5. facile intelligitur præſens ſententia. Cap. 7. v. 19. dixerat, timentem Deum nihil negligere, id ſapienti cõuenit, qui nullam prætermittit occaſionẽ bene agendi, conſiderat vitam humanam eſſe militiã: & dies eſſe malos: dieique vnicuiq. malitiã ſuam ſufficere. Nõ pendet è craſtino, ſatagit operari donec dies eſt, donec lux ſupereſt, veniet enim nox quãdo nemo poterit operari. Conatur ſe expedire ab omnibus malis, quę hominũ actiones circunſtant: ſemper habet ante oculos Dei voluntatẽ & iudicium: cõſiderat diem hominis & diem Domini: in illa oportet operari, in iſta mercedẽ operis recipere. Habet Deus præmium & pœnã, hæc pleniſſima erunt in die Domini. Qui in die ſuo, in tempore ſuo Dei voluntatem & præceptum tranſgreſſus eſt pœnæ ſubiacebit: coronabitur autem qui legitime certauerit. *Iob. 7. Epheſ. 5. Ioan. 9. v. 4.*

Chephets. i. voluntas &c. vide ca. 3. v. 1. hic vulgatus vertit Negotiũ, cũ LXX. & Chaldæo. Voluntas ſiue placitũ pro re volita vſurpatur, ſiue ad Deũ ſiue ad hominẽ referatur. Miſphat. i. iudicium &c. etiam hoc ad Dei iudicium referri poteſt, vel ad hominem: quia omnia tẽpus habent, & conuenientia cuiuſque rei non eſt perpetua, ſapiẽs omnia conſiderat & opportunitatem attendit, atripitque. Vulgatus v. 5. vertit, Reſponſionem *Miſphat.*

ſionem, hic vero opportunitatē. Nota, rei diſpoſitio & ordo vt dictum eſt vocatur iudicium. Adde iam dictis illud 3. Reg. 4. nu. 28. iuxta conſtitutum ſibi. H. vir ſecundum iudiciū ſuum: 3. Reg. 6. num. 38. perfecta eſt domus in omni opere ſuo, & in vniuerſis vtenſilibus ſuis H. ad omnia verba ſua & ad omnia iudicia ſua, id eſt iuxta omnia quæ opus erant decebant & cōueniebant ad perfectionem, ſiue complementum. Leuit. 5. nu. 10. vt fieri ſolet. H. ſecundum iudicium. 4. Reg. 1. num. 17. cuius figuræ & habitus eſt? H. quod iudicium viri? 2. Paral. cap. 4. num. 7. ſecundum ſpeciem (H. iudicium) qua iuſſa erant fieri. Optime igitur poteſt verti nomen Miſphat, id eſt iudicium, per nomen opportunitas, conuenientia, decentia, modus.

v.7. He. *Quis non ipſe ſciens quid quid erat, quia quando (vel quomodo) erit quis indicabit ei?*

Lat. *Quia ignorat præterita, & futura nullo poteſt ſcire nuncio.*

SI rerum conſequentiam teneamus non faceſſet nobis negotium ſententia iſta, in cuius explicatione quidam ſine fructu laborant. Cuſtodit, inquit, præceptum, conſiderat rerum opportunitatem, paratus eſt ſapiens ad reddendam rationem, vigilat, quia ignorat quādo Dominus eius venturus ſit, pugnat non quaſi in incertum, ſed caſtigat corpus ſuum & in ſeruitutem redigit, timet ne tranſeat tempus acceptabile, dies ſalutis.

Respiſcendū cito. *Pænitentia,*

Matth. 13. 35.

1. Cor. 9. 26.

2. Cor. 6. v. 2.

Qui nō eſt hodie cras minus aptus erit.

Li. 4. Ode. 7. Horat. li. 3. Ode. 29.

Quis ſcit an adijciant hodiernæ craſtina ſummæ

Tempora Dij ſuperi.

Prudens futuri temporis exitū caliginoſa nocte premit Deus. Volūtas hominis mutabilis eſt, non tamen ſine cauſa mutatur: aliquid de nouo ſubit: cum modo ſit affixa alicui rei, quo pacto ſcire poteſt an cras aliud occurrat quod magis placeat? hodie placet voluptas, lucrum, honor, cur craſtina die diſplicebit? conſuetudo eſt altera natura, quo magis homo in ſcelere permanet difficilius ab illo auellitur. Præterea ſine Dei gratia homo non poteſt conuerti, qui hodie illam contemnit ſcire nō poteſt an Deus illum traditurus ſit in reprobum ſenſum, an induraturus ſit cor illius: gratia enim Dei libera eſt. Si hodie diſplicet peccatori Dei lex cur craſtina die placebit? ſi concupiſcentia illum ā recta via abſtrahit, quo pacto reuertetur ad ſalutis iter quando ab illo lōgius receſſe-

Perſeuerantia in malo.

Digitized by Google

Pſ. 94.v.8. receſſerit? hodie ſi vocem Domini audieritis nolite obdurare cordaveſtra, ne Deus iratus derelinquat vos in illa duritia, quam amaſtis. De hac ignorantia puto hic loqui Salomonem: nec alienum eſt vt loquatur etiam de incertitudine horæ mortis, quam aſtrologi ex hora natiuitatis certo ſciri poſſe contēdunt, quod omnes fere Theologi negāt. Ego de hac re nolo importune verba facere, ſcio multa mendacia eſſe ab Aſtrologis conficta. Quondam de hac re mihi cum magiſtro meo Fr. Bartholomeo Medina acris cōcertatio fuit, nam cum operam darem Theologiæ ſimul Salmāticæ publice aſtrologiam profitebar, ego multa ab aſtrologis prædici poſſe cōtendebam, ille vehementer mihi repugnabat, ſed quia D. Thomæ, vt æquum erat, tantum honoris deferret, aliquantulum conquieuit, cum ego me. D. Thomæ auctoritate protexerim aſſerentis 1.p. q. 115. art. 4. ad. 3. plures homines ſequuntur paſsiones &c. pauci autem ſunt ſapientes, qui reſiſtāt paſsionibus, & ideo aſtrologi vt in pluribus vera poſſunt prædicere, maxime in communi &c. cum iam eſſemus concordes dixi illi, multa fieri à noſtris argumenta friuola & ridicula cōtra iudiciarios, oporereque illorum libros euoluere, vt efficaciter eorum vanitas

Aſtrologia. Iudiciaria.

& mendacia refutarentur. Tūc aliqua illi indicaui, quorū nunc poſt tot annos recordari non poſſum, quæ cum audiſſet obſtupeſcebat, conſiderans temeria figmēta. Memini apud Guidonem Bonatum legiſſe neminem poſſe nonageſimum annū ſuperare ob triplicem reuolutionem Saturni, quod quam apertum ſit mendacium multorum experientia cōuincit. Ego plures noui qui centeſimum annum tranſgreſsi ſunt: primum Æthiopem vidi, qui Vlyſsipponem venerat, qui tunc cum à me viſus eſt iam vltra 150. annos vixerat. Guido eſt iudiciariorum princeps, qui infinitis regulis, & conſiderationibus ſic iudicia implicat, vt nihil certi haberi poſsit. Eſto ſciri poſsit hora mortis, ſed vbi ſapiens aſtrologus? vbi obſeruator natiuitatis? Quot aſtrologi ſufficerēt faciendis iudicijs, & dirigendis Planetis? Omnia ad duodecim domus reuocant iudicia, hæ ſunt ſpacia in cælo, quorum ſignificatio diuerſa eſt: ſed de partitione harum domorum non conueniunt aſtrologi. Aliter illas deſignat Ioannes de Monte regio, aliter Campanus. In terminis planetarum ineſt peculiaris prædicendi ratio, ſed Ptolomeus ab Ægyptijs diſſentit in aſsignatione terminorū. Cum hoc ſtudium ante hos fere 40. annos reliquerim non poſ-

poſſum aliorum meminiſſe. Iuuat Aſtrologos quorundã theologorum ſtulta confutatio per rationes communiſsimas leuiſſimaſque, quas cum confutauerint putant ſe palmam contra omnes reportaſſe. Niſi fallor Oomar audet etiam docere qua ratione etiam nomina propria poſsint diuinando ſciri, quo non video quid vanius fingi poſsit.

Cicero. Cicero 2. de Diuinatione refert multa à Chaldæis prædicta fuiſſe Pompeio Craſſo & Cæſari, qui longã vitam, mortem honeſtam, domique futurã promittebant, vt mihi, inquit, permirum videatur quemquã extare, qui etiam nunc credat ijs, quorum prædicta quotidie videat re, & euentis refelli. Vide eundẽ Ciceronem in fine libri primi. Sed quicquid diuinẽt aſtrologi nihil ad præſens attinet, non ſolum quia ſæpe fallun tur, & quia cõmunia prędicunt non ſingularia, & quia liberum arbitrium aſtris non ſubditur. Et quia ſermo præſens eſt de morum probitate aut improbitate à Deo iudicãda, & de mutatione voluntatis per pænitentiam ſalutarem, quæ ſine Dei gratia eſſe non poteſt. Non eſt dubium nos multa pręterita ſcire: multaq. futura habere cauſas naturales aut neceſſarias, aut plerumq. certas: ſunt enim quæ de ecclypſibus, & de aſtrorum motu prædicuntur certiſsima: ſunt, certa tempeſtatum, & mutationũ aeris prognoſtica, aut quæ raro fallunt; habet medicina ſuas prædictiones: non de iſtis loquitur Salomon, ſed de ignorantia rerum, quæ nos tutos facere poſſunt coram Deo iudice. Tot curis, & negotijs impedimur, tot exagitamur affectibus, vt ignoremus quoties à Dei amicitia defecerimus, & vtrũ aliquãdo poſt lapſum dignam pænitentiam fecerimus. Cum nos pręterita noſtra latẽt, qua ratione futura ſciemus? ergo danda opera, vt nullam prætereamus bene agendi opportunitatem. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ: vt mi ſericordiã conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Hebr. 4. Laborat quidam vt conciliet vulgatam cum Hebræo, quia in Hebræo bis ponitur verbum ſubſtantiuum futuri temporis, & quamuis futurum aliquando pro præterito vſurpari ſoleat, & è conuerſo, verum hic hoc non eſt neceſſe, ſed ſatis eſt vt futurum ſumatur pro præterito imperfecto quod eſt vſitatiſsimum, & receptum ab his qui tradunt rudimenta Hebraicæ linguæ. Id aperte conſtabit c. 10. v. 14.

Non homo potens in ſpiritum ad prohibendum ſpiritum: & non poteſtas in die mortis: v. 8. He.

mortis: & non remiſsio in prælio. & non eruet impietas auctores ſuos.

I at. *Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum, nec habet poteſtatem in die mortis, nec ſinitur quieſcere ingruente bello, neque ſaluabit impietas impium.*

LITERALIS ſenſus facilis eſt: nec argumentis nec exemplis eget, eum nemo ſit qui hoc in dubium vocet: admonere tamẽ debemus nos metipſos, vt quod certum eſt & ineuitabile ſit ſemper memoriæ præſens, ne incautos occupet obruatq. interitus, ne tepẽtina calamitas irruat, & interitus quaſi tempeſtas ingruat: & veniat ſuper nos tribulatio & anguſtia: iacula enim quæ præuidentur minus feriunt. Futura ignoramus, futura mors eſt, quã nemo ignorat, ignorat tamen aduentus eius momentum: neque ſapientia, neque fortitudine, neque vlla violentia, aut impietate poteſt homo mortis neceſsitatem euadere. Magna eſt Dei potentia. Terribilis eſt, qui aufert ſpiritum principum, ad quod non opus habet brachio ſuo, humorum corruptio, aeris infectio, tantillum veneni, vipetæ morſus, baſiliſci aſpectus, inimici gladius & multa his ſimilia homines de medio tollunt: neque poſſunt egrediẽtem ſpiritum retinere. Poteſt etiam eſſe ſimilitudo ſcilicet: ſicut hominis poteſtati non ſubditur aeris ſiue venti commotio, ita non poteſt morti imperare quæ neceſſario ventura eſt tametſi tardius veniat. Deo venti & mare obediunt, ipſe habet poteſtatem ſuper mortem, vt poſsit viuentes à morte liberare ſicut Henoc & Eliam, qui adhuc viuunt: & mortuos ad vitam reuocare ſicut per Eliam & Eliſæum fecit: aut morti iam deſtinatis longioris vitæ ſpatium cõcedere, ſicut Ezechiæ quindecim annos: nos neque in mortem neque in diem mortis habemus poteſtatem, ſiue mors nos domi inuadat: ſiue in bello nulla erit remiſsio, nullæ erunt induciæ.

Prou. 1. 27. — *Ad mortem præparatio.* — *Pſ. 75. v. 13.* — *Iſa. 37.* — *Horat. li. 2. Ode. 13.*

Quid quiſq. vitet nunquam homini ſatis
Cautum eſt in horas: nauita Boſphorum
Pœnus perhorreſcit neq. vltra,
Cæca timet aliunde fata.
Miles ſagittas & celerem fugam
Parthi. Catenas Parthus & Italum
Robur: ſed improuiſa lethi
Vis rapuit, rapietq. gentes.

Ergo quia mors inſuperabilis eſt, & hora mortis incerta, vnicũ erit remedium contra mortem, non vt non veniat, ſed ne nos inuitos rapiat, ne incautos occupet,

occupet,ne nocumentum inferat, ſed ſit mori lucrum,ſitque mors vitæ veræ ianua, & á miſeria ad fælicitatem tranſitus.
Charitas. Remediũ eſt charitas, quia fortis eſt vt mors dilectio, quæ mortem non timet,ſed intrepida expectat,inuitat, excipit cũ gaudio:hæcPaulum roborabat, vt cuperet diſſolui & eſſe cum Chriſto, cui viuere Chriſtus erat & mori lucrum.
Cant. 8.

Salyt. Salyt,id eſt princeps,potens, Dominans, imperans &c.

Silton, id eſt, poteſtas &c. ſup. v. 4.

Miſlachath. Miſlachath,id eſt,miſsio, immiſsio, remiſsio,expulſio &c. Ego proprium & verũ ſenſum quem vulgatus tenuit, ſecutus verti,remiſsio. Huius nominis ſignificatio petenda eſt ex verbo Salach,id eſt,mitto, emitto, dimitto &c.Sed producam exẽpla ſignificationum illarũ, quæ præſenti loco videntur aptiores.Remitto Gen. 43.num. 14. Exod. 18. 2. 1.Reg. 6. num.2. num. 3. cap 13. num.2. 3.Reg. 20.num.10 4. Reg. 14.num.9. 1. Paral. 12. num. 19. 2. Paral. 25. num.18.Libero Geneſ. 19. num.29. Expello. Gen. 26. nu. 27. Leuit. 20. num. 23. 2. Reg. 13. num. 16. Alijs modis verti ſolet, ſed nunc hæ ſignificationes ſufficiunt. Senſus eſt,cum mors bellum indicit, aduenrantibus mortis nuncijs, ſatellitibuſque,non conceditur remiſsioneque libertas;nec expulſio.
Salach.

Bahhal. Bahhal ſignificat habere,poſſidere, dominari : & nomen Bahhal ſignificat poſſeſſorem, dominum,virum,id eſt, maritum,magiſtrum,patronum,auctorem,principem &c.Vide ca. 12. v. 11. In præſenti vulgatus impium vertit, qui habet impietatem, ego verti auctores, alij Patronos: nolui vertere dominos aut poſſeſſores, quia impietas tenet,dominatur, imperat auctoribus ſuis.Multi quaſi diutiſsime victuri,& mortis immemores ſtudent impietati accumulant diuitias, vim faciunt infirmioribus,indulgent voluptatibus,delicijs affluunt: in his omnibus viget illorum *impietas*, quæ nihil proficiet contra mortis impetum.Nil potentius diuitijs,ſed non proderunt diuitiæ in die vltionis:iuſtitia autem liberabit à morte.& ca. 10. v. 2. Nil proderunt theſauri impietatis: iuſtitia autem liberabit à morte. Quomodo liberabit iuſtitia,ſi mors eſt ineuitabilis?reſponſio huius ſupra indicata eſt,quia vera iuſtitia non eſt ſine dilectione.fortis autem eſt vt mors dilectio. Impius mortem timet,quia temporalis ei initium eſt æternæ.
Diuitiæ. Prou. 11. 4.

Omne hoc vidi, & dare cor meum ad omne factum quod fit ſub ſole, tempore, quo domi- v. 9. H.

dominatur homo in hominem ad malum ſibi.

Lat. *Omnia hæc conſideraui, & dedi cor meum in cunctis operibus, quæ fiunt ſub ſole: interdum dominatur homo homini in malum ſuum.*

CVM mors ſit certiſsima, & mortis hora ignota, moxq. animus rapiendus ſit, atque coram iudice ſiſtendus, rarus eſt qui hoc meditatur, ſeque præparet in occurſum Dei ſui, & præoccupet faciem eius in confeſsione. Cumq. nemo tam ſanctus ſit, qui non debeat tremendum illud iudicium formidare, & cui non ſit neceſſe dicere cum
Pſal. 42. 2. Dauide: non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens: tamen ita ſunt multi temerarij, vt peccata peccatis apponant, vt humanas laudes appetant, vt mortalium oculis placere cupiant, Dei autem ſemper manentis præſentiam non vereantur, neque illius maieſtatem venerentur, eiuſque imperium & potentiam obliuiſcantur, hinc fit vt impiorum temeritas longius progrediatur, & ambitio vela expandat, *Ambitio.* coneturque homo dominari in hominem ſui ſimilem, & ſæpe moribus meliorem in malum præſertim ipſius dominantis. Qui etiam alijs nocet exemplo, violentia, exactionibus, ſubditoſque ſibi ad impatientiam, odiumque impellat. In malum ſuum hoc eſt, prælati, vel ſubditi: domini vel ſerui: ſed malus dominus ſibi potius nocet quam alijs, qui ſi patienter ferunt auaritiam, temeritatem, tyrannidemque ſuperioris, plus emolumenti conſequentur apud Deum, quam fecerint detrimenti in hoc ſæculo. Iure optimo nobis præcipitur fidelis ac prompta obedientia erga ſuperiores, quoniam magnum onus portant, & ſeuerum illos manet iudicium, exquiſitamque ſunt rationem reddituri: ſed multo magis vrget prælatos ſpirituales. Hebræ. 13 num. 17. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim peruigilāt quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant & non gementes, hoc enim non expedit vobis Dauid ait. Si iniquitates ob- Hebræ. 13. ſeruaueris Domine, quis ſuſtinebit? Et tamen audent homines temerarij ambire in alios imperium, neque formidant rationem reddere pro aliorum animabus: ſed talibus nulla eſt animarum cura, ſed honoris, voluptatis, lucri: hi dominantur in homines in malum ſuū. Non poteſt mundus hic inferior conſeruati ſine princi- Pſal. 129. 5.

Dd pibus,

piens reſponſionem & iudiciũ, nouit neminem in iudicio tutũ eſſe poſſe niſi Dei gratia & bonis operibus munitus, paratus ſit iudici reſpondere non ſuam met iuſtitiam prætendens, ſed ad Dei clementiã confugiens. Reſpõdet ſapiẽs Deo in præſenti quia paratus eſt ſemper obtẽperare: optima reſpõſio eſt obedientia, & operis imperati executio. Nunc vocat Deus, & peccator non reſpondet, vocaui & renuiſtis &c. Prou. 1. v. 24. tempus nunc eſt reſpondendi, qui nunc tacet in iudicio obmuteſ-

Habac. 2. cet. Paratus erat Habacuc ad reſpondendum cum aiebat, ſuper cuſtodiam meã ſtabo & figam gradum ſuper munitionem, & contemplabor, vt videã quid dicatur mihi, & quid reſpõdeam ad arguentem me. Hoc eſt intelligere tempus & iudiciũ, ne nos dies Domini imparatos cõprehendat terreat, euertat. Cur pro iudicio verterit vulgatus, reſponſionẽ ex parte indicauimus, ſed adhuc fuſius explanandum eſt, dum enim nomen generalis

Iudicium. Miſphat. ſignificationis contraxit, nos ad eius amplitudinẽ indagandã cõpulit. Miſphat. i. iudicium multa ſignificat, ſicut Saphat. i. iudico. Iudicare eſt ius dicere, diſcernere quid iuſtũ aut iniuſtum ſit definire, eſt actus rationis expẽdentis rerũ merita, cauſas proprietates &c. Hinc fit vt damnetur reus, abſoluatur innocens ſi iudicium rectum eſt: quod ad iudicem pertinet, qui etiam nocentes punit, innocentes defendit, ſua ſententia lites & controuerſias terminat. Iudicium eſt rationis diſcernentis actus, ſignificat etiam punitionem, vltionem, damnationem, conſuetudinem, morem, ritum, diſpoſitionem, legem, decretum, præceptum &c. rem hanc aliquibus illuſtremus exemplis Geneſ. 18. num. 19. facere iudicium & iuſtitiam, eſt ſecundum rectam rationem & iuxta Dei legem viuere, nihil temere facere, vt in omni opere ſeruetur rectitudo, & æquitas erga proximũ. Exod. 15. num. 25. iudicia, id eſt, ritus ſtatuta. Huius plurima extant exempla in Deuteronomio & Pſal. 118 Diſpoſitio. 2. Paral. 8. num. 14. cap. 30. num. 16. Ioſue. 6. num. 15. ſicut diſpoſitum erat. H. ſecũdum iudicium hoc. Decretum. 1. Reg. 27. num. 11. Præceptum 1. Eſdræ. 3. num. 4. Pſ. 7. v. 7. Conſuetudo. Iud. 18. num. 7. 4. Reg. 17. nu. 33. 40. Ritus. 3. Reg. 18. num. 28. 4. Reg. 17. num. 26. 1. Paral. 24. num. 19. 2. Paral. 4. nu. 20. Nehe. ca. 8. num. 18. Mos. Exod. 21. num. 9. Ordo. 1. Paral. 6. num. 32. 1. Eſdræ. 3. nu. 4. Ierẽ. 3. num. 18. Ordinatio Pſal. 118. v. 91. Lex. 1. Reg. 10. num. 25. ca. 30. nu. 25. 2. Paral. 35. n. 13. Vindicta. Pſal. 139. v. 13. 2. Paral. 6. num. 35. vlciſcaris. H. facies

facies iudicium iuſtitia. Prouer. 8. num. 2. Iudicare, id eſt damnare punire. 1. Reg. 3. num. 13. Pſal. 5. v. 1. Eruere. 1. Reg. 24. num. 16. Euertere. 2. Paral. 22. num. 8. Longum foret ſi ſingula perſequi vellem. Hæc prudẽs lector facile accõmodabit præſenti loco. Illud etiam hic recolendum, quod alibi expoſitum eſt, ſcilicet reſponſionem eſſe conuenientem retributionem, conuenientiam inter meritum & mercedem: ſic dicitur Gen. 30. num. 33. reſpondebit mihi cras iuſtitia mea. Iſa. 3. num. 9. Agnitio vultus eorum reſpõdebit eis. ca. 59. n. 12. peccata noſtra reſponderunt nobis. Ierem. 14. nu. 3. Oſeæ. 5. nu. 5, intelligit ſapiens mores conſuetudines, legem, præceptum &c. nouit ius dicere, reſpondere quæſtioni propoſitæ: nouit damnationem impiorum, quid reſpondeat peccatori in iudicio Diuino: in his rebus cõſiderandis moratur mens iuſti & ſapiẽtis. *Reſponſio.*

v.6. He. *Quia omni voluntati eſt tempus & iudicium: quia malum hominis multum ſuper eum.*

Lat. *Omni negotio tempus eſt & opportunitas, & multa hominis afflictio.*

EX his quæ dicta ſunt v. 5. facile intelligitur præſens ſententia. Cap. 7. v. 19. dixerat, timentem Deum nihil negligere, id ſapienti cõuenit, qui nullam prætermittit occaſionẽ bene agendi, conſiderat vitam humanam eſſe militiã: & dies eſſe malos: dieique vnicuiq. malitiã ſuam ſufficere. Nõ pendet è craſtino, ſatagit operari donec dies eſt, donec lux ſupereſt, veniet enim nox quãdo nemo poterit operari. Conatur ſe expedire ab omnibus malis, quę hominũ actiones circumſtant: ſemper habet ante oculos Dei voluntatẽ & iudicium: cõſiderat diem hominis & diem Domini: in illa oportet operari, in iſta mercedẽ operis recipere. Habet Deus præmium & pænã, hæc pleniſſima erunt in die Domini. Qui in die ſuo, in tempore ſuo Dei voluntatem & præceptum tranſgreſſus eſt pænæ ſubiacebit: coronabitur autem qui legitime certauerit. *Iob. 7. Eph. 5.* *Ioan. 9. v. 4.*

Chephets. i. voluntas &c. vide ca. 3. v. 1. hic vulgatus vertit Negotiũ, cũ LXX. & Chaldeo. Voluntas ſiue placitũ pro re volita vſurpatur, ſiue ad Deũ ſiue ad hominẽ refertur. Miſphat. i. iudicium &c. etiam hoc ad Dei iudicium referri poteſt, vel ad hominem: quia omnia tẽpus habent, & conuenientia cuiuſque rei non eſt perpetua, ſapiẽs omnia conſiderat & opportunitatem attendit, arripitque. Vulgatus v. 5. vertit. Reſponſionem *Miſphat.*

ſionem, hic vero opportunitatē. Nota, rei diſpoſitio & ordo vt dictum eſt vocatur iudicium. Adde iam dictis illud 3. Reg. 4. nu. 28. iuxta conſtitutum ſibi. H. vir ſecundum iudiciū ſuum. 3. Reg. 6. num. 38. perfecta eſt domus in omni opere ſuo, & in vniuerſis vtenſilibus ſuis H. ad omnia verba ſua & ad omnia iudicia ſua, id eſt iuxta omnia quæ opus erant decebant & cōueniebant ad perfectionem, ſiue complementum. Leuit. 5. nu. 10. vt fieri ſolet. H. ſecundum iudicium. 4. Reg. 1. num. 17. cuius figuræ & habitus eſt? H. quod iudicium viri? 2. Paral. cap. 4. num. 7. ſecundum ſpeciem (H. iudicium) quæ iuſſa erant fieri. Optime igitur poteſt verti nomen Miſphat, id eſt iudicium, per nomen opportunitas, conuenientia, decentia, modus.

v. 7. He. *Quis non ipſe ſciens quid quid erat, quia quando (vel quomodo) erit quis indicabit ei?*

Lat. *Quia ignorat præterita, & futura nullo poteſt ſcire nuncio.*

SI rerum conſequentiam teneamus non faceſſet nobis negotium ſentētia iſta, in cuius explicatione quidam ſine fructu laborant. Cuſtodit, inquit, præceptum, conſiderat rerum opportunitatem, paratus eſt ſapiens ad reddendam rationem, vigilat, quia ignorat quādo Dominus eius venturus ſit, pugnat non quaſi in incertum, ſed caſtigat corpus ſuum & in ſeruitutem redigit, timet ne tranſeat tempus acceptabile, dies ſalutis.

Reſipiſcendū cito.
Pœnitentia,
Matth. 13. 35.
1. Cor. 9 26.
2. Cor. 6. v. 2

Qui nō eſt hodie cras minus aptus erit.

Quis ſcit an adijciant hodiernæ craſtina ſumma.

Tempora Dij ſuperi.

Li. 4. Ode. 7.
Horat. li. 3. Ode. 29.

Prudens futuri temporis exitū caliginoſa nocte premit Deus. Volūtas hominis mutabilis eſt, non tamen ſine cauſa mutatur: aliquid de nouo ſubit: cum modo ſit affixa alicui rei, quo pacto ſcire poteſt an cras aliud occurrat quod magis placeat? hodie placet voluptas, lucrum, honor, cur craſtina die diſplicebit? conſuetudo eſt altera natura, quo magis homo in ſcelere permanet difficilius ab illo auellitur. Præterea ſine Dei gratia homo non poteſt conuerti, qui hodie illam contemnit ſcire nō poteſt an Deus illum traditurus ſit in reprobum ſenſum, an induraturus ſit cor illius: gratia enim Dei libera eſt. Si hodie diſplicet peccatori Dei lex cur craſtina die placebit? ſi concupiſcentia illum ā recta via abſtrahit, quo pacto reuertetur ad ſalutis iter quando ab illo lōgius

Perſeuerantia in malo.

receſſe-

Digitized by Google

Pſ. 94. v. 8. receſſerit? hodie ſi vocem Domini audieritis nolite obdurare corda veſtra, ne Deus iratus derelinquat vos in illa duritia, quam amaſtis. De hac ignorantia puto hic loqui Salomonem: nec alienum eſt vt loquarur etiam de incertitudine horæ mortis, quam aſtrologi ex hora natiuitatis certo ſciri poſſe contẽdunt, quod omnes fere Theologi negãt. Ego de hac re nolo importune verba facere, ſcio mulra mendacia eſſe ab Aſtrologis conficta. Quondam de hac re mihi cum magiſtro meo Fr. Bartholomeo Medina acris cõcertatio fuit, nam cum operam darem Theologiæ ſimul Salmãticæ publice aſtrologiam profitebar, ego multa ab aſtrologis prædici poſſe cõtendebam, ille vehementer mihi repugnabat, ſed quia D. Thomæ, vt æquum erat, tantum honoris deferret, aliquantulum conquieuit, cum ego me. D. Thomæ auctoritate protexeiim aſſerentis 1. p. q. 115. art. 4. ad. 3. plures homines ſequuntur paſsiones &c. pauci autem ſunt ſapientes, qui reſiſtãt paſsionibus, & ideo aſtrologi vt in pluribus vera poſſunt prædicere, maxime in communi &c. cum iam eſſemus concordes dixi illi, multa fieri à noſtris argumenta friuola & ridicula cõtra iudiciarios, oporteteque illorum libros euoluere, vt efficaciter eorum vanitas & mendacia refutarentur. Tũc aliqua illi indicaui, quorũ nunc poſt tot annos recordari non poſſum, quæ cum audiſſet obſtupeſcebat, conſiderans temeraria figmẽta. Memini apud Guidonem Bonatum legiſſe neminem poſſe nonageſimum annũ ſuperare ob triplicem reuolutionem Saturni, quod quam apertum ſit mendacium multorum experientia cõuincit. Ego plures noui qui centeſimum annum tranſgreſsi ſunt: primum Æthiopem vidi, qui Vlyſsipponem venerat, qui tunc cum à me viſus eſt iam vltra 150. annos vixerat. Guido eſt iudiciariorum princeps, qui infinitis regulis, & conſiderationibus ſic iudicia implicat, vt nihil certi haberi poſsit. Eſto ſciri poſsit hora mortis, ſed vbi ſapiens aſtrologus? vbi obſeruator natiuitatis? Quot aſtrologi ſufficerẽt faciendis iudicijs, & dirigendis Planetis? Omnia ad duodecim domus reuocant iudicia, hæ ſunt ſpacia in cælo, quorum ſignificatio diuerſa eſt: ſed de partitione harum domorum non conueniunt aſtrologi. Aliter illas deſignat Ioannes de Monte regio, aliter Campanus. In terminis planetarum ineſt peculiaris prædicendi ratio, ſed Ptolomeus ab Ægyptijs diſſentit in aſsignatione terminorũ. Cum hoc ſtudium ante hos fere 40. annos reliquerim non poſ-

Aſtrologia. Iudiciaria.

poſſum aliorum meminiſſe. Iuuat Aſtrologos quorundã theologorum ſtulta confutatio per rationes communiſsimas leuiſſimaſque, quas cum confutauerint putant ſe palmam contra omnes reportaſſe. Ni fallor Oomar audet etiam docere qua ratione etiam nomina propria poſsint diuinando ſciri, quo non video quid vanius fingi poſsit.

Cicero. Cicero 2. de Diuinatione refert multa à Chaldæis prædicta fuiſſe Pompeio Craſſo & Cæſari, qui longã vitam, mortem honeſtam, domúque futurã promittebant, vt mihi, inquit, permirum videatur quemquã extare, qui etiam nunc credat ijs, quorum prædicta quotidie videat re, & euentis refelli. Vide eundẽ Ciceronem in fine libri primi. Sed quicquid diuinẽt aſtrologi nihil ad præſens attinet, non ſolum quia ſæpe falluntur, & quia cõmunia prędicunt non ſingularia, & quia liberum arbitrium aſtris non ſubditur. Et quia ſermo præſens eſt de morum probitate aut improbitate à Deo iudicãda, & de mutatione voluntatis per pænitentiam ſalutarem, quæ ſine Dei gratia eſſe non poteſt. Non eſt dubium nos multa prętcrita ſcire: multaq. futura habere cauſas naturales aut neceſſarias, aut plerumq. certas: ſunt enim quæ de ecclypſibus, & de aſtrorum motu prædicuntur certiſsima: ſunt, certa tempeſtatum, & mutationũ aeris prognoſtica, aut quæ raro fallunt; habet medicina ſuas prædictiones: non de iſtis loquitur Salomon, ſed de ignorantia rerum, quæ nos tutos facere poſſunt coram Deo iudice. Tot curis, & negotijs impedimur, tot exagitamur affectibus, vt ignoremus quoties à Dei amicitia defecerimus, & vtrũ aliquãdo poſt lapſum dignam pænitentiam fecerimus. Cum nos prętcrita noſtra latẽt, qua ratione futura ſciemus? ergo danda opera, vt nullam prætereamus bene agendi opportunitatem. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ: vt miſericordiã conſequamur, & gratiam inueniamus in *auxilio* opportuno. Hebr. 4. Laborat quidam vt conciliet vulgatam cum Hebræo, quia in Hebræo bis ponitur verbum ſubſtantiuum futuri temporis, & quamuis futurum aliquando pro præterito vſurpari ſoleat, & è conuerſo, verum hic hoc non eſt neceſſe, ſed ſatis eſt vt futurum ſumatur pro præterito imperfecto quod eſt vſitatiſsimum, & receptum ab his qui tradunt rudimenta Hebraicæ linguæ. Id aperte conſtabit c. 10. v. 14.

v. 8. He. *Non homo potens in ſpiritum ad prohibendum ſpiritum: & non poteſtas in die mortis:*

mortis: & non remiſsio in prælio. & non eruet impietas auctores ſuos.

I ae. *Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum, nec habet poteſtatem in die mortis, nec ſinitur quieſcere ingruente bello, neque ſaluabit impietas impium.*

LITERALIS ſenſus facilis eſt: nec argumentis nec exemplis eget, eum nemo ſit qui hæc in dubium vocet: admonere tamē debemus nos metipſos, vt quod certum eſt & ineuitabile ſit ſemper memoriæ præſens, ne in cautos occupet obruatq. interitus, ne repētina calamitas irruat, & interitus quaſi tempeſtas ingruat: & veniat ſuper nos tribulatio & anguſtia: iacula enim quæ præuidentur minus feriunt. Futura ignoramus, futura mors eſt, quā nemo ignorat, ignorat tamen aduentus eius momentum: neque ſapientia, neque fortitudine, neque vlla violentia, aut impietate poteſt homo mortis neceſsitatem euadere. Magna eſt Dei potentia. Terribilis eſt, qui aufert ſpiritum principum, ad quod non opus habet brachio ſuo, humorum corruptio, aeris infectio, tantillum veneni, viperæ morſus, baſiliſci aſpectus, inimici gladius & multa his ſimilia homines de medio tollunt: neque poſſunt egrediētem ſpiritum retinere. Poteſt etiam eſſe ſimilitudo ſcilicet: ſicut hominis poteſtati non ſubditur aeris ſiue venti commotio, ita non poteſt morti imperare quæ neceſſario ventura eſt tametſi tardius veniat. Deo venti & mare obediunt, ipſe habet poteſtatem ſuper mortem, vt poſsit viuentes à morte liberare ſicut Henoc & Eliam, qui adhuc viuunt: & mortuos ad vitam reuocare ſicut per Eliam & Eliſæum fecit: aut morti iam deſtinatis longioris vitæ ſpatium cōcedere, ſicut Ezechiæ quindecim annos: nos neque in mortem neque in diem mortis habemus poteſtatem, ſiue mors nos domi inuadat: ſiue in bello nulla erit remiſsio, nullæ erunt induciæ.

Prou. 1. 27. Ad mortem præparatio. Pſ. 75. v. 13. Iſa. 37. Horat. li. 2. Ode. 13.

Quid quiſq. vitet nunquam homini ſatis
Cautum eſt in horas: nauita Boſphorum
Pœnus perhorreſcit neq. vltra,
Cæca timet aliunde fata.
Miles ſagittas & celerem fugam
Parthi. Catenas Parthus & Italum
Robur: ſed improuiſa lethi
Vis rapuit, rapietq. gentes.

Ergo quia mors inſuperabilis eſt, & hora mortis incerta, vnicū erit remedium contra mortem, non vt non veniat, ſed ne nos inuitos rapiat, ne incautos occupet,

occupet, ne nocumentum inferat, ſed ſit mori lucrum, ſitque mors vitæ veræ ianua, & á miſeria ad fælicitatem tranſitus.

Charitas. Remediũ eſt charitas, quia fortis eſt vt mors dilectio, quæ mortem non timet, ſed intrepida expectat, inuitat, excipit cũ gaudio: hæc Paulum roborabat, vt cuperet diſſolui & eſſe cum Chriſto, cui viuere Chriſtus erat & mori lucrum. Cant. 8.

Salyt. Salyt, id eſt princeps, potens, Dominans, imperans &c.

Silton, id eſt, poteſtas &c. ſup. v. 4.

Miſlachath. Miſlachath, id eſt, miſsio, immiſsio, remiſsio, expulſio &c. Ego proprium & verũ ſenſum quem vulgatus tenuit, ſecutus verti, remiſsio. Huius nominis ſignificatio petenda eſt ex verbo Salach, id eſt, mitto, emitto, dimitto &c. Sed producam exẽpla ſignificationum illarũ, quæ præſenti loco videntur aptiores. Remitto Gen. 43. num. 14. Exod. 18. 2. 1. Reg. 6. num. 2. num. 3. cap 13. num. 2. 3. Reg. 20. num. 10. 4. Reg. 14. num. 9. 1. Paral. 12. num. 19. 2. Paral. 25. num. 18. Libero Geneſ. 19. num. 29. Expello. Gen. 26. nu. 27. Leuit. 20. num. 23. 2. Reg. 13. num. 16. Alijs modis verti ſolet, ſed nunc hæ ſignificationes ſufficiunt. Senſus eſt, cum mors bellum indicit, aduentantibus mortis nuncijs, ſatellitibuſque, non conceditur remiſsioneque libertas; nec expulſio. *Salach.*

Bahhal. Bahhal ſignificat habere, poſſidere, dominari: & nomen Bahhal ſignificat poſſeſſorem, dominum, virum, id eſt, maritum, magiſtrum, patronum, auctorem, principem &c. Vide ca. 12. v. 11. In præſenti vulgatus impium vertit, qui habet impietatem, ego verti auctores, alij Patronos: nolui vertere dominos aut poſſeſſores, quia impietas tenet, dominatur, imperat auctoribus ſuis. Multi quaſi diutiſsime victuri, & mortis immemores ſtudent impietati accumulant diuitias, vim faciunt infirmioribus, indulgent voluptatibus, delicijs affluunt: in his omnibus viget illorum impietas, quæ nihil proficiet contra mortis impetum. Nil potentius diuitijs, ſed non proderunt diuitiæ in die vltionis: iuſtitia autem liberabit à morte. & ca. 10. v. 2. Nil proderunt theſauri impietatis: iuſtitia autem liberabit à morte. Quomodo liberabit iuſtitia, ſi mors eſt ineuitabilis? reſponſio huius ſupra indicata eſt, quia vera iuſtitia non eſt ſiue dilectione, fortis autem eſt vt mors dilectio. Impius mortem timet, quia temporalis ei initium eſt æternæ. *Diuitiæ.* Prou. 11. 4.

Omne hoc vidi, & dare cor meum ad omne factum quod ſit ſub ſole, tempore, quo domi- v. 9. H.

dominatur homo in hominem ad malum ſibi.

Lat. *Omnia hæc conſideraui, & de di cor meum in cunctis operibus, quæ fiunt ſub ſole: interdum dominatur homo homini in malum ſuum.*

CVM mors ſit certiſsima, & mortis hora ignota, moxq. animus rapiendus ſit, atque coram iudice ſiſtendus, rarus eſt qui hoc meditatur, ſeque præparet in occurſum Dei ſui, & præoccupet faciem eius in confeſsione. Cumq. nemo tam ſanctus ſit, qui non debeat tremendum illud iudicium formidare, & cui non ſit neceſſe dicere cum Dauide: non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens: tamen ita ſunt multi temerarij, vt peccata peccatis apponant, vt humanas laudes appetant, vt mortalium oculis placere cupiant, Dei autem ſempermanentis præſentiam non vereantur, neque illius maieſtatem venerentur, eiuſque imperium & potentiam obliuiſcantur, hinc fit vt impiorum temeritas longius progrediatur, & ambitio vela expandat, conetur que homo dominari in hominem ſui ſimilem, & ſæpe moribus meliorem in malum præſertim ipſius dominantis. Qui etiam alijs nocet exemplo, violentia, exactionibus, ſubditoſque ſibi ad impatientiam, odiumque impellat. In malum ſuum hoc eſt, prælati, vel ſubditi: domini vel ſerui: ſed malus dominus ſibi potius nocet quam alijs, qui ſi patienter ferunt auaritiam, temeritatem, tyrannidemque ſuperioris, plus emolumenti conſequentur apud Deum, quam fecerint detrimenti in hoc ſæculo. Iure optimo nobis præcipitur fidelis ac prompta obedientia erga ſuperiores, quoniam magnum onus portant, & ſeuerum illos manet iudicium, exquiſitamque ſunt rationem reddituri: ſed multo magis vrget prælatos ſpirituales. Hebræ. 13 num. 17. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim peruigilāt quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant & non gementes, hoc enim non expedit vobis Dauid ait. Si iniquitates obſeruaueris Domine, quis ſuſtinebit? Et tamen audent homines temerarij ambire in alios imperium, neque formidant rationem reddere pro aliorum animabus: ſed talibus nulla eſt animarum cura, ſed honoris, voluptatis, lucri: hi dominantur in homines in malum ſuū. Non poteſt mundus hic inferior conſeruari ſine princi-

Pſal. 142. 2. — Ambitio. — Hebræ. 13. — Pſal. 129. 3.

Dd pibus,

pib⁹, ſine Prælatis, Ducib⁹, Regibus, aut qui publica polleant poteſtate, vt pax inter homines conſeruetur, & tuta ſit inter improbos innocentia, ſed multo eſt fęlicior ſors ſubditi quã prælati. Hanc fælicitatem profitentur religioſi, qui abnegantes ſemetipſos tollunt crucem ſuam, vt expediti ſequantur Chriſtum, ſed turbãt illam ambitioſi, qui dominari volunt in malum ſuum. Hi abnegãtes fidem Chriſto datam non ſubeſſe, ſed imperare volunt. Corruptus animus arrogantia, prauaque cupiditate non ſolum ſponte ſuſcipit imperium, ſed fraude, dolo, ambitione per fas atque nefas in illud irruit, quod ſi ſana eſſet mente homo oblatum recuſare deberet, ne tot ſe curis inuolueret, & cogeretur vigilare rationem redditurus. Malum eſt commune, ac violentum, perincioſiſſimumq. ambitio, cui cum quærenda forent fortia remedia, ab iniquis ambitioſiſque legislatoribus, aliquãdo ambitionis irritamenta excogitantur: propter quæ auidius ad imperandum anhelant. Nec raro cõtingit, vt quidam aſſueti imperio adduci non poſsint, vt in ordinem redigantur, & ſubditorum labores ſubire velint. Stulti homines pulchrum exiſtimant imperare, & imperij fines dilatare. Quo maius imperium, onus eſt grauius, manifeſtius periculum, certius detrimentum. Cor ſapientis tempus & rationem, & reſponſionem, & iudicium intelligit, & Dei præceptum cuſtodit, ſupremi Regis os obſeruat. Contra vero ſtulti cor, vana honoris æſtimatione deluſus, obliuiſcitur ſe eſſe mortalem inſtareq. mortẽ & iudicium. Nunc Pſal. 2. 10.
Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terrã, apprehẽdite diſciplinã ne quando iraſcatur Dñs & pereatis de via iuſta. Domus quæ ruinã minatur fulcimẽtis adhibitis ſuſtentatur: vitæ noſtræ ſuſtentacula ſunt orationes, obſecrationeſque, & quia prælatorum conditio periculoſa eſt, ſuaq. ruina multos lædere poſſũt, ideo Paulus, Obſecro, inquit, pri- 1. Timot. 2.
mum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominibus: pro Regibus & omnibus, qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & trãquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate. Sic moris eſt in ſacrificio Miſſæ fieri obſecrationes pro Summo Pontifice, Rege & Antiſtite.

Et in ſic vidi impios ſepultos, & venerant, & de lo.o ſancto ambulauerant, & obliuioni tradentur in Ciuitate, quia ſic fecerunt: etiam hoc vanitas. v. 10. H.

Vidi

Lat. *Vidi impios ſepultos, qui etiam cum adhuc viuerent, in loco ſancto erant, & laudabantur in ciuitate quaſi iuſtorum operum: ſed & hoc vanitas eſt.*

VARIETAS verſionum & interpretationum huius loci, naſcitur potiſsimum ex duabus dictionibus, nam pro laudabantur modo legitur in Hebræo verbum Sacach, id eſt, obliuiſcor, obliuioni trador. Sed vulgatus & LXX. legerunt Sabach, id eſt laudo. Sunt enim litteræ B. & C. ſimiles apud Hebræos. Altera dictio eſt Cen. id eſt recte, rectum, iuſte, iuſtum, &c. 4. Reg. 17. num. 9. Vide quæ ibi dixi, quæ in hunc locum conueniunt. Iuſta res. Num. 27. nu. 6. Recte cap. 36. num. 5. Bonum Ierem. 8. num. 6. Hanc ſignificationem ſecutus eſt interpres Latinus, quare ſic vertere poſſumus. Et in certitudine (Cen) vidi impios ſepultos, & venient & de loco ſancto ibunt, & laudabantur in ciuitate quod rectum fecerũt: etiam hoc vanitas.

Hypocritæ. Hæc ſententia tangit hypocritas, ſicut præcedens ambitioſos dominationis: alij æſtimari volunt, honorari, & imperare: alij honorem præcipue ambiunt: quidam ad imperium properant fraudulenter, alij etiam violenter, ſunt qui prudentiæ & magnificentiæ ſuæ deberi imperium contendant: alij fictæ ſanctimoniæ, tales ſunt hypocritæ de quibus dixi in commentarijs Iobi. Merito hominum iudicium contemnitur à ſapiente, & ſe ad Dei iudicium componit, quod falli non poteſt. Merito humana laus vana reputatur à vero rerum æſtimatore, quia impijs tribui ſolet: neque ſolum ijs, qui ſanctitatem ſimulant, ſed etiam peccatoribus manifeſtis, & laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Non ſolum adulatores laudant impios ſpe retributionis, ſed etiam vnuſquiſque laudat in alio, quod in ſe laudari vellet. Ambitioſus laudatur quaſi magnanimus: vltor iniuriæ tanquam generoſus & honorabilis: ſordidus tãquam prudens ac temperans: nil certum in hominum iudicijs, quod alij laudant alij vituperant: tolerabilior error eſt illorum, qui fictа ſanctitatis imagine fallunt. Quis videret aliquem in loco ſacro lacrymas deducentem, qui non exiſtimaret ex animi compunctione & pio affectu manare? Audiamus Ezechielem c. 8. n. 14. Inter multas abominationes quas Deus oſtendit prophetæ, quę fiebant in templo, & introduxit, inquir, me per oſtium portę domus Domini, quod reſpicie- Pſal. 9. h. 10. Ezech. 8.

Digitized by Google

bat ad aquilonem: & ecce ibi
mulieres ſedebant plangentes
Adonidem. Impiæ lacrymæ,
Luctus impius. quibus impietas augebatur. Vi-
de quanto ſcelere Dei tem-
plum prophanetur, ibi vene-
ris amaſius ploratur, vbi pec-
cata forent lacrymis delenda,
ſi à pectore ſincero ac vere pœ-
nitente profluerent. Sepelitur
impius cum honore, qui à dæ-
monibus ad inferni profun-
dum rapitur. Quam terribile
erit ſpectaculum illud D. iudi-
cij, quando manifeſta erũt cor
dis noſtri occulta, & impie-
tas, quæ ſe abſcondit pallio vir
tutis, coram vniuerſis detege-
tur. Præſens ſententia ad Sacer
dotes & Leuitas potiſsimum
ſpectat: nunc autem ad Eccle-
ſiaſticos, præſertim prælatos,
qui ſunt in ſublimiori loco,
quorum vita cæteris exemplar
virtutis eſſe debet, qui cum
veram non ament, fictam ſi-
mulant, & multa faciunt, vt
videantur ab hominibus. Sed
iam rariſsimus ille eſt, qui præ
bere velit vel ficti exemplar
honeſti. Non tanti vult ſibi
virtutis ſimulachrum conſta-
re, vt ieiunia fingat, mollia ve-
ſtimenta deponat, ſolitudinem
quærat, ſilẽtiũ teneat. Hæc for
taſsis placerent, & fingerentur
ſpe conſequendę dignitatis, ſed
piſcator retia dimittit voti cõ-
pos factus, iam captura diues
amplius vigilare, laborare, ma-
cerari non placet. Iam virtus
minimo in pretio eſt, iã rarus
hypocrita, de illis loquor, qui
tegumento virtutis laudes hu-
manas venantur, & honores
ambiunt, nam vt alibi docui,
omnis peccator eſt hypocrita,
quia nullus eſt, qui nolit lau-
dari cum faciat opera digniſsi-
ma vituperatione. Cum etiam
homicidæ & famoſi latrones
factiones exercentes crudeliſ-
ſimas, ſuã iactent fortitudinẽ.
Etiam inter meretrices æmula-
tio eſt, & gloriatur illa ad quam
plures fornicarij ingrediuntur.
Chaneph, i. hypocrita (vt alibi
dixi) non ſolum ſignificat fal-
lacem & ſimulatorem, ſed etiã
pollutum, infectum, contami-
natum. Ille autem *hypocrita*,
qui ieiunio, oratione, ſilentio,
veſtium aſperitate, externaq;
mortificatione fallere nititur,
& ſanctitatis opinionem com-
parare cupit, care emit hãc va-
nitatẽ. Qui vltra laudes huma-
nas, quærit etiam dignitatem,
cum iam honores non deferen
tur virtutibus, ſed muneribus:
non bonis operibus, ſed vali-
dis patrocinijs præfecturæ ob-
tineãtur, etiã ſimulata virtus
deſerta eſt. Peſsimus eſt homo hy
pocrita, ſed peſtilẽtior eſt, qui
profitetur Euãgelicã perfectio
nẽ, & nullũ relinquit virtutis *Ambitio.*
veſtigiũ, ſed ſuo peſsimo exem
plo plurimis ſcãdalo eſt. Fortaſ
ſis ſuæ prauitatis excuſationẽ
præten-

prætendet, eo quod iam ambitio tantas obtinuit vires, iam pacifice regnat, iam imperium ſuum ſic dilatauit, vt glorioſum ſit præſtantem eſſe ambitionis artificem. Qui ſimulata virtute ambiebant honores mutauere conſilium, quia prudentiores ſunt filij huius ſæculi in generatione ſua, quam filij lucis. Quando electores poterant eſſe teſtes oculati vitæ illorum, qui eligendi erant, vitia diligentius ſupprimebantur, virtus vel ficta tenebatur, nulla enim tam deprauata eſt reſpublica, in qua non ſint aliqui virtutis amantes, qui ſi imperfecti ſunt tamẽ cupiunt eſſe ſtudioſi, horum oculos offendere verebantur ambitioſi, his etiam placere conabantur. Sed ſi electiones deferrentur ad extraneos, & ſi rite expẽdatur ad vnum vel alterum ex electoribus, cui alij morem gerant, vt ſibi etiam ſimilis mos geratur, colludere ſibi inuicem poſſent, & vt vulgo dicitur, *Hazme la barba, y harete el copete.* Hinc facile contingeret vt concubinarius, aleator, prophanus homo præficeretur alijs ipſo dignioribus, quod Deus auertat à republica bene ordinata, de qua dici poſſet, tali eligendi modo recepto, id quod Cato apud Lucanũ de Roma. republica dixit:

Lib. 9. *Olim vera fides Sylla Marioque receptis*
Libertas obit, Pompeio rebus adempto,
Nunc & ficta perit, iam non regnare pudebit.
Nec color imperij, nec frons erit vlla Senatus.

Sic enim regnante ambitione, relegata etiam fictione ſanctitatis, nullus eſſet honeſtus reipublicæ color. Eligeretur non raro indignus, iudices ſubornari ſe permitterent, legum reuerentia exigua eſſet, quiuis epicheiam fingeret, ex ratione ſtatus pleraque decernerentur, miraculum foret his impugnatam rẽpublicã ſtare poſſe diu.

Si iuxta verſionem lectionis Hebraicæ, quæ nunc eſt, quam corruptã iudico, ſententia præſens explicanda eſt, ſenſus erit. Multi impij de loco ſancto pereunt, & obliuioni traduntur, quia impiorum nomen putreſcet, etiam ſi magno ſtudio conati fuerint nomen ſuum æternitati conſecrare. Vana igitur cura nominis perituri.

Quia non fit ſententia facti mali cito, idcirco plenũ eſt cor filiorũ Adam in eis ad faciendum malum. V. 11. H.

Lat. *Etenim quia non profertur cito contra malos ſententia, abſque timorẽ vllo filij hominum perpetrant mala.*

HANC ſententiam cũ superiore cõiungit D. Hieron. Nemo, inquit, audet accuſare maiorẽ: propterea quaſi ſancti

&beati,& in præceptis Domini ambulantes apponunt peccata peccatis. Difficilis eſt accuſatio in Epiſcopum:Si enim peccauerit,non creditur:& ſi conuictus fuerit non punitur. Si quod de Epiſcopis dicit B. Hieronymus hic& paulo ante, ego dicere auderem de Abbatibus, aut Prioribus,aut Guardianis nullus mihi latendi locus relinqueretur vbi eorum rabiem declinarem. Sed nunc iſta omittamus. Sententia generalis eſt,quæ Dei patientiam indicat, & hominum negligentiam condemnat; Deus enim ſapientiſsimus eſt, & clementiſsimus, qui multa per ſeipſum facere poteſt,quæ hominum miniſterio fieri decreuit. Docet nos patientiam, docet etiam & imperat iuſtitiam:& qui

Sap.11.24. eſt vnicus ac ſupremus Dominus diſsimulat peccata hominum propter pœnitentiam. Et cum poſsit vlciſci iniurias ſuas ſine difficultate aut timore differt pœnam,continet iram:cũ-

Deus patiẽs. ctatur,talis eſt numinis natura, vt ex Euripide refert Plutarch⁹

Vltio. initio libri de ſera numinis vindicta:Docetq. Deus non ſolum nos tardos eſſe debere ad vindi-

Rom.12.19 ctam,ſed nullo modo nobis hoc permittit. Mihi, inquit,vindic

Sap.12.18. tam,& ego retribuam, ideoque vocatur Deus vltionum, qui

Pſalm.93. hoc ſibi reſeruauit, ipſe enim iuſtus eſt, & cum tranquillitate indicat:homo iniuria,aut damno affectus præcipitanter ruit in vindictam. Præterea Deus eſt omnium Dominus,& nos omnes ſerui eius, ſeruus qui conſeruum lædit Domino facit iniuriam,rem enim Domini male tractauit, ideo Dominus ipſe ſibi reſeruat puniendi auctoritatem, & pœnæ modum ac tempus. Quamuis malus ſeruus ſit toleratur a Domino, quia vult quorundam miniſterio vti ad puniendos malos ſeruos, per alios malos, vel ad exercendos amicos ſuos,& in ſanctitate perficiendos. Deinde, ſi Deus ſtatim puniret nocentes grandis materia deficeret manifeſtãdi miſericordiam, & amplificandi gratiam. Non quærimus modo cur Deus ſic fecerit hominem aut cur talem eſſe voluerit, & in mala cadere permiſerit: huiuſmodi quæſtio arguit ſtultitiam, aut infidelitatẽ quærentis.Deus optimus ac ſapientiſsimus mala non permitteret niſi magna inde bona elicere poſſet, & vbi

abundat delictum ſuperabundat gratia,quæ ſi in electos magnificẽtiſsima eſt,& ad illius participationem non admittuntur reprobi, ſibi imputent damnationem ſuam,quia ipſi indignos ſe iudicauerunt vitææternæ, cõtempſeruntq. Dei gratiã ſæpius Rom.5.20.

oblatã. Peccauit primus homo, Act.13.46.

pænam mortis incurrit,quam ſi Heb.12.7.

Deus protinus infligeret, alius

homo

homo creādus erat. Punire fuit opus iuſtitię, ſupplicium differ-te, & pœnitentiæ locum dare o-pus fuit ſummæ clementiæ. Idē quotidie experimur in nobis, qui multa digna morte patra-mus. Si ſubito pœnas darent pec catores actum eſſet de homini-bus: millies homines eſſēt de no uo creandi. Non eſſet Dei miſe-ricordia tā illuſtris in Magdale-na in Latrone, in Saulo ſiue Pau lo, & in alijs infinitis, quos Dei virtus ſingularisq. Dei gratia à tenebris ad lucem, à turpitu-dine ad honeſtatem, à miſeria,
L.4.28.v.21. ad fœlicitatem tranſtulit. Punit Deus inuitus, miſeretur ſponte
Exod.20. 5. ſua, vindicat iniquitates patrū in filios in tertiam & quartam generationem, & facit miſeri-cordiam in millia. Hæc Dei mi-ſericordia atque patientia qui-
Iere.5. v. 3. buſdam prodeſt, alijs obeſt, qui tenuerunt recipere diſciplinam, qui vocati reſpōdere noluerūt, & beneficijs D. ingrati extite-runt: hi abſque vllo timore pa-trant mala. Sed idem Dominus, qui vult oſtendere gratiam in vaſa miſericordiæ, & ſuſtinet in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, decreuit coercere impios, & punire nocentes illo-rum miniſterio, quos in republi ca conſtituit iudices, qui pecca-ta reipublicę paci honeſtati, mo rumq. probitati præiudiciū fa-cientia diſsimulare nō poſſunt. Poſſumus priuata damna ferre, poſſumus calūniatorib⁹ noſtris ignoſcere, poſſum⁹ occulta pec cata, imo debemus, diſsimulare: verū miſericordiæ ſoli locus nō eſt vbi ſuperioris imperium ad iuſtitiā vocat iudicem, aut æqui tas & cōmunis charitas etiā pri-uatam perſonam obligat. Iudex latronem, quē leges morti addi-cunt, non poteſt priuata clemē-tia abſoluere. Fidei cenſores nō poſſunt hæreſiarcam contuma-cem ſine noxa dimittere: hoc non eſſet clementiam amplecti, ſed crudelitate in rempubli-cam ſæuire. Superiori anno cō-uenerunt quidam latrones, & ad radices Montis ferrati feria ſexta hebdomadæ ſanctæ in via publica expectauerunt homi-nem deferentem animal onuſ-tum panno, diripuerunt, diui-ſerunque illum ſibi in veſti-menta, & partem vendiderunt. Ventum eſt ad iudicium: bono-rum ſententia erat, vt ſuſpen-dio periret tanti ſceleris auctor, ſic enim leges præcipiebant, præualuit opinio vnius qui ſuo arbitrio legum rigorem mo-derari voluit, & vt credebatur clementia inclinatus, reum à morte liberauit. Ideo ſine vl-lo timore mala perpetrantur, quia argentum legum æquitatē peruertit, magnaq. iudicum mo-ra dat calumnijs, fraudibus per-iurijs, tergiuerſationibus locū.

In quadam prouincia vbi maxima deberet eſſe in puniendo celeritas ac ſeueritas aduerſus latrones, atq. homicidas, factioſoſq. homines, quorum multitudine regio abundat, ibi maior eſt iudicũ negligentia, qui ſe legũ vi coerceri aſſeuerant, quæ bona delinquentiũ tangere nõ ſinunt. Sanè leges vnde flagitioſorũ impunitas, & audacia naſcitur abrogandæ ſunt: quia etiã ſi bono animo fuerunt latæ, euentus indicauit eſſe iniquas. Vt viderentur legiſlatores pij, eccleſiaſticæ immunitatis prætextu, faciunt Eccleſias ſpeluncas latronum & ſceleratorum. Sed longum foret tantum malum velle modo ſermone reprehendere: væ vobis principibus qui tardatis ſententiam contra hanc impietatem: ſed ego principum ignorationi hãc tarditatem tribuo, qui ſi à ſ..dis conſiliarijs monerentur, & publico bono, & ſuo honori conſulerent. Optimum eſt misereri pœnitenti, ſed ſine iuſtitiæ præiudicio miſericordiam exercere oportet: & attendere debemus ne priuata clementia ſit publica crudelitas, & vnius aut paucorum ſceleratorum venia, in multorum pro-
Iſa 26. borum redundet detrimentum, Iſa. 26. v. 10. Miſereamur impio & non diſcet facere iuſtitiam. Iudex hypocrita iuſtus & miſericors videri vult: reus eſt amicus, aut ipſi fauent potentes, aut argento abundat, omnis legum ſeueritas mitigatur, æquitas ſumma manſuetudine temperatur, tunc in ore iudicis Diuinæ clementiæ laudes reſonant, quam ſibi imitandam proponit, qua Deus tantopere gloriatur.

Non iſta clementia eſt, ſed auaritia, ſed ambitio, ſed crudelitas, ſed inobedientia, iniquitas, rebellio contra Deum. Eſto nullis munerib⁹ corruptus æquitatem deleras, ſed miſericordia flectaris, numquid tuam clementiam imprudentem præferes Dei imperio, & legum æquitati? Melior eſt obedientia quã victimæ. Conſule ſacram hiſtoriam 1. Reg. 15. pepercit Saul 1. Reg. 15. 22.
regi Amalec contra *Dei mandatum*, iratus Dominus Saulem abiecit, & indignum regno iudicauit. Quapropter cap. 16. Dauid in regem vnctus eſt à Samuele. Si reus omni caret patrocinio, neque habet quo poſſit iudicis gratiam conciliare, tunc æquitas prædicatur, & iuſtitia, ſine qua pax reipublicæ ſtare non poteſt magnis laudibus effertur. Vidi ego ante annos aliquot, cuiuſdam reipublicæ ſupremum iudicem multas profitentem ſententias cõtra aliquot ciues, ſiue ſubditos, quas tradebat iudici ordinario, vt executioni mãdaret: peracto vero iudicio, antequã è loco in quo ſedebat pro tribunali pedẽ mo-

moueret, nemine veniam poſtu
lante, omnes damnatos abſol-
uit. Imptudens homo timeri cu
piebat, & huius cauſa multa in
digna faciebat. Rurſus clemens
haberi affectabat, deerat prudē
tia, quæ contraria ſtudia com-
mode ligare poſſet, omnia erāt
diffuſa, diſſonantia, diſsiden
tia. Dic mihi vir bone ſi ſenten
tiæ erant iuſtæ, & ex legum
præſcripto prolatæ, quis te fecit
legibus ſuperiorem, vt tanta le-
uitate illas abrumpas? Si haberi
clemens volebas priuatim dam
nandos tibi deuincire potuiſſes
magna beneuolentia, ne publi-
ce traduceres temeritatem &
imprudēciam tuam. Quoniam
tales iudices mūdus habet, ideo
in maligno poſitus eſt. Vnus
Moſes vir mitiſsimus illuſtre
nobis exemplum clementiæ &
Exod. 32. iuſtitię præbebit. Exodi. 32. cum
Domino reuelante noſſet Mo-
ſes populum peccaſſe peccatū
maximum, iamque vltioni pro-
ximum eſſe Domini furorem,
ad preces cucurrit, vt de manu
irati vltionis gladium detta he-
rei, conſecutuſq. eſt quod opta
uerat: dicitur enim. num. 14. Pla
catuſque eſt Dominus ne face-
ret malum, quod locutus fuerat
aduerſus populum ſuum. En pij
hominis obſecratio, quam miſe
ricordia & charitas ſolicitabāt.
Numquid ſic iuſtitiæ eſt obli-
tus, vt impunitas licentiam præ
beret perſeuerandi in ſcelere,

aut nouum moliēdi? audi quid
fecerit. De monte deſcendens
num. 16. ſtans in porta caſtro-
rum ait, ſi quis eſt Domini iun-
gatur mihi: congregati ſunt ad
eum omnes filij Leui, quibus
ait: hæc dicit Dominus Deus
Iſrael: ponat vir gladium ſuper
femur ſuū: ite & redite de por-
ta vſque ad portam per mediū
caſtrorum, & occidat vnuſquiſ-
que fratrem ſuum, & amicum
& proximum ſuum &c. qui ve
niam populo impetrauerat 24.
millia neci dedit, vt miſericor-
dia ſine iuſtitia non eſſet impio
bis maioris mali occaſio. Lege
cap. 33. vbi Moſes Dei ſingu- 1. Cor. 13.
larem erga populum fauorem
impetrat, charitas enim patiēs
eſt & benigna, ſed non agit per
peram: quos diligit Deus arguit
& caſtigat, & extra diciplinam
Domini eſſe, ſignum eſt maio-
ris indignationis & reprobatio
nis. Num. 16 narratur celebris Num. 16.
illa coniuratio Core, Dathan,
& Abiron qui popularis tumul
tus & rebellionis principes fue
runt contra Moyſen & Aaro-
nem, neceſſe fuit vt tantum ſce
lus puniretur. Vide iuſtitiam,
iuſtamque indignationem cō-
tra capita rebellantium, & cle-
mentiam erga plebem. nu. 15.
Iratuſque Moyſes valde ait ad
Dominum: ne reſpicias ſacrifi-
cia eorum &c num. 21. Locu-
tus eſt Dominus ad Moyſen &
Aaron ait: ſeparamini de medio
congre-

Digitized by Google

congregationis huius, vt eos repente diſperdã. Qui ceciderunt proni in faciem atque dixerũt, fortiſsime Deus ſpirituum vniuerſæ carnis, num vno peccante contra omnes ira tua deſæuiet?&c. Perierunt ergo capita rebelliũ,& quidã alij in hoc ſcelere inſigniores. Sed ne moleſt⁹ ſim lectori alijs exẽplis parco.

v. 12. H. *Quod peccans faciens malum centies & prolongans ei, quia etiam ſciens ego quod erit bonum timentibus Deũ, qui timent a facie eius.*

Lat. *Attamen peccator eo quod centies facit malum, & per patientiam ſuſtẽtatur, ego cognoui quod erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem eius.*

IAM præcedenti annotatiõne indicaui vtilitates Diuinæ patientiæ, ob quã nõ ſtatim punit peccãtes. Nũc docet Eccleſ. hanc Dei lõganimitatẽ,& peccantiũ impunitatẽ eſſe iuſtis vtilẽ, ſed huius vtilitatis rationes nõ proponit. Videmus multos conuerti, qui fuerant ſceleratiſſimi, qui aliquando ab omni decoro abhorrebãt, poſtea Dei potentiã timentes, maieſtatẽ venerantes, bonitatẽ amantes ſalutẽ ſunt conſecuti. Hoc manifeſtũ eſt in illis, qui ad prædicationẽ Apoſtolorum,& aliorũ Doctorum ſunt cõuerſi: & ex his qui martyres perſequebãtur, illóſq; torquebant, non pauci eorũ videntes cõſtantiam, aut miracula, non ſolum fidẽ Chriſtianam ſunt amplexati, ſed martyrij effecti fuere ſocij. Charitas omnia ſuſtinet, omnia ſperat, ſed charitas Dei maxima eſt eius clementia infinita (de qua re vide. c. 7. v. 15.) Diligit Deus omnia, quæ fecit, maxime homines, parcis, inquit ſapiẽs, omnibus, quoniã tua ſunt, qui amas animas. & Iſa. c. 30. n. 18. Expectat Dominus, vt miſereatur veſtri &c. (de quo vide quæ dixi Iob. 24. v. 23.)& quamuis propter electos Deus expectet, tamẽ omniũ ſaluti conſulit, & reprobos etiam ad pænitentiã vocat, quia nemo eſt, qui non poſsit ſaluus fieri, Dei enim præſcientia nullam inducit neceſsitatẽ. Paulus laborabat in Euangelio vſq. ad vincula, Omnia, inquit, ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutẽ cõſequantur &c. Electis autẽ multa cõmoda afferũt reprobi. Nõ fabricauit Noe arcã ſol⁹ cũ trib⁹ filijs ſuis, multorũ vſus eſt miniſterio, qui diluuio perierũt. Multi reprobi ſũt agricolæ, nautæ, piſcatores, & artifices, quorũ laboribus iuſti vtuntur. Multa beneficia cõferunt iuſti peccatoribus, propter quę Deo ſunt gratiſsimi: qui præcipit diligere inimicos præcipit

Margin notes: D. patientia. Io. pænitẽtia. 1. Cor. 13. Sap. 11. 27. Iſa. 30. 2. Tim. 10.

cipit diligere iniquos,& benefacere ſceleratis:quia nō poteſt iuſtus perſequi iuſtū, neq. pius odiſſe pium, qui autem ſeruat Dei mandata ad vitam ingredi tur. Prodeſt igitur timenti Deū nō tam peccator quā iuſti erga peccatorē patientia, & beneuolentia beneficientiaq. Impiorū proſperitas & impunitas timētem Deū magis in eius dilectione cōfirmat, fiduciamq. auget, & ſpem melioris ſortis nutrit: cū enim videt bona temporalia concedi improbis,ipſoſq.ingratos eſſe,& liberius peccare,conſiderat ſupplicia illa perpetua, quæ impios manent,ſeq. ad bene agendum acrius adhortatur, reſpuens bona iſta caduca, quibus ſcelerati abundant. Abundant (inquit Iob) tabernacula prædonum,& audacter prouocant Deum,cū ipſe dederit omnia in manus eorum Sed vt dicitur c. 24 nu. 24. Eleuati ſunt ad modicum & non ſubſiſtent &c. Videns iuſtus rerum humanarum inæqualitatem laborat quouſque ingrediatur in ſanctuatium Dei & intelligat nouiſsima impiorum. Vbi timor Dei plurima bona ſunt, omnia cooperantur in bonum diligentibus Deū Timor Dei eſt principium ſapientiæ Prouer. 1. num. 7. Timor autem Dei ſine charitate eſſe non poteſt, nam ſicut charitas numquam excidit, ita timor Domini ſanctus permanet in ſæculum ſæculi:& vt dicitur Eccli. 1. nu. 14. Dilectio Dei honorabils ſapiētia. Qui timet Deum ex impunitate impij diſcit patientiam, quia cum Deus ſit omnipotens tamen diſsimulat, æquum igitur eſt vt homo etiam patienter expectet Dei iudicium. Et cū grauius delinquat iudex qui cōtra Dei legem & imperium nocentes permittit libere agere, hinc maius ſumit iuſtus D.patientiæ argumentum.

Iob.c. 12.6. Pſ.72. Rom.8.28. Prou. 1. 1.Cor. 13. Eccli.1.

Aduerte vnum eſſe pronomen apud Hebræos cui reſpondent Latine, ille, ipſe, is,ſuus, ſui,ideo pro commoditate ſententiæ vertēdum eſt,ſed in præſenti cum dicitut Mearyc Lo, id eſt, prolongans ei, vel ſibi, participiū poteſt referri ad Deū vel ad ipſum peccatorem. Vulgatus ad Deum retulit:Propterea vertit,per patientiam ſuſtētatur:prolongare alicui,ſcilicet pænam vel vitam cum poſsit Deus punire & occidere, eſt patiēter ferre & diſsimulare. Si referatur ad peccatorē ſenſus eſt, ipſe differt de die in diem pænitentiam, prolongat ſibi conuerſionem.Item, prolongat ſibi pænam, dum differt pænitentiam auget ſcelera: cui dicitur ab Apoſtolo, an diuitias bonitatis,& patientiæ, & longanimitatis contemnis ? ignoras quod benignitas Dei ad pænitentiam te adducit. Secundum autem,

Rom.2.4.

autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi irã in die iræ &c.

Meah, & in conſtructione. Meath, id eſt centum, centies. Fallitur Latinus putans hoc nomen cum duobus punctis ſignificare centum, alias quieſcente Aleph. ſignificare mortuum: nã Meth, id eſt mortuus. ſiue mortalis ſcribitur duabus litteris, & hoc eſt perpetuum: alterum vero nomen tres habet litteras. M. A. Th.

v. 13. H. *Et bonum non erit impio; & non prolongabit dies, ſicut vmbra, qui non ipſe timens a facie Dei.*

Lat. *Non ſit bonum impio nec prolongentur dies eius, ſed quaſi vmbra tranſeant, qui non timent faciem Domini.*

DEI patientia quæ electis timẽtibus faciem eius cedit in bonũ, reprobis, ingratis, obſtinatis, impœnitentibus erit in perniciem, vt paulo ante dicebamus ex D. Paulo: & ſupra etiam, & Iob. 24. num. 23 quo pacto impij moriantur in tempore non ſuo, neque dimidient dies ſuos dixi ca. 7. v. 18.

Imprecatio. Aduerte imprecationes in S. Scriptura ſæpe eſſe denuntiationes rerum futurarum, ſiue prophetiæ: quandoque ſignificant id quod merentur hi, quibus malum imprecantur. Sancti aliquando ex zelo iuſtitię & propter bonum publicum optant mala temporalia, mortem quoque hominibus ſceleratis, huiuſmodi imprecatio eſt conditionalis, & ex ſuppoſitione. Fortaſsis hinc elicere poſſum⁹ ſenſum illius ſententiæ 1. Ioan. 5. num. 16. Eſt, inquit, peccatum ad mortem, pro eo non dico vt roget quis. Hoc eſt ſunt aliqui adeo nefarij ac flagitioſi, qui ſuo exemplo, doctrina, vel tyrannide magnam reipublicæ perniciem afferunt, vt illorum mortem optare poſsimus & à Deo poſtulare. Sed in præſenti quamuis imprecatio poſsit eſſe prædictio, & denuntiatio aut ſignificatio eius, quod meretur impius: etiam poteſt eſſe optatio & obſecratio bona erga impium, cui optamus à Deo ſubtrahi materiam peccandi, ſicut Dauid precabatur. Contere, inquir, brachium peccatoris & maligni, quæretur peccatum illius & non inuenietur. Si homini crudeli detrahantur arma, ſi ligentur manus, ſi carcere recludatur, non infertur nocumentum, fęlix eſt enim neceſsitas, quæ nos ad meliora compellit vt dixit Auguſtinus. Moleſte fert ebrioſus ſi deficiat vinum, ſed qui ſubtrahit & ebrietatem impedit bene illi facit. Multis nocuit rerum

[margin: 1. Ioan. 5.] [margin: Pſ. 9. h. 10. v. 15.]

Ezech.16.v. 4. rerum abundantia & ſaturitas panis: his qui bonis temporalibus abutuntur ad irritandum Deum, ad malefaciendum proximis, his merito optare poſſumus penuriam ac moleſtiam: ſicut ægrotis optamus non ſolum ſanitatem, ſed medici diligentiam, & medicamentorum efficaciam. Non ſit bonum impio, id eſt, non illi res ex animi ſententia eueniant, non proſperetur in via ſua mala. Loquitur de bono quod opponitur malo pœnæ. Non prolongentur dies eius, ne peccata peccatis apponat, ne diutius perſequatur pios; ne maiorem acquirat damnationem.

Vmbra vocatur vita præſens, quia omnia in illa vana ſunt, & vmbra eſt priuatio luminis primarij. Quanto lumen eſt inferius tanto vmbra eſt maior ac prolixior quanto magis lumen extollitur tãto breuior fit vmbra, quod ſi in ſuprema parte cæli ſit ſupra verticem, nulla aut minima eſt vmbra,

Lucanus. *Cum cardine ſummo*
Stat librata dies, truncum vix protegit arbor,
Tam breuis in medium radijs cõpellitur vmbra.

In vita beata nulla eſt vmbra, quia nihil eſt opacum, nihil impedit gloriæ lumen, omnia luce plena ſunt. In hac vita peccatori ſol occubuit, deficit gratiæ lumen, & animus magna terræ vmbra, hoc eſt, noctis tenebris inuoluitur. Oritur ſol pœnitenti, ſed adhuc vmbra non tollitur, tanto erit minor quãto corpus fuerit gracilius, & ſol altius eleuetur: eleuatur nobis ſol ſi mens noſtra eius amore eleuetur, ſi bonorum operum exercitatione in ſublime conſcendimus. Corpus extenuatur mortificatione & ſobrietate: tandem vmbra conſumetur penitus in gloria. Per vmbram non ſolum ſignificatur vitæ inſtabilitas ac celeritas, ſed etiam ignorantia, imperitia, error, maxime in homine impio. De comparatione vitæ cum vmbra vide Pſal. 101. v. 12. Pſal. 108. v. 23. Pſal. 143. v. 4. Sap. cap. 2. num. 5. cap. 5. num. 9. Hæc loca non parum vtilitatis conferent. Vide cap 7. v. 1.

Eſt vanitas, quæ fit ſuper terram quia ſunt iuſti, quos pertingens ad eos ſecundum opus impiorum: & ſunt impij, quos pertingens ad eos ſecundum opus iuſtorũ. Dixi quod etiam hoc vanitas. v. 14. H.

Eſt & alia vanitas, quæ fit ſuper terram: ſunt iuſti, quibus mala proueniunt quaſi opera egerint impiorum: & ſunt impij qui ita ſecuri ſunt quaſi iuſtorũ facta habeãt: ſed & hoc vaniſſimum iudico. Lat.

Cum

CVM Hæc rerum viciſsitudo, & incertitudo in D. prouidentia certiſsimam habeat rationem, quo pacto vocat Eccleſ. vanitatem hoc, quod inſigni diſponitur ſapientia? Numquid humano more loquitur, vocatque vanitatem iuxta hominum inſipiẽtium iudicium? An potius dicit hoc eſſe vanitatem, quia facit homines vaniſsimis iudicijs exagitari? propter quod ſancti (vt ſupra indicaui) proponunt Deo querelas contra impiorum proſperitatem. Vel huiuſmodi rerum ordo vanitas dicitur, quia indicat omnia in hoc ſæculo eſſe vanitati ſubiecta; & hæc vanitas ſi recte conſideretur nos à vano huius mundi amore auocat, & ad veritatis inquiſitionem inducit. Vide cap. 1. quid ſit vanitas. Cum vanum ſit quod caret plenitudine & perfectione, neque ad finem ſuum peruenit, in hac vita nihil eſt omnino ſolidum atque completum, ideo iuſti tribulantur, iniqui vitam viuunt tranquillam, aliquando etiam mala malis eueniunt, & boni temporali fælicitate non deſtituuntur. Si bona bonis & mala malis Deus hic rependeret, multo maior eſſet vanitas, multoque nocentior, quia putarent homines non eſſe aliud præmium aut ſupplicium: cum autem Deus indifferenter tribuit bona temporalia, ſanitatem, vires, opes, gaudium, pacem, docet hæc non eſſe vera bona, ſed in his plurimam eſſe vanitatem. Cum iuſtos affligit, eorum mentes purgat, aut eorum virtutes manifeſtat, quæ latebant inter ſcoriam, & puluerem temporalis proſperitatis. De hoc argumento non ſemel dictum eſt in hoc libro, & copioſiſsime in commentarijs Iobi. Afflictio virtutem illuſtrat: arrogantiam fugat, modeſtiam docet: à culpa præſeruat: peccata purgat: virtutem cuſtodit ac perficit: rerum mundanarum contemptum ſuadet: ſpem æternitatis beatæ excitat: ſpeculum eſt humanæ infirmitatis, in quo inſpicimus quales ſumus, in quo vnuſquiſque cognoſcit ſe ipſum, niſi oculus ſuffuſione laboret, aut puluere turbatus recte iudicare non poſsit, hoc eſt niſi mens terrenorum amore depreſſa & obcæcata, diuinorum pulchritudinem, & peccati deformitatem conſiderare non poſsit. Hæc vanitas in nobis eſt, qui putamus ordinem rerum eſſe perturbatum, cum in Dei ſapientia & prouidentia nihil vanum nihil inutile eſſe poſsit. Ex cõmuni quadam notione & veriſsima illa quidem perperam argumentamur: exiſtimamus pios dignos eſſe præmio, impios vero ſupplicio; ita ſane eſt. Sed male

Bona temporalia indifferenter contingunt.

Tribulatio.

Digitized by Google

ſcinde inferimus, iniquum eſ- iuſtum virum hic ffligi, ſceleratum vero rerum abundantia perfrui, quia neque præſentes calamitates ſunt vera mala, neque ſufficiunt ad impiorum ſupplicium: neque præſens fælicitas eſt bonorum præmium illorum meritis conſentaneum. Vane igitur & erronee iudicamus circa diſtributionẽ bonorum aut malorum temporalium.

Poteſt etiam præſens ſententia referri ad bona malaq. quæ ab homine alteri contingunt: vel quæ homo diſtribuere debet. quia in re maxima reperitur non ſolum vanitas ſed iniquitas. Sæpe iudicũ aut principum malitia auaritiaq. aut alio vitio corrupta mẽs iudicia peruertit, reipublicæ miniſteria ac dignitates iniquiſsime diſtribuit, ambitioſi, ſcelerati, violenti homines ſunt in pretio, libertate & dignitate gaudent, iacẽt boni, contemnunturq. neq. ſolum contemnuntur, ſed indigne tractantur, perſecutionemq. patiuntur. Hoc argumentum latiſsime patet: ſed non ſemel hoc occurrit.

Itẽ hæc rerũ inæqualitas vanitas eſt, hoc eſt, argumentũ vanitatis nõ veritatis rerũ: probat enim res eſſe vanas, quæ neque propriæ ſunt iuſtorum, neque impiorum, ſed omnibus communes: neque ex fælicitate aut infælicitate temporali poteſt probari virtus aut vitium alicuius. Multi in regali throno ſederunt pij, multi etiam impij: in carcere ſunt malefactores, ſed ibi nõ raro inueniuntur innocẽtes. Ioſeph mittitur in carcerem, Ioannes Baptiſta erat in vinculis: vinctus Chriſti fuit Paulus. Dauid Ioſias, Ezechias ſancti fuerunt, Herodes, Antiochus Epiphanes, Ieroboam fuerunt impijſsimi.

Et laudaui ego lætitiam, quod non bonũ homini ſub ſole, niſi comedere & bibere & lætari, & hoc manebit ei in labore ſuo diebus vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus ſub ſole. v.15. H.

Laudaui igitur lætitiam, quod non eſſet homini bonum ſub ſole, niſi quod comederet, & biberet, atq; gauderet: & hoc ſolum ſecum auferet de labore ſuo in diebus vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus ſub ſole. Lat.

HÆC ſentẽtia ex illorũ perſona proferri videtur, qui tẽporalẽ fęlicitatẽ verũ bonũ cẽſent, & calamitatem verum malum: neque attollunt mẽtis oculos ad ſpiritualia bona, pręmiaq. ac ſupplicia æterna. Vel per comparationẽ exponi poteſt, vt melius ſit moderato rerum vſu cum lætitia viuere,

quam

quam ſcrutati Dei iudicia, anxiumque eſſe ob bonorum afflictionem, & malorum exultationem.

Item dum approbat, laudat neceſſarium rerum vſum cum lætitia, abſtrahere conatur animum à curioſa & ſæpe noxia prouidentię Diuinæ inueſtigatione, vt paulatim diſponat auditorem ad ſolidam ſinceramq. veritatem, quam cap. 12. docebit. Similis ſententia eſt cap. 2. v. 24. Vide etiam cap. 3. num. 22. ca. 5. v. 17. Sicut auaros ad honeſtum rerum vſum inducebat, ſic nūc curioſos & acutos a vana ſcrutatione retrahere vult, ne ſibi reddāt vitam magis moleſtam, cum ipſa per ſe ſit moleſtiſsima.

v. 16, H. *Quemadmodum dedi cor meum ad ſciendum ſapientiā, & ad videndum afflictionē, quæ fit ſuper terram, quia etiam in die & in nocte ſomnum in oculis ſuis non ipſe videns.*

Lat. *Et appoſui cor meum vt ſcirem ſapientiam, & intelligerem diſtentionem, quæ verſatur in terra: eſt homo, qui diebus ac noctibus ſomnum non capit oculis.*

CONFIRMAT præcedentem ſententiam, niſi fallor, ſui exemplo, vt immoderatam diſcendi auiditatem ad mediocritatem reducat. Cum homines acuti rerum contemplationi nimiam operam impendant, non contenti naturalium rerum ſtudio, ad ſcrutanda Dei iudicia appellunt animum, fatigantur, diſcruciantur, periclitantur. Ego, inquit, non ſegnem nauaui operam ſapientiæ, ſcrutatus ſum hominum occupationem, moleſtiam, afflictionem, in quo ſtudio quandoque laboratur immodice, vt mens non quieſcat, neque oculi ſomnum capiant. Puto Salomonem reſpicere in præſenti ſententia ad illam rerum inęqualitatem ſiue vanitatem, de qua dixit v. 14. Hhinjan, id eſt, diſtenſio cap. 1. v. 13. occupatio. cap. 2. nu. 26. Afflictio & cura ſuperflua. Alij, negotium. Somnum non capere die nec nocte eſt ſummo ſtudio in aliquam rē incumbere. Multi hoc tempore vaniſsimas excogitant quæſtiones: nacti otium quærunt negotium: gloriæ cupiditate ducti, quam veterum ſapientia ſibi minorem parare poſſe putant, quam vellent: ideo nouam doctrinam, nouum dicendi modum inducunt, vt nouo nomine in ſcholis celebrentur. De hoc iam egimus c. 7. v. 17. &c.

Et vidi omne opus Dei quia non poterit homo inuenire v. 17. H.

nire

nire opus, quod fit ſub ſole, propter quod laborabit homo ad quærendum & non inueniet. & etiam ſi dixerit ſapiens ſcire, non poterit inuenire.

Lat. *Et intellexi quod omniũ operum Dei nullam poſſit homo inuenire rationem eorum, quæ fiant ſub ſole: & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniat: etiam ſi dixerit ſapiens ſe noſſe, non poterit reperire.*

DE ignorantia humana multa dici poſſunt, aliqua iam cap. 1. & cap 7. indicata ſunt. Cum ſcire ſit rem per cauſam propriam cognoſcere, & definitio ſit potiſsimum demonſtrationis medium, neceſſario ſequitur ſcientiam humanam eſſe tenuiſsimam, nam ignoramus differentias rerũ, quas vocant vltimas, ſine his nulla eſt exquiſita definitio, ergo nulla exquiſita demonſtratio. Quapropter omnia ſunt opinionibus plena; & noui ſapientes dum ſuam volunt ſtabilire ſcientiam, antiquam debilitare & euertere conantur; noua excogitant argumenta, quibus impugnent receptam doctrinam; ſed de hac ſapientia modo non agit Eccleſ. ſed de illa cognitione, quæ multo eſt difficilior, cum cauſam habeat ſecretiſsimam ſcilicet Dei conſilium, Dei prouidentia: quis hominum (ait Sapiens) poterit ſcire conſilium Dei? Pſal. 65. v. 5. Venite & videte opera Dei terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. Admiramini Dei opera, conſiderate vt veneremini, nolite ſcrutari ne deſoleminiquqi enim plus vult ſapere quam neceſſe eſt obſtupeſcit, hæret, inſanit. Eſt Deus terribilis in conſilijs, in his operibus, quæ fiunt circa homines, quos peculiari prouidentia regit. Paulus de occultis conſilijs ac iuditijs Dei verba faciens exclamat: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, &c. Quando homines magis erant ſoliciti de ſalute ſua minus hæc curabant, coegerunt impij homines ſanctos Doctores de his rebus accuratiſsimè agere. Eccleſia firmiſsimis dogmatibus fidem noſtrã inſtruxit, nunc nulla neceſsitate de multis rebus acerrime decertatur, quarum cognitio neque hominem faciunt meliorem neq. catholicam doctrinam illuſtrant; faxit Deus ne mentibus tenebras offundant. In Hebrȩo bis eſt Mahhaſeh. i. opus, vulgatus ſecundo loco vertit rationẽ, quia ſcire opus non eſt ſolũ intueri oculis corporis, ſed noſſe operis rationẽ.

Sap. 9. Pſalm. 65. Sap. 7. 12. Rom. 11. 33. Ioan. 9.

Ee Na-

Natus fuerat homo cæcus, quem Deus curauit facto luto ex ſputo & puluire ignorabāt homines cauſas huius facti: ſi rogaretur Philoſophus diceret defectum fuiſſe virtutis forma tricis, ſi vltra ab illo quæreres cur illa virtus formatrix defecit in oculis nō autem in auribus, diceret materiā in illa parte nō apte fuiſſe diſpoſitam. Si rogares aſtrologum, reſponderet in cōformatione partiū corporis influxū aſtrorū fuiſſe noxium oculis, quia partes corporis ſub certis planetarum & aſtrorū aſpectibus, quibus influētia variatur, formari ac diſponi aſſeuerant. Altiorē philoſophiā quęrebant diſcipuli Chriſti, ſed præoccupauerat illorū mentes vulgaris error, quæſiērūt à ſummo D. ſapientię magiſtro Chriſto, quis, inquiētes, peccauit, hic an parentes eius, vt cæcus naſceretur? Lateret nos germana huius facti cauſa niſi illam reuelaſſet cæleſtis doctor: neq. hic, inquit, peccauit neq. parentes eius, ſed vt manifeſtētur opera Dei in illo. Nos talium rerum ignorantia contenti, pro his quæ nobis diuina largitate reuelata ſunt gratias agamus. Comedamus & bibamus ac lætemur, comedamus panem vitę & intellectus, bibamus aquam ſapientiæ ſalutaris, & gaudeamus in Domino, & cantemus illi quia mirabilia fecit, gaudeamus & iterum gaudeamus, dummodo modeſtia noſtra nota ſit.

Eccli. 15. 3.

Philip. 4. 5.

CAP. NONVM.

v. 1. He. *Quia omne hoc dedi in corde meo, & ad dilucidādū omne hoc, quia iuſti & ſapientes, & opera eorum in manu Dei, etiam amorem, etiam odium non ſciens homo.*

Lat. *Omnia hæc tractaui in corde meo vt curioſe intelligerē: ſunt iuſti atq. ſapientes, & opera eorū in manu Dei: & tamē neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit.*

SENTENTIAM lete patentē in Hebræo ad verum & cohętentē ſenſum cōtraxit vulgatus. Ne vana, inutili, imo ne noxia ſolicitudine intricatus humanus animus periclitaretur, dum vult altum ſapere, & altiora ſe quærere, ſtudiumq. virtutis cōparandæ deponat, ſuadet Eccleſ. diuinam electionem ac prędeſtinationē ne-

nequaquam poſſe humana indagatione ſciri: etiamſi de præſenti apud Deũ iuſtitia certus eſſe poſſet per diuinam reuelationem, ad huc ignoraret vtrũ ſit in illa iuſtitia perſeueraturus. Ne quis putaret rem hanc latere ſcientiam noſtrã ob ſegniorẽ diligentiã, minuſq. accuratum ſtudium, ſuo exẽplo docet nulla induſtria, nullaq. indagine talem notitiam haberi poſſe cum ipſe excellenti ingenio, indefeſſoq. ſtudio in hanc rem incubuiſſet. Vtinam ſic vitam inſtitueremus vt dubitare poſſemus de præſenti iuſtitia de odio vel amore Dei erga nos: ſed pleriqui noſtrũ aperte nouimus dignos nos eſſe odio Dei: nam omnis qui in aliquo Dei præcepto delinquit dubitare nõ poteſt ſe eſſe Deo exoſum, niſi ſit inſanus, aut infidelis. Quidã recte viuere cupiũt, ſed dubiã faciunt ſalutem ſuã dum relictis rebus indubitatis dubias incertaſq. amplectũtur, & cum poſsint eſſe tutiores remotis peccandi occaſionibus, neſcio qua demẽtia ipſi ſe in laqueos immittunt, non peccãdi animo, ſed periculo, quod ſatis eſſe debet, vt ignorent vtrum odio an amore digni ſint. Quiſquis rẽ tentat, in qua alij periclitati ſunt, temerarius eſt, itaq. de eius ſalute merito dubitari poteſt. Sed his relictis breuiter oſtendamus neminẽ poſſe certũ eſſe præſentis iuſtitiæ & amicitiæ erga Deum præſertim fidei certitudine, & quãuis moralẽ certitudinẽ aliquis fortaſſis habere poſsit, verũ de ſua perſeuerantia nullo modo certior fieri poteſt. Externa ſigna nulla ſunt certa diuinæ amicitiæ, vt mox dicet Eccleſ. interna ſunt in certiſsima, ſæpe ſibi mens de ſe ipſa mẽtitur, vt eleganter dixit Beatus Gregorius: oportet poſt virtutũ ſenſum intẽtionẽ cordis dirigere: & omne quod agitur diſtricta retractationis diſcuſsione mũdare, ne bona æſtimentur quæ mala ſunt ne ſaltem veraciter bona putẽtur ſufficiẽtia, cũ perfecta nõ ſunt: ſic enim mens plerũq. decipitur, vt aut qualitate mali, aut boni quãtitate fallatur, &c. Multa ſunt neceſſaria vt opus natura ſua bonum puriſſimis Dei oculis placeat, oportet opus eſſe bonum, intentionem rectam ac puram, iuſte ac prudenter factum, ne non opportune fiat, aut loco non decenti, iuſte quod iuſtũ eſt perſequeris. h. iuſtitiam iuſtitiam ſequeris Hoc eſt, ſint omnia iuſta, opus, mẽs, quãtitas & qualitas. Nõ erat mala oblatio Cain per ſe conſiderata, ſed offerẽtis malitia opus reddidit ingratũ Deo. Gen. 4. n 7. vbi Hebraice & latine eſt. Nonne ſi bene egeris recipies? &c. LXX. vertetũt, Nõne ſi recte offeras, nõ re

In Iob. li. 9. cap. 33.

Deut. 16. 20.

Gen. 4.

cte diuidas, peccaſti? Recte (inquit Auguſt.) quippe offertur ſacrificium, cum offertur Deo vero, cui vni tantummodo ſacrificandum eſt: non autem recte diuiditur, dum non diſcernuntur recte vel loca, vel tempora, vel res ipſæ, quæ offeruntur, vel qui offert, &c. Cum autem in bono opere præcipuum locum teneat intentio, quæ multis modis turbari, aut vitiari poteſt, vel inani præſumtione, vel mercenario amore, vel gloriæ mundanæ cupiditate, vel feruoris requiſiti remiſſione, alijſque modis: hinc fit, vt qui bonum agit merito de ſui operis integritate dubitare debeat; quod exemplum B. Iob aperte indicat, verebar, inquit, omnia opera mea ſciens quod non parceres delinquenti. Quantus fuerit bonorum operum cumulus ipſe oſtendit cap. 31. & B. Gregorius breuiter complectitur ſuper illa verba, cap. 9. non dubitabat bonũ opus eſſe recipere peregrinos, veſtire nudos, indigẽtes reficere &c. & veriſſime poterat dicere, quod Paulus: nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Faciebat Iob opera bona ex charitate, diligebat Deum quia ſumme bonus eſt, timebat illum offendere ne eius amicitiam violaret, timebat etiam iuſtũ iudicem. Amare Deum optimũ propter mercedem minime generoſum eſt, nõ timere iudicẽ inſenſati eſt, Iob timet nõ tanquam ſeruus vilis, ſed tanquam filius amans & obedientię ſolicitus, timet tamen Dei offenſam & ſupplicium. Seruus domino ſeuero, duro, impio obtẽperat ſolum timore pœnę, quia nihil videt in hero ſuo dignum amore: ſi autẽ dominus ſit probus iuſtus, beneficus, mãſuetus, non ſolũ timetur ob pœnam, quam infligere poteſt, ſed amatur ob præclaras virtutis dotes. Verebatur itaq. Sanctus vir ne aliquid deeſſet bonis operibus, propter quod Deo diſpliceret, & negligentia, aut fraus pœnã mereretur. Vnde B. Gregor. ibi *dicit*, ſi placere Deo veraciter cupimus, poſtquã peruerſa ſubigimus, ipſa in nobis etiã bene geſta timeamus. Nullã in nobis fiduciã ponamus ſed in Dei gratia omnes noſtras curas, ſtudia cogitationes Dei miſericordiæ cõmittamus, & in hac confidẽtia ſtrenue militemus non deficiẽtes, ſed maiore ſolicitudine inſtemus orationi bonis operibus, vt Dei gratiã nunquam deſeramus, à Deo nõ recedamus, teneamus Pauli documentũ, cũ metu, inquit, & tremore veſtrã ſalutẽ operamini: Deus eſt enim, qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona volũtate. Acſi diceret, nemo fidat ſibi, induſtriæq. ſuæ, nemo ſibi pro-

Marginalia: de Ciui. lib. 15. ca. 7. — Iob. 9. 28. — 1. Cor. 4. — Philip. 2. 12.

promittat in bono perſeuerantiam, neque boni operis inchoationem, cooperari poteſt Deo, ſed non ſine Deo operari aliquid gratum Deo, & vitæ æternæ dignũ. Timeat ergo ne ſua negligentia, aut fraude aliqua deſit gratiæ Dei, ne Deo vocanti non digne reſpondeat, ne intentionis puritatem & rectitudinem deprauet. Beatus vir qui ſemper eſt pauidus, qui ſemper opera ſua veretur, qui in actionibus ſuis præceps nõ eſt, ſed mature deliberat metuens defectum, qui non ſolum de rebus conſultat, ſed de tempore, loco, & cæteris ad integritatem operis neceſſarijs. Ne faſtidio ſim lectori omitto argumenta illa, quæ ducuntur ab alijs incertitudinis cauſis. Nemo enim certus eſſe poteſt fidei certitudine ſe baptizatum fuiſſe, quia de baptizantis intentione conſtare nõ poteſt. Quis eſt, quem non aliquando conſcientia peccati mortalis ſtimulauerit? aut ſaltem non illum inuaſerit aliqua praua cogitatio, de cuius conſenſu dubius ſit? Qua autem ratione ſcire poterit ſe dignam egiſſe pœnitentiam? Certi fere omnes ſumus de actuali culpa, omnes de originali, & tamen incerti ſumus de remiſſione, ac venia. Non eſt alienum ab hac re illud Eccli. 5. n. 5. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu &c. quod licet in Græco ambiguum ſit, vt referri poſsit ad peccatũ remiſſum vel remittendum, quocumque modo ſumatur, docemur ſemper cum timore operari ſalutem, ne abutentes Dei bonitate maneamus in peccato, & exiſtimantes omnia iam nobis eſſe remiſſa, negligentes ſimus, ſed de ſatisfactione, aut vero legitimoque dolore ſoliciti. Si præſentis iuſtitiæ nulla poſſunt eſſe certiſsima ſigna; & multi vanis illuſionibus à malo dæmone in errorem impulſi ſunt, quoniam Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis; quæ certitudo eſſe poterit futuræ perſeuerantiæ? Quis non timeat dicente Paulo, caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauero ipſe reprobus efficiar? Deus elegit ſuos vt eſſent ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate. Beatus Petrus, ſatagite, inquit, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. Nõ eſt Dei præſciẽtia aut prędeſtinatio incerta, ſed nobis incerta eſt, & ad hoc prædeſtinauit, vt vitam ſancte inſtitueremus, non libertatem abſtulit ſed perfecit, ſi quis Dei cõſilio & imperio repugnauerit ipſe ſe reprobũ facit. Bona opera in charitate facta certã faciũt electionẽ, ſed quia nos latet vtrũ reuera in charitate ſimus, ideo

Heb. 12. 15. Prou. 28. 14. Eccli. 5. 2 Cor. 11. 14. 1. Cor. 9. 27. Epheſ. 1. 2. Pet. 1. 10.

Ee 3 voca-

vocatio & electio, quæ ſit certa per bona opera nobis ignota eſt. Quid igitur eſt, quod Paulus aſſeruit Rom. 8. nu. 35. quis ergo nos ſeparabit à charitate Dei &c. & nu. 38. Certus ſũ etenim, quia neq. mors, neq. vita &c. poterit nos ſeparare à charitate Dei &c. Ergo Apoſtolus iam certus erat de ſua perſeuerantia & prædeſtinatione. Potuit quidẽ id ſcire D. reuelatione, ſed non credo, quia 2. Corin. 12. n. 7. Ne magnitudo (ait) reuelationũ extollat me datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet. Quod etiã probatur ex illo. 1. Cor. 9. ſupra allegato, vbi timebat ne reprobus efficeretur. Quid ergo dicemus de illa certitudine? Reſpondeo Paulũ & ſui ſimiles de D. potentia cõfidẽtes talia affirmare poſſunt, imo quiuis noſtrũ hoc poteſt dicere, quia tanta eſt charitatis vis, tanta Dei per charitatẽ habitantis in cordibus noſtris potentia, vt nihil illũ inde poſsit expellere, ſola voluntas noſtra id efficiet, non propter potentiã, ſed ob ingratitudinem, & peruerſitatẽ, non enim eſt potentis, ſed imbellis peccare. Circuit diabolus quærens, quem deuoret, neminem tñ lædit niſi volentem: Deus à nullo recedit niſi prius relinquatur à peccãte. Nemo poteſt iuſte vereq. cõqueri ſe à Deo deſertũ fuiſſe ſine culpa ſua. Deus autẽ quæritur per Iere. 2. n. 5. quid inuenerunt, inquit, patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerũt à me? &c. Cuius pectus nõ emolliẽt verba illa Dei: popule meus, quid feci tibi, aut in quo moleſtus fui tibi? Reſpõde mihi. Hæc dicit Dñs a populo ſuo derelictus, Moyſes quoq. Deuter. 32. v. 18. Deum, inquit, qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui. Prius dixerat. v. 15. Dereliquit Deũ factorem ſuũ, & receſsit á Deo ſalutari ſuo. Certi ergo de Dei bonitate, clementia, protectione: de noſtra ſtabilitate, gratitudine, obedientia, ac perſeuerantia certi eſſe non poſſumus. Cũq. iuſtorum ac ſapientũ opera in manu Dei ſint, ignoratur tñ futurus euentus, quia inde cadere poſsũt. Tutiſsimũ eſt quicquid in manu Dei eſt, nulla eſt potentia, quæ contra Deũ præualere poſsit, ſed hominis libera voluntas, qui libertate ſua abuti ſæpe ſolet quodã modo cogit Deũ excutere hominẽ é manu ſua ob impuritatẽ, quã de nouo peccator, contrahit. Idẽ eſt ſeparari à charitate Dei, & à manu Dei. Sap. 3. v. 1. Iuſtorũ animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormẽtum mortis. Vides quã ſint ſecuri, ſed de vita functis loquitur. Notiſsimũ eſt manum Dei ſignificare eius potentiam ac tutelam,

Rom. 8.
Ierem. 2.
Mich. 6.
Deuter. 32.
Sap. 3.

Pſalm. 30. tutelam, ideo Dauid ait Pſalm. 30.v.6.In manus tuas commendo ſpiritum meum.Idem Chriſtus Luc.23.num.46.
Luc. 23. Conſidera quanta ſit incertitudo humanæ fęlicitatis, quam inconſtans ſit liberum hominis arbitrium vt qui ſunt in manu Dei cadere poſsint. Angeli omnes in gratia fuerunt creati & multi ceciderunt numquam reparandi. Adam conditus à Deo in gratia & iuſtitia originali, & in honore ac fælicitate vno die non perſeuerauit. Quis ergo certus eſſe poteſt de ſua ſtabilitate & perſeuerantia? Omitto multos qui à iuſtitia exciderunt & perierunt. Senſus huius loci de amore & odio hominis erga hominem, & alij ſimiles, inepti ac frigidi videntur, idcirco illos prætermito.

Barar. Barar, id eſt eligere. 1. Reg. 17.n.8 Iſa.49. v.2. Dan.11.nu. 35.&c.Mundare, Iſa.52. n.11. Purgare, Ierem.4.nu.11. Acuere, id eſt mundare, expolire. ca. 51.n.11.Probare, Eccl.3.n.18. & in præſenti, curioſe intelligere:ego verti, dilucidare, alij declarare. Salomon magno ſtudio, quæſiuit omnia iſta, vt probaret, & mundaret mentem ab errore, acueretq. in hac exercitatione ingenium, ſed hoc tãtum inuenire potuit quod omnia in futurum ſeruẽtur in certa, vt mox dicet. Hhabad, id eſt opus, in hac forma hic reperitur H.hhabadeyhem, id eſt opera eorũ. Ridiculũ eſt per opera intelligere diſcipulos, vt quidam Iudæi intelligunt. Nomen vſitatum eſt Hhabodah, id eſt opus Gen.29.n.27. Exod.1. n. 14.c.2.n.23.c.3.n.9.11.&c.

Omnia ad facies eorũ, omnia quemadmodũ (vel, quia) omnibus euentus vnus iuſto & impio, bono & mundo, & immundo: & ſacrificanti & ei, qui non ipſe ſacrificans: ſicut bonus ſic peccator: iurans ſicut qui iuramentum timẽs. v.2. H.

Sed omnia in futurum ſeruantur incerta, eo quod vniuerſa æque eueniant iuſto & impio, bono & malo, mundo & immundo: immolanti victimas & ſacrificia contemnenti: ſicut bonus ſic & peccator, vt periurus ita & ille qui verum deierat. Lat.

SENTENTIA aperta non eſt ſubtilitatibus obſcuranda, Probat Salomon incertum eſſe an aliquis ſit odio vel amore dignus apud Deum, quia interiora cordis Deus ſolus nouit, homo ipſe ſæpe ignorat mẽtẽ ſuam. Gratia autem & charitas in homine iuſto exiſtentes cognoſci non poſſunt certo aliquo argumento. Quapropter Iob, 9. v. 21. Etiam ſi ſim- Iob 6.

 plex,

plex, inquit, fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, & v. 11. loquens de Deo, ſi venerit, inquit, ad me non videbo eum: ſi abierit nō intelligā. Reliquum erat, vt per ſigna exteriora hoc innoteſceret, ſed nullū certum eſt. Videbatur ſignū aptū eſſe ſi iuſto, pio, clementi, mundo, innocenti bene omnia ſuccederent, ſi honor, gloria, diuitiæ, incolumitas probitatē ſequerentur; cōtra vero improbitas calamitate, mærore, miſeria in uoluerentur: ſed horū communicatio ad omnes tā bonos quam malos deriuatur, nulla igitur eſt certitudo.

Panym. Ad facies eorum. i. in futurū. Lephanym. i. ad facies. Panym. i. facies, & cū. L. Lamed præcedēte multa ſignificat. Coram Gen 6. n. 11. n. 12. Exod. 6. n. 12. &c. Ante. i. prius. Gen. 32. nu. 3. miſit nuncios ante ſe. H. ad facies ſuas. Antiquitus. Iud. 1. n. 10. Rut. 4. n. 7. Olim. Ruth. 4. nu. 7. Propter 4. Reg. 16. nu. 18. Pro Prou. 17. n. 18. Obuiā. 1. Paralip. 12. nu. 17. c. 14. nu. 8. In obſequio. H. ad facies. 4. Regum 5. nu. 2. Ierem. 7. num. 24. Facti ſunt retrorſum, & non ante H. non ad facies. Vides hic facies opponi ei, quod eſt retro. Quod præceſsit tempore iam retro eſt, quod nondū eſt, ſed futurū eſt ad facies eſſe dicitur. Sicut apud Latinos, olim, dicitur de tēpore præterito & futuro, ita Lephanym. Hęc obſeruatio valde eſt notāda. Qui aliter interpretari voluerit iuxta alias ſignificationes libere poterit, dummodo à vero ſenſu non recedat.

Hebræi principiū huius verſus iungunt cum fine præcedētis, ſed ad ſenſum nihil refert. Aduerte, nominum iſtorū proprietatem velle ponderare iuxta rigorem latini ſermonis curioſum magis quam ſolidum eſt. Sicut ſi in fine præcedentis capitis aliquis vellet diſtinguere inter reperire & inuenire, vt quidam ignari faciunt, cū in Hebræo vtrobiq. ſit idē verbū. Sic vane laborat ſæpe Lorinus in examinandis verbis Græcis, cum Spiritus S. Hebraice dictauerit hunc librum, & alios, qui primo Hebraice ſcripti ſunt.

Hoc malum in omni, quod ſit ſub ſole, quia euentus vnus omnibus, & etiam cor filiorum hominum (Adam) plenum eſt male, & inſania in corde eorum in vita eorum, & poſt iſtud ad mortuos. V. 3. H.

Hoc eſt peſſimum inter omnia, quæ ſub ſole fiunt, quia omnia cunctis eueniunt, vnde & corda filiorum hominum implentur malitia & contemptu in vita ſua, & poſt hac ad inferos deducuntur. Lat.

VALDE dolendum inde ſumi occaſionē erroris vnde debuiſſē: homines in veritatis cogni-

cognitione proficere. Si enim mali ſtarim pęnas darent & boni tẽporali fælicitate gauderẽt, vix perſuaderi homines poſsẽt eſſe poſt hanc vitam præmium bonorum, aut malorum ſupplicium. Quis autẽ mediocri pollens intellectus acumine, ſi animaduertere vult, non intelligit eſſe in futuro ſæculo præmium & penam, cum hic videat omnia indifferenter euenire bonis & malis? Quis ignorat (niſi extrema ſit corruptus dementia) Deum eſſe iuſtiſsimum: Cur ergo via impiorum hic proſperetur, & mali confortati diuitijs ducant in bonis dies ſuos, neque ſit reſpectus morti eorũ, neque firmamentum in plaga eorum, neceſſe eſt, vt Dei iuſtitia manifeſtetur, & impij luant, quæ fecerunt. Sed Proh dolor, ſic eſt animus noſter addictus ſenſibus, ſic in nobis regnat carnalis concupiſcentia, vitæ præſentis ſuperbia, & oculorũ curioſitas, vt in rebus iſtis infimis & caducis quæramus fælicitatem, & infęlicem putemus eũ, qui calamitatibus præmitur, niſi etiam peccatorem exiſtimemus, & ſcelerum magnitudinẽ infortunij magnitudine metiamur, quemadmodum faciebãt Iobi amici. Æquum eſſet vt mors ipſa errorem hunc exterminaret, quæ eſt omnium terribilium malum maximum, omnibus tamen cõmunis eſt: cuius memoria eſt tanto amarior, quanto eſt hominis maior rerũ abundãtia, maius otium & gaudium, & iſtarum rerum amor vehementior.

Ierem. 12.

Pſal. 72.

Eccli. 21.

Malum. Malum, id eſt iniquum, iniuſtum, culpa. Item, moleſtum, triſte, laborioſum. Iniqui peruerſe ſentiunt de Diuina prouidẽtia, quam aut negant, aut repręhendunt, quia non conſiderant animos eſſe immortales, & animorum bona eſſe multo præſtantiora quam iſta temporalia, quæ plerumque ſunt plurimorum malorum cauſæ. Id circo inſania & malignitate replentur iniqui: faceſsitque hæc rerum inæqualitas magnum hominibus negotium moleſtiſsima eſt (huius inæqualitatis inquiſitio, vt iam ſępe indicauimus. Poſt hæc vna omnes manet nox & calcanda ſemel via lethi. Morte finiuntur humanæ curæ, ſolicitudines, diſceptationes &c.

Omnia mala humani cordis expellit firma ſpes æternæ fælicitatis, quia hac carent mundani, & ſperant in incerto diuitiarum, ponuntq. carnem brachium ſuum, & confidunt in principibus ac filijs hominum in quibus non eſt ſalus, ideo inſaniunt.

Cogitatio impy. Inſania & vertigo. Holeloth, inſaniæ, errores ſup. cap. 1. v. 17. Vulgatus hic vertit cõtemptum: inſani enim eſt contemnere vera bona, cõ-

tem-

temnere ſpem veræ fælicitatis, contemnere Dei prouidẽtiam. LXX. vertunt Peripheriam, id eſt circunferentiam, nam impij mentis vertigine laborant,
Pſal. 11. v. 9. in circuitu impij ambulant. Et quemadmodum hi qui ebrij ſunt putant omnia circunferri, cum ſint quieta, ita homines mundani ob turbationem iudicij ſui, putant rerum ordinem eſſe turbatum. Eleganter ſane mundanorum opiniones vocantur circunferentiæ ac vertigines.

v. 4. He. *Quia cui quod eligatur ſuper omnes viuentes, eſt ſpes? quia canis viuus ipſe bonus præ leone mortuo.*

Lat. *Nemo eſt qui ſemper viuat & qui huius rei habeat fiduciam: melior eſt canis viuus leone mortuo.*

v. 5. He. *Quia viuentes ſcientes quod morientur, & mortui nõ ipſi ſcientes quidquam, & nõ vltra eis merces, quia obliuioni tradita eſt memoria illorum.*

Lat. *Viuentes enim ſciunt ſe eſſe morituros: mortui vero nihil nouerunt amplius: nec habent vltra mercedem, quia &c.*

DIFFICILIS eſt horum verſuum nexus, & ſenſus, ſed difficilior factus eſt interpretum diſcrepantia, quorum aliqui allegorijs delectati difficultatem euadere conantur. Duobus potiſsimũ modis hæc explicari poſſunt, aut ex perſona impiorum dicta, aut Salomonis. Primo ſic exponemus, homines impij ſolum præſentia attendentes, videnteſque mala & bona indifferenter contingere omnibus, neque ſperantes meliorem vitam, nullo metu mortis retrahuntur á peccatis, imo magis inſaniunt, pluribuſque inuoluuntur replenturque ſceleribus, ſic ſecum reputantes. Nemo tam præſtans eſſe poteſt, cæteriſque mortalibus ante poni, cui ſit ſpes immortalitatis: quamuis viliſsimus ſit, & veluti canis abiectus dum viuit poteſt frui voluptatibus huius mundi: illuſtres, potentes, principes quaſi leones, poſtquam vitam finierunt, nullius pretij ſunt. Exibit ſpiritus Pſ. 145
eorum & reuertentur in terrã ſuam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Hæc eſt impiorũ inſania, quos mortis memoria ad maiora ſcelera impellit, quia non timent Dei iudicium de quo iam dictum eſt cap. 7. v. 3. Horum impias voces lege Sap. 2. a. v. 1. vſque ad v. 9. Nemo, inquiunt, noſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ,

vbiq.

vbique relinquamus ſigna lætitiæ, quoninam hæc eſt pars noſtra & hęc eſt ſors. Nil aliud ſperant, neq. poſt mortem aliquid timent: vtq. liberius vacare poſsint luxui & libidini, his malijs adiungunt violentiam: opprimamus, inquiunt, pauperem iuſtum &c. In hac exponendi ratione nulla eſt difficultas.

Si vero ex propria perſona loquitur Salomon: ſenſus eſt. Omnes ad eundem finem, hoc eſt, ad mortem tendunt, nulli poteſt eſſe fiducia immortalitatis in hoc ſæculo: præſens vita via eſt, & ſpatium in quo mereri aut demereri poſſumus, poſt mortem nemo nouit bona aut mala huius vitæ. Quapropter cum in vita impio concedatur pænitentiæ locus, melior eſt viuentis conditio quam mortui, etiam ſi ſit viuens infimæ ſortis, & mortuus fuerit mūdi monarcha, omnium enim memoria tempore aboletur.

Cum dicit poſt mortem nō eſſe mercedem, intelligit nouam: neq. de nouo aliquid cognoſcunt, quod illis proficere poſsit ad morum emendationem. Non loquitur de iuſtis, quorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis, viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace, quorum ſpes immortalitate plena eſt. Iuſti in perpetuum viuent & apud Dominum eſt merces illorum & cogitatio illlorum apud Altiſsimum: talis merces non ſeruatur impio. Præterea merces pro præmio accipitur, impios autem manet ſupplicium. Licet merces & fructus aliquando in malum vſurpentur hic in bonum, & Sap. 3. nu. 11. ſapientiam enim & diſciplinam qui abijcit infælix eſt, & vacua eſt ſpes illorū, & labores ſine fructu, & inutilia opera eorum. Videtur præſens ſententia aduerſari illi cap. 4. v. 2. laudaui, inquit, magis mortuos quam viuentes. Reſpōdeo: ſi hæc verba ſunt impiorum, nulla eſt cōtradictio. Si vero ſunt Salomonis, dicendum ibi fieri ſermonem de miſerijs humanæ vitæ, de oppreſsione innocentum, quibus gratior & vtilior eſt mors quā vita: hic vero loquitur de impijs, quibus temporalis mors initium eſt ęternę: hi autem dū viuunt reſipiſcere poſſunt, idcirco melior eſt canis viuus leone mortuo, iſte iam deſijt ſæuire, iam eius tyrannis ceſſauit, iam omni ſpe melioris ſortis caret, canis viuus manſueſcere poteſt, vtilis eſſe poteſt. Diuerſis rationibus vita & mors cōparari poſſunt, & vna alteri pręferri. Vide Iob. 14. v. 7. &c. vbi mors hominis exuit omnem vitæ ſpem. & 2. Reg. 12. num. 23. Pſ. 45. v. 4.

Sap. 3.
Sap 5. v 16.
Sap. 3.
Mors.

Etiam

v. 6. He. *Etiam amor eorum, etiam odium eorum, etiam inuidia eorum iam periit, & pars non eis vltra in ſæculum in omni, quod fit ſub ſole.*

Lat. *Amor quoque & odium & inuidia ſimul perierunt, nec habent partem in hoc ſæculo in opere quod ſub ſole geritur.*

HÆC verba ad impios referri poſſunt ſicut ſuperiora. Si ſunt ipſius Salomonis, explicat id quod dixit, impios ſcilicet mortuos nil amplius cognoſcere, nec illis vltra eſſe aliquam nouam mercedem, nullam participationem bonorũ huius vitæ. Amor, odium, inuidia ſiue zelus, æmulatioq. (hæc enim ſignificat Qinah) huiuſmodi paſsiones ſunt vehementiores, vnde multa oriuntur mala. Hæ paſsiones finiuntur, ſed aliæ ſuccedunt impijs multo acerbiores, quæ illos perpetuo torquebunt. Odium bonitatis quo hic ſtimulantur mali, non videtur finiri ſed mutari ſiue augeri. Bonorum amor perpetuus eſt, quia charitas nũquam excidit. Amor malorũ in odiũ mutabitur aduerſus eos qui cõſilium aut auxilium præbuerunt impijs ad peccandum. Inuidebunt ſanctorum gloriæ, tunc illud implebitur, peccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet, deſideriũ peccatorũ peribit. Vide Sap. 5. ridentes, inquit, turbabuntur timore horribili, & mirabũtur in ſubitatione inſperatæ ſalutis &c. v. 14. talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt. Diues epulo in inferno poſitus Lazarum vidit in ſinu Abrahæ. Ad maius impiorum tormentum ipſis manifeſtatur ſanctorum fælicitas, quos hic contẽpſerunt, aut oderunt.

Sap. 5.

Luc. 16. 23.

Perit amor rerum mundanarum, quia fit amantis & rei amatæ irreparabilis ſeparatio. Dura illi videbatur hæc ſeparatio, ſiccine, inquit Agag, ſeparat amara mors? ſeparantur parentes & nati, & amici: relinquunt diuites diuitias ſuas, etiã extraneis: finiuntur honores & voluptates & ambitiones, & recedit omnis materia contentionis & æmulationis.

1. Reg. 15. 32.

Amor eſt alicuius boni complacentia, bonũ enim eſt quod omnia appetunt. Quale eſt bonum talis eſt amor: bonum ſenſibile vile eſt, neque perſe honeſte expetendum: ſolus Deus qui eſt ſummum bonum honeſtiſsime amatur, ideo ex toto corde diligendus, quia numquam amoris magnitudo poteſt æquare bonitatis eius magnitudinem. Eſt Dei amor ſubſtantialis, cæterarum rerũ amores ſunt accidentales. Quid enim

Amor.

Amor Dei ſubſtantialis.

enim in creatura amari poteſt niſi accidens? tolle a lapide pretioſo colorem ac pulchritudinem, & ſi quam habet vim ac proprietatem, & non magis expetetur quam vilis lapillus. Aurum amatur ob colorem, aut aliquod accidēs. Vehementiſſimus eſt carnalis pulchritudinis amor, cuius cauſa tot diſſēſiones, cōtentiones, bella, mortes regnorum euerſiones extiterunt. Hic amor accidētis eſt, amat homo mulierem pulchrā abſcindatur ei naſus, eruantur oculi, deturpetur aliqua deformitate facies, ignis ille, qui dicitur amor, protinus extinguitur. Da mihi honeſtum amorem erga ſapientem iuſtū, manſuetumq. ſi mores mutauerit, ſi crudelis, iniquus, temerariuſque fiat, amor finitur, quia finiuntur amoris cauſæ. Solus Dei amor eſt ſubſtātialis, quia eius ſapientia, potentia, bonitas, & quicquid in illo eſt ſubſtantia eſt, Deus autem immutabilis eſt, quapropter charitas nunquām excidit.

3.Cor.13.

Mutatur amor mundanus quia id quod amat mutabile eſt, cum autem homo vitam cū morte cōmutauerit perit omnino eius amor; quia iam nihil illorum, quæ amabat obtinere poteſt, voluntas autem impoſſibilia nō appetit. Quid autem homini damnato poteſt offerri boni, quod amet, cum ibi ſit vbi omnia ſunt triſtiſſima, miſerrimaque? vbi nullum eſt bonum, ſed omnium malorum congeries? Amorem neceſſario ſequitur odium, qui amat pulchritudinem odit deformitatem: qui amat honeſtatem odit turpitudinem: qui amat iuſtitiam odit iniquitatem: aut è conuerſo, quare illud odium cum morte finitur quod erat amoris temporalis comes; naſcitur autem ibi nouum odiū cum intolerabili animi cruciatu ac boni deſperatione, quia amor naturalis quo ſe ſuamq. felicitatem vnuſquiſque amat cum morte non extinguitur, cum autem nulla ſit iam ſpes melioris fortunę inde naſcitur odium Dei punientis damnatos. Idem cōſiderare poſſumus de inuidia & æmulatione præſentis vitæ, quæ neceſſe eſt finiri finito amore.

Vade comede in lætitia panem tuum, & bibe in corde bono vinum tuum, quia (vel, ſi, cum) voluit Deus opera tua. V.7.H.

Vade ergo & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua. Lat:

HÆC verba poſſunt intelligi dicta à Salomone irriſoria quadam permiſſione, qua, dum videtur approbare impij

impij mores, irridendo confutat ac cōdemnat. Poſſunt etiā eſſe verba ipſius impij ſeipſum adhortantis ad delicias cum ſecuritate quadam. Vel ipſe Salomon de honeſto rerum vſu loquitur: ac ſi diceret, nolo vt te multa triſtitia abſorbeat, nō tibi præcipio rem difficillimā, imo id ſuadere ac perſuadere volo, vt viuas vitā iucundam lætamque, quod conſequeris ſi iuſtitiam ac temperantiam teneas, nam iniquitas, turpis voluptas, voracitas, ebrietas vitam reddunt moleſtam, curis ſolicitudine, timore, multiſq. malis refertam. Sit tibi honeſtum gaudium, lætitia cum virtute coniuncta. Comede panē tuum, non alienum, comede panem honeſto labore quæſitum, non vſuris, fraudibus, rapinis comparatum. Multi comedunt panem pauperum, & bibunt vinum pauperum, imo ſanguinem: tales ſunt non ſolum vſurarij & raptores, ſed domini temporales, qui colonos & pauperes tributis onerant, exactionibus immodicis vexant. Hac ſententia iniuſtitiam & auaritiam diſſuadet, & communi hominum vitæ conſulit. Aliud cōuenit omnibus, aliud pænitentibus, aliud viris perfectis: nunc de communi vitæ ratione agit. Chaldæus hæc verba Deo accommodat, quē ſic loquētem inducit: vade guſta in lætitia panem tuum, qui repoſitus eſt tibi propter panem tuum, quem dediſti pauperi, & humili, qui erat eſuriēs: & bibe in corde iucundo vinum tuum pro vino tuo, quod miſcuiſti pauperi & humili, qui fuerunt ſitientes, ecce iam beneplacita fuerunt ante Dominum. Panis hominis eſt nō tam ille, qui replet ventrem, quam qui reficit mentem ad Hebr. 13. n. 9. optimum eſt gratia ſtabilire cor non eſcis, quæ non profuerunt ambulātibus in eis. Et vinum non quod turbat hominem, ſed quod lætificat cor hominis, veritatis cognitio, veræ felicitatis contemplatio mentem recreant & inebriant. Hic eſt *panis confirmās cor hominis*: hoc vinum non luxuriæ eſt fomes, ſed caſtitatem conſeruat. Attendite vobis, ait Chriſtus, ne forte grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate &c. Nolite inebriari vino (inquit Paulus) in quo eſt luxuria, ſed implemini Spiritu ſancto. Hoc erat muſtū illud quo inebriati ſunt diſcipuli Domini in die Pentecoſtes. Panis & vinum corporalia cōmunia ſunt bonis & malis, cibus & potus quo corpus reficitur proprie nōn ſunt hominū, ſed animalium, id propriū eſt hominis, quod ad illum pertinet ea ratione, qua à brutis differt. Cum ergo dicit, Salomon

Cibus hominis qualis.

Pſal. 103. 16.

Luc. 21. 34.

Actor. 2.

mon comede panem tuum, de pane hominis loquitur; alloquitur enim viros bonos,quorum opera placent Deo,de quibus dicitur Eccleſiaſtici 15.qui timet Deum faciet bona & qui continens eſt iuſtitiæ apprehéder illam &c. cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum.Hoc vinum mentem purificat. Audi Zach.cap.9 v. 17. Quid enim bonum eius eſt,& quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum & vinum germinans virgines ? Ex hoc frumento panis vitæ conficitur.Nō naſcitur hoc frumētum in terra morientium panis eſt cæleſtis,quod electis cōmunicatur,vinum eſt diuiniſsimū, quod extinguit libidinē, delet concupiſcentiam carnalem,nutrit caſtitatem, & virgines conſeruat integras,non tamen reddit ſteriles,ſed germinare facit germina pulchra, fructificare fructum ſpiritus ſuauiſsimum. Hæc omnia in Euchariſtiæ ſacramento perfectius cōtinentur.Chriſtus eſt panis viuus, panis qui de cœlo deſcendit,qui cū gaudio comedit hunc panē, & bibit hoc vinum,opera facit Deo grata.

Eccl. 15. — Zach.9.17. — Euchariſtia. — Ioan.6.

Cor bonum. Cum gaudio. H. in corde bono. Tob. 1. bonum; ſed cum hoc nomen plura ſignificet, per cordis bonitatem nō ſolum iucunditatem & gaudium, ſed etiam ſinceritatem, virtutemque intelligere poſſumus. In gratiam lectoris aliquot phraſes in medium proferemus, ex quibus id eliget, quod aptius iudicauerit. Iud. 16. num. 25. lætanteſque per conuiuia ſumptis iam epulis. H.& fuit ſecundum bonum eſſe cor eorum. cap.19. num. 6 lætemur, H. bonum ſit cor tuum.num.9.duc lætum diem H bonum ſit cor tuum, num. 22.illis epulantibus, & poſt laborem itineris cibo & potu reficientibus corpora.H.ipſis bonificantibus cor ſuum. Ruth. 3. num.7.factus fuit hilarior. H & bonum fuit cor eius.Hāc phraſim imitatus eſt Eccleſiaſticus cap.30.num. 27. ſplendidum inquit,cor, & bonum in epulis eſt. Sic etiā vulgatus in præſenti idē ſecutus eſt.Iud. 18.n.20.Acquieuit ſermonibus eorum. H. & bonum fuit cor ſacerdotis id eſt, placuit ſacerdoti.Eſth.1.n.10.cum rex eſſet hilarior,&c.H. ſecundum bonum cor regis in vino c.5.n.9. Alacer.H.bonus corde.3. Reg. 21.nu.7.æquo animo eſto. H. bonum ſit cor tuū. Cor bonū Eccle.13.n.32.vocatur lætū & beneaffectū,veſtigium,inquit, cordis boni,& faciem bonā & difficile inuenies,& cū labore.

Eccl.30. — Eccl. 13.

In omni tempore ſint veſtimenta tua candida,& oleū ſu- v.8.H.

ſuper caput tuum non deficiat.

Lat. *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleũ de capite tuo non deficiat.*

SI ſunt verba impij ſe aut ſui ſimilem adhortantis, poſt cibum potumque etiam deliciarum & diuitiarum oſtentationem ſuadet, ad diuites tantum pertinere videtur veſtium ſplẽdor & mundities, & pretioſi vnguenti vſus; pauperes enim ſudore & labore victum quærunt, in luto aut puluere verſantur.

Perſeuerãtia. Sed multo eſt præſtantior ſenſus ſi ad virum bonum iſta referantur, cuius opera Deo placent, quem ad perſeuerantiam boni operis adhortatur Eccleſ. Candor ſiue veſtis candida, quæ totum corpus operit, & hominẽ facit magis conſpicuum, ſymbolum eſt conuerſationis ſanctæ, vitæq. puræ. Cãdor animi apud latinos, idem eſt quod ſinceritas, puritas, ſimplicitas, innocentia. Nõ ſolum decet viros bonos interna animi ſanctimonia, ſed etiã externa, vt nemini dent offenſionem, ſed luceat lux eorum coram hominibus ſic vt videãt eorum bona opera & glorificent patrem celeſtem. Color albus maxime eſt viſibilis & illuſtris. *Candoris albedo.* Maxime ad lucis naturam accedit, illamq; perfectius recipit ideo ſicut lux, ſic eſt ſymbolum lætitiæ & puritatis, contra veſtis nigra ſignificat mærorem & calamitatẽ. Apud Romanos qui magiſtratum petebant candidis veſtibus induebantur, quaſi profitentes morum puritatem, & in adminiſtrando ſinceritatem & æquitatem; hi candidati dicebãtur; vnde nomen deriuatum eſt ad omnes, qui rem aliquam appetunt, aut alicuius rei ſtudio incumbunt, vt candidatus Philoſophiæ, Theologiæ, dicitur etiam candidatus gloriæ & immortalitatis; tales nos ſemper eſſe oportet, ideo ſemper ſint veſtimenta noſtra candida. Cũ baptizamur veſtem candidam induimus, & vt ait *Apoſtolus*, omnes qui in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis, eſt autem Chriſtus ſplendor patris, candor lucis æternæ. Inſignũ huius ſpiritualis veſtis olim cathecumeni cum in feſto Paſchæ baptizabantur alba veſte induebantur tanquam candidati æternæ vitæ, quam moiũ puritate, vitæ integritate, virtutum ſplendore comparare deberent. B. Auguſtinus ſermone 1. Dominicæ in Albis (quæ ſic appellata eſt, quia tunc candidati veſtes illas deponebant) Paſchalis (ait) ſolennitas hodierna feſtiuitate concluditur, & ideo hodie neophytorũ habitus commutatur, ita tamen vt

Heb. 1. Sap 7. 26.

Ser. 157.

vt candor, qui de habitu deponitur ſemper mente teneatur. Inficiunt maculant deturpant peccata animum; vnde etiam actiones deprauantur & quamuis fulgentibus veſtimẽtis peccator diuitias oſtentet, tamen virtutis inopiam moribus prodit, ſæpe etiam veſtium nitor argumentum eſt immunditiæ mentis, ſi non ſit conſentanea veſtis perſonæ, eiuſq. profeſſioni; ſi nitor externus intuentium oculos attrahere nititur; ſi veſtis eſt turpitudinis illecebra, ſicut eſſe ſolet in multis fœminis. In ſordida veſte poteſt eſſe virtutis candor; & in ſplendida morum turpitudo; quod perſe manifeſtum eſt, alioquin maiorem deberemus reuerentiam veſtibus quam perſonis. Id ſane commune eſt ſtultis hominibus, vt ex veſtium apparatu & ſplendore æſtiment alios, quod eleganter repræhendit Iacobus. cap. 2. fratres mei, inquit, nolite in perſonarum acceptione habere fidem D. N. Ieſu Chriſti: etenim ſi introierit in conuentum veſtrum vir aureum anulum habens in veſte candida, introierit autem pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus eſt veſte præclara &c. hic aperte condemnat prauum hominum iudicium. Ageſilaus Lacedemoniorum Rex iuſsit captiuos nudos vendere, veſteſq. ſeorſum: veſtium quia pretioſæ ac præclaræ erant plures habuerunt emptores: captiuos deridebant quia corpore erant albo ac tenero, & laboribus ruſticis inepti: tũc Ageſilaus oſtẽſis captiuis dixit: hi ſunt cũ quibus pugnatis; & oſtenſis veſtibus, hæ, inquit, ſũt pro quibus pugnatis: ſignificans hoc ſtratagemate hoſtium indignitatem, qui remotis indumentis nullius erãt pretij: ſic multos paſſim reperias. At qui veſte candida intus indutus, qui motũ candore illuſtris eſt, non eget ornamẽtis iſtis vanis & fallacibus, quæ indicant plerũq. animi leuitatem aut turpitudinẽ. Vterq. Apoſtolorum Princeps fœminas modeſte ornari præcipit. Petrus loquens de viris infidelibus, qui doctrina non perſuadentur, vt vxorum ſancto virtutis exemplo conuertantur, vt ſi qui non credunt, inquit, verbo, per mulierum conuerſationem ſine verbo lucrifiant, conſiderantes in timore caſtam conuerſationem veſtram, quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumẽti veſtimẽtorũ cultus &c. Paulus vero, ſimiliter, inquit, mulieres in habitu ornato, cũ verecundia & ſobrietate ornantes ſe, & non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veſte pretioſa; ſed quod decet mulieres pro-

Veſtitus. *Iacob 2.* *Ornatus fœmin.* *1. Petr. 3.* *1. Tim. 2. 9.*

mittentes pietatem per opera bona. Mũdam & puram oportet eſſe conſcientiam à vitijs, ſplendidam virtutibus, nam corporalis illa mundities & ornatus, qui oculos in ſe trahere
Luc. 11. 24. conatur, & væcordes cõcupiſcentijs irretire, diabolo gratiſſimus eſt, qui cum ambulauerit per loca arida & inaquoſa quęrens requiem & non inueniens, quia vbi deliciæ & voluptates non ſunt, ſpiritus nequã quieſcere non poteſt, tunc
Luxuria illecebra. reuertitur in domum antiquã, quam inuenit ſcopis mundatam & ornatam, vt ibi maneat cũ alijs ſeptẽ dęmonibus. Qualis ſit ornatus domus mulieris
Prou. 7. v. 16 fornicariæ indicabit Salomon; intexui, inquit meretrix, funibus lectulum meũ, ſtraui tapetibus pictis ex Ægypto, aſperſi cubile meũ myrrha, & aloe, & cinnamomo. Quęramus cãdo
Pſal. 50. v. 9. rẽ illũ de quo Dauid, Aſperges me inquit, hyſſopo & mundabor, lauabis me & ſuper niuem
Iſai. 1. 16. dealbabor. & Iſa. 1. num. 16. Lauamini mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis &c. ſi fuerint peccata veſtra vt coccinũ quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus velut lana alba erunt. Ecce hic docemur qua induſtria veſtimenta ſemper poſſint eſſe candida, ſi ſemper ad pænitenciæ lauacrum accedamus.

Alterum erat, vt oleum de capite nõ deficiat. In baptiſmo chriſmate vngimur, tunc enim Chriſtiani efficimur, & Chriſtus ab vnctione ſiue chriſmate ſic dictus eſt, qui eſt caput noſtrum. Ipſe vnctus eſt à Deo oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis, & propter conſortes ſuos: nam litera M. Mem præ, & propter ſignificat. Vngimur etiam quando ſacramentum confirmationis recipimus, tanquam ſtrenui athletæ pugnaturi cum diabolo. In capite omnes vigent ſenſus, ibi ſedem habet intellectus, caput debet corroborrari oleo diuinæ gratiæ. Sicut conuiuæ nobiles & opulenti in conuiuijs veſtes præclaras induebant, & oleo odorifero, ſiue vnguento pretioſo capita vngebant, ſic conuiuæ Chriſti, qui ad communionem accedunt veſte candida ornati, & vnguento boni odoris, bonæ conuerſationis, vnguento eleemoſynæ redolentes accedãt. Oleum ſiue vnguentum pretioſum & odoriferum ſymbolum eſt bonæ famæ, & miſericordiæ. De bono nomine dictum eſt ca 7. v. 2. de quo iterũ redibit ſermo; de miſericordia etiam dicendum erit ſuo loco.

Oleum. *Baptiſmus.* *Pſal. 44. v. 8.* *Confirmatio.* *Eucharistiæ ſumptio.*

Illud non prætermittendum quod Chriſtus præcipit ieiunantibus Matth. 6. num. 17. vt caput vngant & faciem lauent, contra hypocritarum Matth. 6. 17

mo-

morem, qui exterminabant facies ſuas, vt apparerent hominibus ieiunantes. Eſt ieiunium quaſi album indumentum & veſtis candida, quæ oculos inuitat, quæ eſt conſpicua, ſed ſine oleo vana eſt. Chriſtus Mat. 23. num. 27. hypocritas aſsimilabat ſepulchris dealbatis, quæ intus ſunt plena oſsibus & putredine. Si cum candore veſtium oleum capitis iungatur, omnia erunt Deo gratiſsima. Non vult Chriſtus vt ieiunia ſint penitus occulta, ſed ne ieiuniorum ſignis affectemus hominum laudes, ſed omnia faciamus ad Dei laudem. Chriſtus vnctus eſt oleo lętitiæ, hypocritæ triſtitiam prę ſe ferũt, triſtitiam fingunt, virtus læta eſt neque vera poteſt eſſe lætitia niſi vbi eſt vera virtus. In ſignum lætitiæ capita vngebant, & in rebus lætis, in feſtiuitatibus & conuiuijs. Ruth itura ad Booz cuius coniugiũ quærebat, præcepit Nohemi, vt ſe lauet: lauare, inquit, & vngere & induere cultioribus veſtimentis. Dauid dum pro nato ægrotante orat pænitentis habitum fert, quo mortuo iturus ad domum Dei vt adoraret lauatur, vngitur, mutat veſtimẽta, iam tunc lætior factus, & diuinę ſe ſubijciens prouidentiæ vtitur inſtrumentis lætitiæ. Contra Ioab ſuadet mulieri cuidam vt fingat ſe in luctu eſſe, ne vngaris, inquit, oleo. Vide etiã 4. Reg. c. 4. n. 2. Iudith. 10. n. 3. c. 16. n. 10. Luc. 7. n. 46. Vngere caput aut oleum de capite non deficere eſt mentis gaudio perfrui, cum gaudio bonum operari: eſt ſemper meditari miſericordiam Dei erga nos, & ſtudere miſericordiæ erga proximos, tunc veſtimenta erunt candida intus & extra cũ miſericordia iudicium ſuper exaltauerit: alioqquin ſine miſericordia homo erit ſimilis ſepulchro dealbato. Mitto modo illud, quod miſericordia ſiue oleum in capite dicitur beneficiũ collatũ proximo propter Chriſtũ qui dixit, quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis, ſi ergo Chriſto facimus eleemoſynam, cum pauperem propter Chriſtũ iuuamus, oleũ de capite nõ deficiet, ſi ſemper miſericordiam meditati fuerimus, & iuxta facultatem noſtram perfecerimus.

Pſalm. 44. — Ruth. 3. — 2. Re. 12. 20. — Cap. 14. n. 2. — Iacob. 2. 13. — Matt. 25. 40.

Vide vitas cum vxore quã dilexiſti omnibus diebus vitæ vanitatis tuæ, quæ dedit tibi ſub ſole omnibus diebus vanitatis tuæ, quia hoc pars tua in vita, & in labore tuo, quo laboras ſub ſole. V. 9. H.

Perfruere vita cum vxore, quam diligis omnibus diebus inſtabilitatis tuæ, qui da-

ti ſunt tibi ſub ſole omni tẽpore vanitatis tuæ, hæc eſt enim pars in vita & in labore, quo laboras ſub ſole.

AVarus, & curioſus ſcrutator diuinorum operũ, maxime eorum, quę ad hominum prædeſtinationém, reprobationem, vocationẽ, electionem, ac prouidentiam pertinẽt, vitam ducunt minime tranquillã, & curis ſe torquent ſuperuacuis, quapropter optimum eſt conſilium, vt his relictis inutilem declinent moleſtiam, præſertim quibus eſt domeſtica cura neceſſaria: his nunc ſuadet Eccleſ. vt honeſta fruantur iucunditate, Deus enim matrimonium in officium & in remedium inſtituit, ne genus humanum deficeret, & ne carnis ardore homo infeſtaretur; ſequitur autem matrimonium rei familiaris ſolicitudo, liberorum educatio, vxoris ferendæ non leuis moleſtia, quare ſtultum aut ineptum erit pluribus ſe moleſtijs implicare. *Matrimoniũ.*

Raah. i. video, conſidero, cõtemplor, exploro &c. itẽ fruor c. 2. n. 1. vide ibi. & c. 5. n. 17. per fruor, hic. Similis huic ſententiæ illa eſt Prou. 5. n. 18. Sit vena tua benedicta, & lætare cũ muliere adoleſcentiæ tuæ: cerua chariſsima & gratiſsimus hinnulus; vbera eius inebrient te in omni tempore; & in amore illius delectare iugiter. Cum dicit Eccleſiaſt. perfruere vita cum vxore, quam diligis, non permittit alicui vxorem odiſſe, imo amorem & amoris perpetuitatem commendat, nam in Hebræo eſt, quam dilexiſti, ideſt, in eius amore perſeuera, quam diligendam perpetuo elegiſti. *Prou. 5.*

Item, vide conſidera vitam, hoc eſt, ita viue ſicut decet hominem rationis compotẽ, ita cum vxore viue, vt ſemper ſis memor huius vitæ inſtabilis, & vanitati ſubiectæ, & vitæ futuræ nunquam finiendæ. Vitam viuis fallacem momẽtaneam, laborioſam, in qua tibi laborãdum eſt pro æterna fœlicitate. Hęc eſt pars tua, *hoc tibi tempus* datum eſt in quo poſsis negotiari interim dum venit Dominus rationẽ poſiturus. Sors ſiue hæreditas, ſiue portio hominis niſi excolatur diligenter inutilis eſt, ita vita noſtra, & præſens tempus niſi in bonis operibus expendatur, perit, & nos tanquam inutiles & infideles coloni dabimus pænas. Honeſta eſt coniugum voluptas, ſed ſemper meminiſſe oportet vitæ huius vanitatem & miſeriam, & æternæ vitæ fęlicitatẽ.

Omne quod inuenerit manus tua ad faciẽdum in fortitudine tua fac, quia nõ opus, & ratio, & ſcientia, & ſapiẽtia, V. 10. H.

tia in inferno quo tu abiens illuc.

Lat. *Quodcumque poteſt face re manus tua inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos quo tu properas.*

Tempus merendi eſt vita præſens. PROPTEREA dixit tẽpus ſiue dies vitæ noſtræ eſſe inſtabiles, dies vanitatis, qui niſi redimantur pereunt. Quapropter non ſolum dum vires & opportunitas adeſt operandum eſt, ſed inſtanter, *Diligentia.* ſtrenue, perſeueranter, antequam mors omnem benemerendi facultatem adimat: nunc *Perſeuerantia.* omnia poſſunt eſſe vtilia, quæ pro Dei gloria fiunt: nunc ſapientia & ſcientia, induſtriaq. prodeſſe poſſunt, poſt mortẽ hæc ad meritum nihil conferunt. Si nihil eſt, quod emi poſsit pecunia, eius vſus ſuper uacaneus eſt: qui ab hac vita diſcedit ſine bonis operibus, quid ipſi prodeſt ad inferos deſcendere onuſtum ſcientia? Docet præcedens & præſens ſententia vitæ breuitatem & celeritatem, & ideo nullã eſſe minimi temporis faciẽdam ia- Iob. 7. nu. 6. cap. 14. cturam. Dies mei (inquit Iob) velocius tranſierunt quam a texente tela ſucciditur &c. Itẽ, Memento quia ventus eſt vita mea, & cap. 14. Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſerijs: qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquã in eodem ſtatu per- Iob. 9. manet, cap. 9. nu. 25. Dies mei velociores fuerun curſore, fugerunt & non viderunt bonũ, pertranſierunt quaſi naues poma portantes, ſicut aquila volans ad eſcam. Vide quæ de vanitate & fugacitate humanæ gloriæ & opulentiæ dicuntur Sap. cap. 5. v. 9. &c. ergo ſi vita volat ſicut aquila ad eſcam, nos quoq. veluti aquilæ vole- Philip. 3. v. 14. mus ad eſcam immortalitatis curramus ad brauium ſupernę vocationis, properemus ad coronam gloriæ. Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudi- Iſa 40. 31. nẽ, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Ferunt accipitres Noruegię eſſe miræ pernicitatis, quia dies hyberni ibi ſũt breuiſsimi, & ad quærendam eſcam opus eſt ſummã velocitate: tales eſſe debemus omnes, qui ad celeſte Manna properamus. Bonum Gal. 6. 9. (inquit Paulus) facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes: ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Nũc tempus eſt inueniendi nunc Apoc. 3. v. 20. Deus ſtat ad oſtium & pulſat, Matth. 20. nunc conducit operarios in vi Iſa. 55. neam ſuam. Iſa. 55. num. 6.

quærite Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt. Finita vita tam lõge erit Deus à peccatore, vt nulla amplius appropinquandi poſsit eſſe ſpes. Operemur ergo donec dies eſt, veniet nox quando nemo poterit operari. Inuenire dicitur manus id, quod eſt in ei⁹ poteſtate, quod eſt in hominis facultate. Matſa id eſt, inuenio, appræhendo, reperio. alijs etiam modis vertit vulgatus. Ioſue. 17. nu. 16. non poterimus ad montana conſcendere. H. non inuenietur nobis mons. Iud. 9. n. 33 illo autẽ egrediente aduerſus te cum populo ſuo, fac ei quod potueris. H. facies ei ſicut inuenerit manus tua. Locus iſte ſufficit ad illuſtrandam verſionem vulgatam in præſenti loco Eccleſ. Leuit. 12. nu. 8. quod ſi non inuenerit manus eius & non potuerit offerre agnum. H & ſi non inuenerit manus eius ſufficientiã agni. Item. c. 25. n. 28. Optime igitur vertit, quodcumq. facere poteſt manus tua, ſiue fuerit eleemoſyna, ſiue aliud bonum opus.

Ioan. 9. 4.

Inſtanter. H. in fortitudine &c. Coach. i. virtus, robur, fortitudo. Vide quæ dixi Iob. 3. n. 17. c. 6. n. 22. Tale eſt opus qualis eſt amor, vehementem amorem ſequitur ſtrenuitas, ſedulitas, animi prõptitudo: quæ remiſſe diliguntur remiſſe quæruntur. Ideo ſolicitudo huius ſæculi repræhenditur, quia ex vehemẽti amore naſcitur, quæ animũ ſuffocat, eſt enim graui & noxio fumo ſimilis: ſolicitudo autẽ rerũ ſpiritualium & diuinarũ præclara eſt, quoniam amor ex qua oritur honeſtus, purus, diuinus eſt; nã recte agere nemo poteſt, neq. recte ſui curam gerere niſi Deum ſincere amauerit, qui cũ ſit ipſamet Bonitas per eſſentiã ſumme diligendus eſt. Deut. 6. n. 5 Diliges Dominũ Deũ tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Meod. i. fortitudo, vehementia ſolicitudo. Plerumq. eſt aduerbium valde, vehementer, ſolicite, *Deut. 4. n. 9. cuſtodi igitur* temet ipſũ & animã tuã ſolicite. Pro ſolicite eſt in H. Meod. & ſcribitur per M. a, d, quod indicare volui propter tyrones. Idem ergo eſt cuſtodire animã ſolicite, & cuſtodire fortiter. Item. nu. 15. cuſtodite ſolicite animas veſtras. c. 24. n. 8. diligẽter. 2. Tim. 2. n. 15. ſolicite cura te ipſum probabilem exhibere Deo &c. hæc ſolicitudo ſancta eſt, quia ex ſancto amore naſcitur, & in præſenti talẽ nos ſua det inſtantiã, diligẽtiam, fortitudinẽ Eccleſ. quia vita breuis, occaſio præceps, & lucrum aut damnum ingens, illud ſolicite quærendum: hoc non minori cura declinandum. In hac conſide-

Luc. 8. 15.

Deu. 6.

Meod.

Solicitudo humana.

ſideratione attente ponderanda eſt ſententia illa Ierem. ca. 48.nu. 10.Maledictus, inquit, qui facit opus Dei fraudulenter. LXX. verterunt,Negligenter:& vtrumq. ex Hebræo verti poteſt:nã, Remijah. ſignificat fraudem,dolum,item, Remiſſum, & reuera in obediẽtia erga Deũ idẽ eſt eſſe remiſſum & fraudulentũ,non ſolũ quia remiſſus fraudatur magno loco,ſed quia interuenit dolus& fraus:quæ operantis manus retrahit & remittit,ne diligẽter & ſtrenue operẽtur.Niſi enim aliquid animũ falleret ſine dubio totus ferretur in Deum,illumq. diligeret tota fortitudine magnaq.ſolicitudine ac ſtrenuitate Dei præceptis obtemperaret,inſtaretq.bonis operibus. Sed rerum temporalium amor, aut concupiſcentia decipit nos.Ex hac fraude naſcitur remiſsio & negligẽtia. Sed exẽplis monſtremus quod Remijah,ſignificet.Dolus.Iob.13.n. 7.Pſ.31.v.2.Pſ.51.v.4.Mendacium.Iob.27.n.4.prauũ Pſ.77. v.57 ſuperbia Pſ.100.n.7.doloſus.Pſ.119.v.3.Remiſsũ. Prou. 10.n.4. egeſtatẽ operata eſt manus remiſſa, manus autẽ fortiũ diuitias parat.Vides hic vocari manũ remiſſã manũ fraudulentã,non quę alijs fraudem facit ſed ſibi, & ſicut negligentia ac deſidia pauperem facit, & indigentem; ita remiſsio ac

Ierem. 48.

Remijah.

Prou. 10.

torpens otium, negligentiaque animi fraudat hominem ſpiritualibus emolumentis, & lucro bonorum operum. cap. 12. v. 24. manus fortium dominabitur,quæ autem remiſſa eſt tributis ſeruiet. Charuts,id eſt,fortis etiam ſignificat, Breuem,Iob.14.nu. 5. Abbreuiatum.Iſa. 10.n. 22. hoc nomen ſignificat etiam, Aurum, quia roborat.Vel a robuſtis expetitur,vel quia in breui maſſa, eſt magnum pretium.Item ſignificat operantem Prou.13.nu.4. vult & non vult piger, anima autem operantium impinguabitur.Charuts, id eſt , breuis, fortis, opponitur remiſſo,doloſo,pigro.Sic Prou.21.n.5.cogitationes robuſti (H. Charuts)ſemper in abũdancia: omnis autem piger ſemper in egeſtate eſt.Vade piger ad formicam,ait Salomon Prou. 6.n.6. ita nos oportet nunc diligenter & inſtanter operari,dum vigет æſtas antequã meſſes condantur in horrea,antequã mortis frigus ſuperueniat. Ecce nũc tempus acceptabile , ecce nunc dies ſalutis,executiamus omnem deſidiam,inſtemus bonis operibus:nunc ratio,computatio,ſapiẽtia & ſciẽtia proderunt ſi in ſtudium D. legis,& virtutis exercitationem incubuerimus. Chesbon,id eſt,ratio,computus quæſtio &c. Vide cap. 7. num, 26. num. 29.

Charuts.

Prou. 13.

Prou.6.

ſuper caput tuum non deficiat.

Lat. *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleũ de capite tuo non deficiat.*

SI ſunt verba impij ſe aut ſui ſimilem adhortantis, poſtcibum potumque etiam deliciarum & diuitiarum oſtentationem ſuadet, ad diuites tantum pertinere videtur veſtium ſplẽdor & mundities, & pretioſi vnguenti vſus; pauperes enim ſudore & labore victum quærunt, in luto aut puluere verſantur.

Perſeuerãtia. Sed multo eſt præſtantior ſenſus ſi ad virum bonum iſta referantur, cuius opera Deo placent, quem ad perſeuerantiam boni operis adhortatur Eccleſ. Candor ſiue veſtis candida, quæ totum corpus operit, & hominẽ facit magis conſpicuum, ſymbolum eſt conuerſationis ſanctæ, vitæq; puræ. Cãdor animi apud latinos, idem eſt quod ſinceritas, puritas, ſimplicitas, innocentia. Nõ ſolum decet viros bonos interna animi ſanctimonia, ſed etiã externa, vt nemini dent offenſionem, ſed luceat lux eorum coram hominibus ſic vt videãt eorum bona opera & glorificent patrem celeſtem. Color albus maxime eſt viſibilis & il- *Candoris albedo.* luſtris. Maxime ad lucis naturam accedit, illamq; perfectius recipit ideo ſicut lux, ſic eſt ſymbolum lætitiæ & puritatis, contra veſtis nigra ſignificat mærorem & calamitatẽ. Apud Romanos qui magiſtratum petebant candidis veſtibus induebantur, quaſi profitentes morum puritatem, & in adminiſtrando ſinceritatem & æquitatem; hi candidati dicebãtur; vnde nomen deriuatum eſt ad omnes, qui rem aliquam appetunt, aut alicuius rei ſtudio incumbunt, vt candidatus Philoſophiæ, Theologiæ, dicitur etiam candidatus gloriæ & immortalitatis; tales nos ſemper eſſe oportet, ideo ſemper ſint veſtimenta noſtra candida. Cũ baptizamur veſtem candidam induimus, & vt ait *Apoſtolus*, omnes qui in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis, eſt autem Chriſtus ſplendor patris, candor lucis æternæ. Inſig- Heb.1. Sap 7.26.
nũ huius ſpiritualis veſtis olim cathecumeni cum in feſto Paſchæ baptizabantur alba veſte induebantur tanquam candidati æternæ vitæ, quam moiũ puritate, vitæ integritate, virtutum ſplendore comparare deberent. B. Auguſtinus ſermone Ser.157.
1. Dominicæ in Albis (quæ ſic appellata eſt, quia tunc candidati veſtes illas deponebant) Paſchalis (ait) ſolennitas hodierna feſtiuitate concluditur, & ideo hodie neophyterũ habitus commutatur, ita tamen

vt

vt candor, qui de habitu deponitur ſemper mente teneatur. Inficiunt maculant deturpant peccata animum; vnde etiam actiones deprauantur & quamuis fulgentibus veſtimẽtis peccator diuitias oſtentet, tamen virtutis inopiam moribus prodit, ſæpe etiam veſtium nitor argumentum eſt immunditiæ mentis, ſi non ſit conſentanea veſtis perſonæ, eiuſq. profeſſioni; ſi nitor externus intuentium oculos attrahare nititur; ſi veſtis eſt turpitudinis illecebra, ſicut eſſe ſolet in multis fęminis. In ſordida veſte poteſt eſſe virtutis candor; & in ſplendida morum turpitudo; quod perſe manifeſtum eſt, alioquin maiorem deberemus reuerentiam veſtibus quam perſonis. Id ſane commune eſt ſtultis hominibus, vt ex veſtium apparatu & ſplendore æſtiment alios, quod eleganter repræhendit Iacobus. cap. 2. fratres mei, inquit, nolite in perſonarum acceptione habere fidem D. N. Ieſu Chriſti: etenim ſi introierit in conuentum veſtrum vir aureum anulum habens in veſte candida, introierit autem pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus eſt veſte præclara &c. hic aperte condemnat prauum hominum iudicium. Ageſilaus Lacedemoniorum Rex iuſsit captiuos nudos vendere, veſteſq. ſeorſum: veſtium quia pretioſæ ac præclaræ erant plures habuerunt emptores: captiuos deridebant quia corpore erant albo ac tenero, & laboribus ruſticis inepti: tũc Ageſilaus oſtẽſis captiuis dixit: hi ſunt cũ quibus pugnatis; & oſtenſis veſtibus, hæ, inquit, ſũt pro quibus pugnatis: ſignificans hoc ſtratagemate hoſtium indignitatem, qui remotis indumentis nullius erãt pretij: ſic multos paſſim reperias. At qui veſte candida intus indutus, qui morũ candore illuſtris eſt, non eget ornamẽtis iſtis vanis & fallacibus, quæ indicant plerũq. animi leuitatem aut turpitudinẽ. Vterq. Apoſtolorum Princeps fæminas modeſte ornari præcipit. Petrus loquens de viris infidelibus, qui doctrina non perſuadentur, vt vxorum ſancto virtutis exemplo conuertantur, vt ſi qui non credunt, inquit, verbo, per mulierum conuerſationem ſine verbo lucrifiant, conſiderantes in timore caſtam conuerſationem veſtram, quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumẽti veſtimẽtorũ cultus &c. Paulus vero, ſimiliter, inquit, mulieres in habitu ornato, cũ verecundia & ſobrietate ornantes ſe, & non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veſte pretioſa; ſed quod decet mulieres pro-

Veſtitus. | Iacob 2. | *Ornatus fæmin.* | 1. Petr. 3. | 1. Tim. 2. 9.

ti ſunt tibi ſub ſole omni tẽpore vanitatis tuæ, hæc eſt enim pars in vita. & in labore, quo laboras ſub ſole.

AVarus,& curioſus ſcrutator diuinorum operũ, maxime eorum,quę ad hominum prædeſtinationém, reprobationem,vocationẽ,electionem,ac prouidentiam pertinẽt, vitam ducunt minime tranquillã, & curis ſe torquent ſuperuacuis, quapropter optimum eſt conſilium, vt his relictis inutilem declinent moleſtiam, præſertim quibus eſt domeſtica cura neceſſaria:his nunc ſuadet Eccleſ. vt honeſta fruantur iucunditate, Deus enim matrimonium in officium & in remedium inſtituit, ne genus humanum deficeret,& ne carnis ardore homo infeſtaretur; ſequitur autem matrimonium rei familiaris ſolicitudo, liberorum educatio, vxoris ferendæ non leuis moleſtia, quare ſtultum aut ineptum erit pluribus ſe moleſtijs implicare.

Matrimoniũ.

Raah.i.video,conſidero, cõtemplor, exploro &c.itẽ fruor c.2.n.1.vide ibi.& c.5.n.17.per fruor,hic.Similis huic ſententiæ illa eſt Prou.5.n.18.Sit vena tua benedicta, & lætare cũ muliere adoleſcentiæ tuæ:cerua chariſsima & gratiſsimus hinnulus; vbera eius inebrient te in omni tempore;& in amore illius delectare iugiter. Cum dicit Eccleſiaſt. perfruere vita cum vxore,quam diligis, non permittit alicui vxorem odiſſe,imo amorem & amoris perpetuitatem commendat, nam in Hebræo eſt, quam dilexiſti, ideſt,in eius amore perſeuera, quam diligendam perpetuo elegiſti.

Prou.5.

Item,vide conſidera vitam, hoc eſt,ita viue ſicut decet hominem rationis compotẽ, ita cum vxore viue, vt ſemper ſis memor huius vitæ inſtabilis,& vanitati ſubiectæ,& vitæ futuræ nunquam finiendæ. Vitam viuis fallacem momẽtaneam, laborioſam,in qua tibi laborã dum eſt pro æterna fælicitate. Hęc eſt pars tua,hoc tibi tempus datum eſt in quo poſsis negotiari interim dum venit Dominus rationẽ poſiturus. Sors ſiue hæreditas,ſiue portio hominis niſi excolatur diligenter inutilis eſt, ita vita noſtra, & præſens tempus niſi in bonis operibus expendatur, perit, & nos tanquam inutiles & infideles coloni dabimus pænas. Honeſta eſt coniugum voluptas, ſed ſemper meminiſſe oportet vitæ huius vanitatem & miſeriam,& æternæ vitæ fęlicitatẽ.

Omne quod inuenerit manus tua ad faciẽdum in fortitudine tua fac, quia nõ opus, & ratio, & ſcientia, & ſapiẽtia, v.10. H.

tia in inferno quo tu abiens illuc.

Lat. *Quodcumque poteſt facere manus tua inſtanter operare quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos quo tu properas.*

Tempus merendi eſt vita praſens. PROPTEREA dixit tēpus ſiue dies vitæ noſtræ eſſe inſtabiles, dies vanitatis, qui niſi redimantur pereunt. Quapropter non ſolum dum vires & opportunitas adeſt operandum eſt, ſed inſtanter, *Diligentia.* ſtrenue, perſeueranter, antequam mors omnem benemerendi facultatem adimat: nunc *Perſeuerantia.* omnia poſſunt eſſe vtilia, quæ pro Dei gloria fiunt: nunc ſapientia & ſcientia, induſtriaq. prodeſſe poſſunt, poſt mortē hæc ad meritum nihil conferunt. Si nihil eſt, quod emi poſsit pecunia, eius vſus ſuper uacaneus eſt: qui ab hac vita diſcedit ſine bonis operibus, quid ipſi prodeſt ad inferos deſcendere onuſtum ſcientia? Docet præcedens & præſens ſententia vitæ breuitatem & celeritatem, & ideo nullā eſſe minimi temporis faciēdam ia- Iob. 7. nu. 6. cap. 14. cturam. Dies mei (inquit Iob) velocius tranſierunt quam a texente tela ſuccidirur &c. Itē, Memento quia ventus eſt vita mea, & cap. 14. Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſerijs: qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquā in eodem ſtatu per- Iob. 9. manet, cap. 9. nu. 25. Dies mei velociores fuerun curſore, fugerunt & non viderunt bonū, pertranſierunt quaſi naues poma portantes, ſicut aquila volans ad eſcam. Vide quæ de vanitate & fugacitate humanæ gloriæ & opulentiæ dicuntur Sap. cap. 5. v. 9. &c. ergo ſi vita volat ſicut aquila ad eſcam, nos quoq. veluti aquilæ vole- Philip. 3. v. 14. mus ad eſcam immortalitatis curramus ad brauium ſupernę vocationis, properemus ad coronam gloriæ. Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudi- Iſa 40. 31. nē, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Ferunt accipitres Noruegię eſſe miræ pernicitatis, quia dies hyberni ibi ſūt breuiſsimi, & ad quærendam eſcam opus eſt ſummā velocitate: tales eſſe debemus omnes, qui ad celeſte Manna properamus. Bonum Gal. 6. 9. (inquit Paulus) facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes: ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Nūc tempus eſt inueniendi nunc Apoc. 3. v. 20. Deus ſtat ad oſtium & pulſat, Matth. 20. nunc conducit operarios in vi Iſa. 55. neam ſuam. Iſa. 55. num. 6.

quærite Dominum dum inueniri poteſt,inuocate eum dum prope eſt. Finita vita tam lõge erit Deus à peccatore, vt nulla amplius appropinquandi poſsit eſſe ſpes. Operemur er-
Ioan.9.4. go donec dies eſt , veniet nox quando nemo poterit operari. Inuenire dicitur manus id, quod eſt in ei⁹ poteſtate, quod eſt in hominis facultate.Matſa id eſt,inuenio, appræhendo,reperio.alijs etiam modis vertit vulgatus.Ioſue.17.nu.16. non poterimus ad montana conſcendere.H.non inuenietur nobis mons.Iud.9.n.33 illo autẽ egrediente aduerſus te cum populo ſuo,fac ei quod potueris. H.facies ei ſicut inuenerit manus tua. Locus iſte ſufficit ad illuſtrandam verſionem vulgatam in pręſenti loco Eccleſ.Leuit.12.nu.8.quod ſi non inuenerit manus eius & non potuerit offerre agnum. H & ſi non inuenerit manus eius ſufficientiã agni.Item.c.25.n.28.Optime igitur vertit,quodcumq.facere poteſt manus tua,ſiue fuerit eleemoſyna , ſiue aliud bonum opus.

Inſtanter. H. in fortitudine &c.Coach.i. virtus,robur, fortitudo. Vide quæ dixi Iob.3.n.17.c.6.n.22.Tale eſt opus qualis eſt amor,vehementem amorem ſequitur ſtrenuitas,ſedulitas,animi prõptitudo: quæ remiſſe diliguntur remiſſe quæruntur. Ideo ſolicitudo huius ſæculi repræhenditur, quia ex Luc.8.15. vehemẽti amore naſcitur,quæ animũ ſuffocat,eſt enim graui & noxio fumo ſimilis: ſolicitudo autẽ rerũ ſpiritualium & diuinarũ præclara eſt, quoniam amor ex qua oritur honeſtus, purus,diuinus eſt; nã recte agere nemo poteſt , neq. recte ſui curam gerere niſi Deum ſincere amauerit, qui cũ ſit ipſamet Bonitas per eſſentiã ſumme diligendus eſt.Deut.6.n.5 Dili- Deu.6. ges Dominũ Deũ tuum ex toto corde tuo , ex tota anima tua,& ex tota fortitudine tua. Meod.i.fortitudo,vehementia ſolicitudo. Plerumq. eſt aduerbium valde,vehementer, ſolicite,Deut.4.n.9.cuſtodi igitur temet ipſũ & animã tuã ſolicite.Pro ſolicite eſt in H. Meod. *Meod.* & ſcribitur per M.a,d,quod indicare volui propter tyrones. Idem ergo eſt cuſtodire animã ſolicite , & cuſtodire fortiter. *Solicitudo bona.* Item. nu. 15. cuſtodite ſolicite animas veſtras.c.24.n.8.diligẽter.2.Tim.2.n.15.ſolicite cura te ipſum probabilem exhibere Deo &c.hæc ſolicitudo ſancta eſt,quia ex ſancto amore naſcitur,& in præſenti talẽ nos ſua det inſtantiã,diligẽtiam,fortitudinẽ Eccleſ.quia vita breuis, occaſio pręceps,& lucrum aut damnum ingens, illud ſolicite quærendum: hoc non minori cura declinandum. In hac con fide-

ſideratione attente ponderanda eſt ſententia illa Ierem. ca. 48.nu. 10.Maledictus, inquit, qui facit opus Dei fraudulenter. LXX. verterunt. Negligenter:& vtrumq. ex Hebræo verti poteſt:nã, Remijah. ſignificat fraudem, dolum, item, Remiſſum, & reuera in obediẽtia erga Deũ idẽ eſt eſſe remiſſum & fraudulentũ, non ſolũ quia remiſſus fraudatur magno loco, ſed quia interuenit dolus& fraus: quæ operantis manus retrahit & remittit, ne diligẽter & ſtrenue operẽtur. Niſi enim aliquid animũ falleret ſine dubio totus ferretur in Deum, illumq. diligeret tota fortitudine magnoq. ſolicitudine ac ſtrenuitate Dei præceptis obtemperaret, inſtaretq. bonis operibus. Sed rerum temporalium amor, aut concupiſcentia decipit nos. Ex hac fraude naſcitur remiſsio & negligẽtia. Sed exẽplis monſtremus quod Remijah, ſignificet. Dolus. Iob. 13.n. 7.Pſ.31.v.2.Pſ. 51.v.4. Mendacium. Iob. 27.n.4.prauũ Pſ.77. v.57 ſuperbia Pſ.100.n.7.doloſus. Pſ.119 v.3. Remiſsũ. Prou. 10.n.4. egeſtatẽ operata eſt manus remiſſa, manus autẽ fortiũ diuitias parat. Vides hic vocari manũ remiſſã manũ fraudulẽtã, non quę alijs fraudem facit ſed ſibi, & ſicut negligentia ac deſidia pauperem facit, & indigentem, ita remiſsio ac

Ierem. 48.

Remijah.

Prou. 10.

torpens otium, negligentiaque animi fraudat hominem ſpiritualibus emolumentis, & lucro bonorum operum. cap. 12. v. 24. manus fortium dominabitur, quæ autem remiſſa eſt tributis ſeruiet. Charuts, id eſt, fortis etiam ſignificat, Breuem, Iob. 14.nu. 5. Abbreuiatum. Iſa. 10. n. 22. hoc nomen ſignificat etiam, Aurum, quia roborat. Vel a robuſtis expetitur, vel quia in breui maſſa, eſt magnum pretium. Item ſignificat operantem Prou. 13. nu. 4. vult & non vult piger, anima autem operantium impinguabitur. Charuts, id eſt, breuis, fortis, opponitur remiſſo, doloſo, pigro. Sic Prou. 21.n.5. cogitationes robuſti (H. Charuts) ſemper in abũdantia: omnis autem piger ſemper in egeſtate eſt. Vade piger ad formicam, ait Salomon Prou. 6.n.6. ita nos oportet nunc diligenter & inſtanter operari, dum viget æſtas antequã meſſes condantur in horrea, antequã mortis frigus ſuperueniat. Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, executiamus omnem deſidiam, inſtemus bonis operibus: nunc ratio, computatio, ſapiẽtia & ſciẽtia proderunt ſi in ſtudium D. legis, & virtutis exercitationem incubuerimus. Chesbon, id eſt, ratio, computus quæſtio &c. Vide cap. 7. num. 26. num. 29.

Charuts.

Prou. 13.

Prou. 6.

Digitized by Google

Ratio poteſt referri ad negotiatores, quorum eſt computare, ſuppurare &c. itē ad Scholaſticos, qui nouas ſemper excogitant quæſtiones. Sapientia ad notionem rerum diuinarū pertinere videtur, ſcientia in rebus alijs verſatur: horū nulla eſt vtilitas poſt mortem, niſi antea bene his rebus vſi fuerimus. Per infernum hic intelligitur mortuorum ſtatus poſt hanc vitam, qua finita iam ceſſat omnis metendi ratio & opportunitas.

V. 11. H. *Conuerſus ſum, & videre ſub ſole quod non leuium curſus, & non fortium bellum, & etiam non ſapientum panis, & etiam non prudentium diuitiæ, & etiam non ſcientium gratiam, quia tempus & caſus accidet omnibus ipſis.*

Lat: *Verti me ad aliud & vidi ſub ſole nec velocium eſſe curſum, nec fortium bellum, nec ſapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, ſed tempus caſumque in omnibus.*

Omne bonū a Deo datur & conſeruatur.

DOCVERAT inſtanter operandum, ſtrenuitatem eſſe neceſſariam, vt in breuiſsima vita, celerique, conaremur illa comparare, quæ apud inferos non reperiuntur, nunc rectæ rationis exercitatio, nunc ſapientiæ & ſcientiæ ſtudium & vſus prodeſſe poſſunt, ſed ne iſta referantur ad temporale emolumentum, & labor omnis inanis ſit, dirigantur ad Deum, cuius amicitia omnibus eſt rebus præferenda: nunc docet quam præpoſtera ſint hominū ſtudia & iudicia, qui præterquam quod omnes vani ſunt, vanitatique ſubiecti, & nihil habent per ſe quod nō ſit inane & caducum, etiam ſunt iniqui rerum æſtimatores, peruerſi decori & indecori iudices, quinimo ſponte deprauato vtuntur iudicio, quia nō ratione & æquitate reguntur, ſed omnia proprijs commodis, aut voluptatibus metiuntur. Quapropter qui pernicitate valent ipſi ne fidant, ſed ad ſequenda Chriſti veſtigia accinctis renibus expediantur, Chriſtus enim exultauit vt gigas ad currandam viam. Fortes ne fidant corporis viribus Pſ. 18. ſed animo forti concupiſcentiæ, & feris immaniſsimis, hoc eſt, effrænatis affectibus bellum inferant. Sapientes nō ſe demittant ad promerendas res viles, ſed ſtudeant reficị pane intellectus. Doctores tunc Eccli. 15. 3. ſe diuites exiſtiment, cum ſapientiam, quam ſine fictione Sap. 7. 13. didicerunt ſine inuidia communicauerint. Artifices Deo grati eſſe appetant, hominum fauores inconſtantes ac momentaneos contemnant, aut non magnifaciant.

Ali-

Aliqui hanc ſententiam ſic explicant, ſicut Apoſtolus dixit, Non eſt volentis, nec currentis, ſed Dei miſerentis: hoc eſt nec volentis eſt velle, nec currentis currere, ſed Dei miſerentis & velle & currere. Non loquitur Apoſtolus de quacumque volitione, aut curſu, ſed de illis, quæ Deo grata ſunt quibus ſicut oportet volumus bonum, & currimus ad brauium ſupernæ vocationis. Sed licet expoſitio hæc ſit pia, nõ tamen accommodata, quia illi aduerſari videtur illud, quod ſequitur ſcilicet tẽpus caſuſq. in omnibus: niſi dicamus per hoc ſignificari inconſtantiam humanæ voluntatis, quæ etiam a Deo adiuta ad beneuolendum & ad currendum, ſine peculiari dono perſeuerantiæ perpetuo in bono non poteſt permanere.

Rom 9.16.

Phil. 3.14.

Item, non eſt velocium curſus, hoc eſt, non eſt in poteſtate velocis ſemper currere, quia multis modis poteſt impediri, ægritudine, offendiculo, ruina. Cum hoc & alia obnoxia ſint multis periculis nemo in his ſpem ponat, ſed Diuinę ſe cõmittat prouidentiæ, ne caſus & tempus nobis dominentur, nihil enim fortuitum aut improuiſum eſt apud Deũ. Quare velox Deo ſe tradat, & curſum ſuum illi committat, tunc omnis euentus felix erit, quia non contriſtabit iuſtum quidquid ei acciderit: & cum ceciderit non collidetur quia Dominus ſupponit manum ſuam.

Prou. 12.21.

Pſ. 36. 24.

Item, nõ eſt velocium curſus, quia niſi á Deo dirigatur in præcipitium ducetur currens.

Euertere domos totas optantibus ipſis Iuuen. Sat. 10.
Dijs facilesnocitura toga nocitura petuntur
Militia, & torrens dicendi copia multis
Et ſua mortifera eſt facundia, viribus ille
Confiſus perijt, admirandiſq. lacertis &c.

Omnia iſta quæ in pretio habẽtur, & magnis votis expetũtur ſine Deo rectore, etiamſi à Deo dentur, infelicem habent exitum. Aſael curſor velociſsimus fuit quaſi vnus de capreis, hic perſequebatur Abner, à quo occiſus eſt, qui niſi tantum crederet velocitati, nõ periret. Vide quod ſequitur. 2. Reg. 2. 18.

Nec fortiũ bellũ: quia robur corporis ſine prudentia exitio ſolet eſſe homini audaci. Plus in bello valet ſapientia & animi fortitudo, quã vires corporis. Prou. 20. n. 18. cogitationes conſilijs roborantur, & gubernaculis tractanda ſunt bella. c. 21. n. 31. Equus paratur ad diẽ belli, Dominus autem ſalutem tribuit. Pſal. 32. nu. 16. Non ſaluatur rex per multam virtutẽ & gi-

Prou. 20.

Pſa. 32

& gigas nõ ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ: fallax
Prou. 24. equus ad ſalutem &c. Prouer. 24. v. 5. Vir ſapiens fortis eſt, & vir doctus robuſtus & validus, quia cũ diſpoſitione initur bellũ, & ibi ſalus vbi multa cõſilia. Audiamus Dauidẽ omnia Deo accepta referentẽ. 2.
Pſ. 17. Reg. 22. n. 33. & Pſal. 17. v. 33. Deus inquit, qui præcinxit me virtute, & poſuit immaculatã viam meã, qui perfecit pedes meos tanquã ceruorũ, & ſuper excelſa ſtatuens me: qui docet manus meas ad prælium, & poſuiſti, vt arcum æreum brachia mea &c.

Gibor, id eſt fortis, potens, gigas, Iob 16. 14. Pſal. 18. v. 6. Pſ.
Pſ. 118. 32. 32. v. 16. Curremus, pugnabimus, vincemus Deo duce; viã, inquit, mandatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meũ. Pſal. 17. v. 37. dilataſti greſſus meos ſubtus me, & non ſunt infirmata veſtigia mea, perſequar inimicos meos, & cõprehendam illos, & nõ conuertar donec deficiant. 2. Reg. 22. nu. 30. In te currã accinctus: & in Deo meo tranſiliam murũ. Habac. 3. n. 19. Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quaſi ceruorum, & ſuper excelſa mea deducet me uictor in Pſalmis canentem.

Poſſunt etiã hæc dici contra prauam hominum electionem, qui ad curſum non eligunt velocem, neq. ad bellum virum fortem: quod ſi raro cõtingit in rebus corporalibus, ſæpe tamen fit in electione ſpiritualis ducis aut præcurſoris. Lamentabilis prorſus peruerſitas, vnuſquiſq. ſibi eligit prælatum non reipublicæ, imo nec ſibi, quoniam qui diligit iniquitatem odit animam ſuam: eligit prælatum, qui diſſimulet vitia, qui foueat priuatas delicias, & quas ſibi reputat commoditates. Quid ſi deferatur electio ad ignotos electores, non meliores eliguntur, & fortaſſis deteriores. Præſertim vbi notitia eligendorum haberi non poteſt, nec fit diligẽs inquiſitio, ſicut ſæpe contigiſſe ſcimus. Tunc reuera tempori & caſui electiones debẽtur non æquitati & prudentię.

Nec ſapientum panis. Nomine panis omne alimentum intelligi non ſemel indicauimus: per panem, diuitias, & gratiã intelligimus omne præmium quod debetur ſapientibus, qui rerum diuinarum contemplationi vacant: prudentibus, quorum eſt monere, inſtruere, corrigere gubernare, artificibus ſiue ſcientibus, qui in omni arte etiam liberali excellunt: ſi qui præmio digni ſunt, maxime viri iſti: ſed ſæpe obliuioni traduntur, vt ſi honorati & ditati velint, ambitionis etiam ſeruos fieri nõ

raro

Nabon. raro contingat. Nebonym, id eſt Docti. nume. ſingular. Nabon. id eſt Gnarus. Deuteron. 1. num. 13. Prudens. 1. Reg. 16. num. 18. Prouerb. 14. num. 6. num. 33. &c. Sapiens. cap. 10. nu. 3. cap. 15. n. 14. Intelligens. Prouerb. 1. nu. 5. à verbo Byn. id eſt Intelligo, conſidero, diſcerno, cogito, animaduerto, inſtruo, doceo. His & alijs modis ſolet vertere vulgatus.

Aduertit Lorinus hæc nomina tam Græce quam Hebraice dãdi caſibus efferri: hoc qui aſſerunt ignorant Hebrea, putãt enim litteram L. Lamed ſemper articulum datiui, quando articulus eſt, quod falſum eſſe etiam ipſi Iudæi aſſeuerãt: de quo alibi dictum eſt, & paſſim occurrunt exempla in contrarium. Neque ſolum eſt datiui & genitiui, ſed etiam nominatiui, vt Neh. 12. num. 43. Iob 16. num. 22. 1. Reg. 15. nu. 11. 2. Reg. 17. n. 16. Iſa. 32. nu. 1. Ioſue 10. nu. 21. Oſeæ 9. nu. 13. Pſal. 46. v. 10. & alibi ſæpe. Errat Lorinus citans locũ Cant 2. v. 17. Ponitque Bethel, pro Bether: nec eſt error Impreſſoris, ſed Auctoris, quia ponit nominis interpretationem.

Hæc, intelligentia allegorica illis aptari poſſunt, qui abutuntur donis Dei, vt cum ſint apti ad curſum malint torpere otio, & fortes à concupiſcẽcentijs vincũtur. Sapiẽtes alios reficiũt pane verbi Dei, & ipſi eſuriunt: docti & intelligentes egeſtate conſumuntur, omniũ virtutũ & bonorũ operũ penuria laborantes, artifices dũ auaritiæ & ambitioni ſtudent Dei gratiã à ſe repellunt. Longũ foret ſingula perſequi.

Quia etiam non ſciet homo tẽpus ſuum: ſicut piſces, qui capiuntur in reti malo, & ſicut aues capta in laqueo, ſic ipſi irretiti filij hominũ in tẽpore malo, ſecũdũ quod ceciderit ſuper eos repente. v. 12. H.

Lat. *Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues laqueo cõprahẽduntur, ſic capiũtur homines in tempore malo, cũ eis ex tẽplo ſuperuenerit.*

CVM ita ſe res habeant, vt tẽpus & caſus in rebus humanis ſit, neq. quidquã certũ expectari poſſit in hac vita, neq. ſi adſit ſtabile eſt, ideo pro æterna vita laborãdũ, & quidquid manus noſtra facere poteſt inſtanter operandum. Sic currendum, vt comprehendamus, ſic pugnandum non quaſi in incertum, ſed caſtigandũ corpus, & in ſeruitutem redigendũ. Sapiens panẽ cæleſtem appetat, doctus & prudens theſaurizet ſibi theſaurum nõ deficientem in cælis: artifex & peritus gratiam diuinam petat, pulſet, quærat perſeueranter. Denique committat ſe homo Deo, vt opera eius dirigat, & ad fœlicem exitum perdu-

Vigilate.

1. Cor. 9. 26.

perducat, homo enim ignorat rerum euentus, & ignorat finē nō ſolum operum ſuorum, ſed etiam vitæ: mors autem multorum machinas diſsipat, conatus intercipit, cogitationes abrumpit fruſtratque. Quapropter vtiliſsima eſt vltimi vitæ termini ignorantia, quæ nos ſemper vigilare compellit ſemper caute agere, ſemper bonis operibus inſtanter operam dare. Fugienda eſt omnis peccati illecebra, ne ſicut piſces hamo, ita nos capiamur, quem tegit fallax eſca voluptatis: ne rete multis & maculis, & nodis negotiorum, contentionum, voluptatum nos retineat ac perdat. Fraudulentus auceps eſt diabolus vbiq. laqueos tendit, & nos in medio laqueorum verſamur.

Finem ſuum. H. tempus ſuū. Multa nouimus eſſe perſe bona, quorum opportunitatem ignoram⁹, idcirco ſemper Dei auxilium implorandum. Vulgatus videtur accepiſſe pro fine vitæ, eſt enim momentum illud, à quo pendet æternitas pœnæ, vel gloriæ. Si ſcirent homines finem ſuum prçueniſſent Dei iuſtitiam ante diluuium, ſed in crudeli fuerunt in diebus Noe cum fabricaretur arca. Sicut in diebus Noe, ait Chriſtus, ſic erit aduentus filij hominis: ſicut enim erant ante diluuium comedentes, & bibentes &c. Et non cognouerunt donec venit diluuium & tulit omnes &c. Non cognouit Pharao tempus ſuum, ingreſſus eſt eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare, & reduxit ſuper eos Dominus aquas maris. Inſignis ille ambitionis artifex Abſalom iam contra patrem ſuum rebellauerat, iam ſibi videbatur regni diadema adeptus, ſed capillis ſuis ſuſpenſus, & lanceis confoſſus interijt: & interciderunt omnes cogitationes, & conatus illius. Infinita & quotidiana ſunt huius rei exempla. Sed cur dicitur tempus noſtrum quod non eſt in noſtra poteſtate? Aduerte horam, diē, tempus alicuius dici in quo aliquid accidit inſigne ſiue bonū ſiue malum, ſiue lætum, ſiue triſte: item quod expectatur cū ſolicitudine. Aduerte etiam Hheth, id eſt, tempus etiam ſignificare horam Exod. 9. n. 18. Ioſue 11. nu. 6. Ruth 2. nu. 14. 1. Reg. 9. n. 16. 3. Reg. 19. n. 2. 4 Reg. 4. nu. 16, 17. c. 10. n. 6. Dies alicuius, id eſt, dies mortis. 1. Reg. 26. nu. 10. Dies eius venerit vt moriatur. Pſal. 36. v. 13 Dominus autem irridebit eum, quoniam proſpicit quod veniet dies eius. Pſalm. 136. v. 7. Memor eſto Domine filiorum Edom in die Ieruſalem, id eſt, in die quando vaſtata eſt. Dies id eſt, infortunū cala-

1. Petri 3 20.

Matt. 24. 37.

Exod. 15. 19.

2. Reg. 15.

Hheth.

Dies alicuius.

Digitized by Google

calamitas, mors Ierem. 17. nu. 16 Diem hominis non deſideraui. Vide cap. 50. num. 27. & Ezech. c. 21. num 25 29. c. 22. num. 4. c. 30. num 9. Abdiæ n. 12. Dies Domini celebratiſsima eſt in S. Scriptura ſic dicta quia tunc cognoſcetur iudicia faciens, quia tunc pleniſsime glorificabit amicos ſuos, quia erit maxime inſignis, optata bonis, formidata malis, quia tunc Deus vltionũ libere aget, non expectabit hominis conſenſum, non iam miſericordia tempus pænitentię concedet, non iam iuſtitia precibus Sanctorum retardabitur. Ioan. 13. num. 1. ſciens Ieſus quia venit hora eius, id eſt, tempus illud ab ipſo exoptatum, & generi humano maxime ſalutare, ca. 16. num. 4. vt cum venerit hora eorum id eſt, quam ipſi deſiderant. num. 21. mulier cum parit triſtitiam habet quia venit hora eius, ideſt, tẽpus quod anxie & ſolicite expectabat. In præſenti, neſcit homo tempus ſuum, id eſt, horam mortis, finem ſuum vtrum fælix aut infælix futurus ſit exitus. Metſodah, vel, Metſudah, id eſt, hamus, hic. Laqueus. cap. 7. num. 27. & Pſalm. 65. v. 11. Sagena Ezech. 12. num. 13. c. 17. num. 20. Tſud, id eſt, venor &c. Sup. c. 7. num. 27. Piſces ſignificant huius ſæculi ſcrutatores, negotiatores: mare eſt mũdus iſte, mare hoc magnum & ſpatioſum manibus illic reptilia, quorum non eſt numerus. Pſ. 103. 25.

Mare procelloſum, ventis agitatum, ex his & ſimilibus multæ duci poſſunt allegoriæ. Similiter ex conſideratione filorum ex quibus fiunt retia ex maculis ſiue foraminibus, ex nodis. Idem in hamo ferreo, adunco, eſca operto. In hoc mari dominabatur Leuiathan, id eſt, diabolus, ſed extractus hamo humanitatis Chriſti. Vide ſiluam allegoriarũ etiam in verbo Auis &c. Iob. 40. v. 20.

Capiũtur homines, Iuqaſym id eſt, illa queati, irretiti. Iaqas, id eſt illaqueo Prou. 6. num. 2. Iſa. 28. num. 13. Irretio. Iſa. 8. num. 15. compræhendo Pſ. 9. v. 17. venor. Pſ. 123. v. 7. *Iaqas.*

Etiam hanc vidi ſapientiam ſub ſole, & magna ipſa apud me: Ciuitas parua & virorum in ea parum, & venit aduerſus eam Rex magnus & circundedit eam, & ædificauit contra eam munitiones magnas: & inuentus eſt in ea vir pauper ſapiens, & liberauit ipſe ciuitatem in ſapientia ſua, & homo non eſt recordatus viri pauperis illius. v. 13. 14. 15. H.

Hanc quoq; ſub ſole vidi ſapientiam & probaui ma- Lat. 13. 14. 15.

xi-

ximã: Ciuitas parua, & pauci in ea viri: venit contra eam Rex magnus & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio: inuentuſque eſt in ea vir pauper & ſapiens, & liberauit vrbem per ſapientiam ſuam, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis.

PROBAT Eccleſ. ſingulari ingratitudinis exemplo, & prudentiæ eximiæ documẽto, neque fortium eſſe bellum,

Ingratitudo.

neque ſapientium panem (ex his reliqua probata manent) quanta ſapientiæ vis ſit oſtendit, contra quam vires & armatorum multitudo, belliculque apparatus non poſſint præualere. Liberatur ciuitas à potente rege obſeſſa pauperis ſapientis induſtria, tã grãde beneficium nulla recompẽſatur mercede, ſed obliuioni traditur. Multos ingratitudo reos facit, multi contra ingratos quęrũtur: deteſtabile ſane malum, ſed præclare ſæpe nobiſcum agitur fitq. peculiari Dei prouidentia, vt beneficia noſtra contemnantur, aut obliuioni tradantur, quia ſæpe nõ

Beneficium non poteſt perire.

fuerũt beneficia, ſed vanæ gloriæ pretium, aut ambitionis inſtrumentum. Si autẽ reuera fuerint beneficia perire non poſſunt, ſed duplex inde lucrũ reportatur, primum eſt mẽtis noſtrę deputatio, affectus rectificatio, & humanæ peruerſitatis cognitio, ex quibus magnum comparamus emolumentum, vt beneficia conferamus ſine humanæ retributionis ſpe ſed ſincere propter Deum, & ne vllam in homine habeamus fiduciam: alterũ lucrum eſt certiſsimum, nam qui recipit prophetam in in nomine prophetæ mercedem prophetæ accipiet &c. erit enim merces operi noſtro, & bonum operantes mercedem accipiemus tempore ſuo, nam licet vita finiatur non finitur præmium, beati enim ſunt mortui, qui in Domino moriuntur, opera enim illorum ſequuntur illos, & erumpet quaſi mane lumẽ noſtrum & ante ibit faciem noſtram iuſtitia noſtra. Adde tertium commodum quod ex ingratitudine aliena capere poſſumus, vt quoties offendimur ingratitudine ſiue noſtri ſiue alieni beneficij, recordemur perpetuæ aut nimiæ ingratitudinis noſtræ erga Dei beneficia. Ingratus eſt, (inquit, Seneca) qui beneficium accepiſſe ſe negat, quod accepit: ingratus eſt, qui diſsimulat: ingratus, qui non reddit: ingratiſsimus omnium qui oblitus eſt. &c. cuius probationẽ vide apud eundem. Continua ſunt Dei beneficia

Matt. 10. 41

Apoc. 14.

Iſa. 58.

Lib. 3. ca. 1. de beneficijs.

ficia erga homines, ſed nemo eſt, qui non peculiaribus ſit obligatus, quorum memoria nulla eſt. Accidit calamitas, inuadit nos ægritudo, alicuius rei iacturam facimus, dolemus, triſtamur, querelas multiplicamus, tūc apparet quam fuerimus ingrati, & quam ſimus obliuioſi, quoniam recuſamus reddere Domino repetenti quod gratis commodauit.
Iob. 1. 21. Gratiſsimus Iob omnibus rebus ſpoliatus ait, Dominus dedit Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factū eſt, ſit nomen Domini benedictū.
Gen. 40. Gen. 40. cum Ioſeph ſomniū interpretatus fuiſſet magiſtri pincernarum Pharaonis, ei qui libertatem & in priſtinum honoré reſtitutionem nunciauerat: tantum memento (inquit, nu. 14.) mei cum bene tibi fuerit, & facias mecum miſericordiam &c. n. 23. & tamen ſuccedentibus proſperis præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui. Non eſt poſtremum temporalis fœlicitatis malum: obliuio diuinorū beneficiorū. Poſt multa commemorata Dei
Deut. 32. beneficia, dicitur Deut. 32. nu. 15. Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit, incraſſatus impinguatus dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſsit à Deo ſalutari ſuo, & n. 18. Deum qui te genuit dereliquiſti & oblitus es Domini creatoris tui. Neq. ſola obliuio & ingratitudo in perfido populo inuēta eſt, ſed maximis iniurijs Deum prouocauerunt, quibus dictum eſt. nu. 6. Hæccine reddis Domino popule ſtulte & inſipiens &c. Sed neſcio an maior ſit noſtra ingratitudo, qui ſupra modum maioribus deuincti ſumus beneficijs. Peſſima erat ingratitudo Iudæorū crucifigentiū Chriſtū, qui nullum læſerat, qui infinitis beneficerat: cum illum vellent lapidare, dixit: Multa bona opera oſtēdi vobis, propter quod horū vultis me lapidare? ſed iſti non ſibi perſuadebant Chriſtū eſſe verū Deum: ſi enim cognouiſſent numquā Dominum gloriæ crucifixiſſent, nos autē Chriſtum filiū Dei cōfitemur, & nomen eius blaſphemamus: nomen Dei falſo vſurpamus, ad ſacramentū Euchariſtiæ nō raro cum cōſcientia peccati accedimus, multaq. cōmittimus ſacrilegia. Chriſtus eſt ſapiens ille pauper, qui ciuitatem paruam. i. Eccleſiā humilem, & puſillum gregem liberauit de poteſtate diaboli, qui tyrannide mundū premebat. Ciuitas parua anima eſt, quā mille machinis impugnat diabolus vt euertat, circundat illam iniuriarū memoria, honoris, gloriæ, diuitiarum ſpe, illecebris voluptatum, & concupiſcentiæ: pauper ille natus in præſepio,

Ioan. 10. 32.

1. Cor. 2. v. 8.

me-

moriẽs nudus in cruce, in quo erant omnes ſapientiæ & ſciẽtiæ theſauri, in quo erat plenitudo diuinitatis, liberauit ciuitatem iſtam paruã. Noli ô homo eſſe ingratus Deo tuo, redẽptori tuo, glorificatori tuo: dic cum Propheta, in me ſunt
Pſ.55.v.13. Deus vota tua, quæ reddã laudationes tibi: quoniam eripuiſti animam meam de morte, & pedes meos de lapſu, vt placeã coram Deo in lumine viuen-
Pſ.114.v.8. tium. Item, conuertere anima mea in requiem tuam quia Dominus benefecit tibi: quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapſu.

v.16. H. *Et dixi ego, bona ſapientia præ fortitudine, & ſapientia pauperis contempta, & verba eius non ipſa audita.*

Lat. *Et dicebam ego meliorem eſſe ſapientiam fortitudine: quomodo ergo ſapientia pauperis cõtempta eſt, & verba eius non ſunt audita?*

Dignus erat ille pauper ſapiens qui omnium fieret magiſter & princeps, qui ampliſsimis afficeretur honoribꝰ, ſed ſapiẽtię beneficiũ, quo ciuitatem liberauit obliuioni traditum & contemptum eſt, neq. fuit qui illum ad conſiliũ amplius vocaret. Præſtantior eſt ſapientia fortitudine, ſed in extrema tãtum neceſsitate ad ſapientem pergimus: extra illã vires, quas maximas habet pecunia, dominantur, potẽtibus ob temperatur. Multi in Scholis verſantur, ſed paucisſimi ſtudent ſapientię nõ enim diſcunt, vt ſapientes fiant, ſed vt diuites: inuenies ibi plurimos Canoniſtas ac Iuriſtas, ſic vulgo vocantur, medicos paucos, quia ſi multi eſſent lucrum diminueretur, Theologi pauciores ſunt quam illi priores, ſed rariſsimi eſſent ſi ſola ſapientiæ ſpes illos attraheret, ſunt opulẽta beneficia, ſunt canonicatus, aliiq. eccleſiaſtici redditus: qui iſta quærunt non ſunt ſapientiæ amatores ſed pecuniæ: cur ita? Quia ſapiẽtia pauperis contemnitur. Rarus eſt, qui det operam artibus liberalibus, quia non ſunt ſcientię de pane lucrando.

Diuitiarum amor.

Et genus & virtus niſi cum re vilior alga eſt. Horatius.

Multi colunt perſonam potentis, & amici ſunt dona tribuentis. Prouer. 14. num. 20. etiam proximo ſuo pauper odioſus eſt, amici diuitum multi. Vide Eccli. cap. 13. ſed præcipue, nu. 26. Diuiti decepto multi recuperatores, locutus eſt ſuperba & iuſtificauerunt illum: humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur: locutus eſt ſenſate & non eſt datus ei locus &c.

Prou.19. 6. Item ca.14. Eccli.13.

Note

Nota, quam præpoſterũ ſit vulgi iudicium: ſapientia antecellit fortitudinem præſtat opibus & tamen à vulgo contemnitur ſi nuda ſit. Hanc ob cauſam tam ſeuere interdicitur

acceptio perſo. perſonarum acceptio, præſertim iudicibus. Exod. 23. num. 2. Non ſequeris turbam ad faciẽdum malum: nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententię, vt à vero deuies.

v. 17. H. *Verba ſapientum in quiete audiuntur, præ clamore dominantis in ſtultos.*

Lat. *Verba ſapientum audiuntur in ſilentio, pluſquam clamor principis inter ſtultos.*

NOn miremur ſi ſapientis verba non audiuntur, illud potius admiratione dignũ eſt, infinitum eſſe numerum ſtultorum, qui tumultuantium curarum ſtrepitu ineptiſsimi ſunt ſapientiæ auditores. Animus quieſcendo fit ſapiens; ſi quis nactus fuerit auditores quietos, ſapientięq. auidos, & qui habeant aures audiendi, hi multo alacrius ſuſcipient verba ſapientis quam ſtulti ſubditi verba principis clamantis. Ænigma eſt ſatis frequens in S.S. quo dicuntur aliqui videntes non videre, & audientes non audire. In vno naturali cõ

Homo exterior & interior. poſito ex anima & corpore, in vno naturali homine eſt duplex homo moralis (vt ita dicam) exterior & interior, corpus cum ſuis affectibus homo eſt exterior; Animus ſecundũ rationem viuens homo eſt interior. Cõdelector, inquit Paulus, legi Dei ſecundum interiorem hominem. *Rom. 7. 22.* Vtriuſq. hominis meminit 2. Cor. 4. num. 16. *2. Cor. 4. 16.* licet is, qui foris eſt noſter homo corrumpatur: tamen is, qui intus eſt renouatur de die in diem. Habet vterq. homo aures ſuas & oculos ſuos; & ſicut exterior ſtrepitus impedit externũ auditũ, ita internus tumultus impedimento eſt interiori auditioni: poteſt homo exterior vacare ab omni ſtrepitu, & interior curarum tumultuantium ſtrepitu & clamore vehementer turbari. Hinc illæ ſententiæ intelliguntur Matth. 11. num. 15. Qui habet aures audiendi audiat, cap. 13. num. 13. Quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt &c. lege ibi plura. Cum ergo noſter Eccleſ. aſſerit verba ſapientium audiri in ſilentio, ſiue in quiete, loquitur de animi tranquillitate, a curis vanis & noxijs expediti. Impij autem quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. *Iſai. 57. 20.* Nachath, id eſt ſilentium, hic. Requies, cap. 4. n. 6. Noach non ſolum quieſcere ſed etiam ſilere ſignificat 1. Reg. c. 25. nu. 9. *Nachath:* Sapientia in maleuolam animam non intrat, quoniam inquieta *Sap. 1. n. 4.*

quieta eſt. Vbi verba ſapientiæ intrauerint multo plus habent virtutis & efficacitatis, quam clamor tyranni. Quid profuerunt imperatorum minæ, clamores, tormenta contra martyres? ſic in iſtorum animis infixa erat Dei ſapientia, vt nullis inde euelli potuerit machinis aut tormentis. Dicenti principi Sacerdotum præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine iſto, & ecce repleſtis Ieruſalem doctrina veſtra, & vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius; principi inquam ſacerdotum reſpondit Petrus & Apoſtoli, obedire oportet magis Deo, quam hominibus. Vide. v. ſequenti. Acto. 5. a. 38

v. 18. H. *Bona ſapientia præ vaſis conflictus, & peccans vnus (vel, vno) perdet bonũ multũ*

Lat. *Melior eſt ſapientia quam arma bellica, & qui in vno peccauerit multa bona perdet.*

Optime colligit ſapientiã præſtare fortitudini & armis bellicis, quandoquidem ciuitas parua per pauperis ſapientiam liberata eſt à rege potentiſsimo qui validis illam machinis expugnare conabatur. Actũ erat de Bethulia quã fortiſsimo ac numeroſiſsimo milite obſidebat Holophernes niſi ſapientia Iudith ſubueniſſet, quæ D. freta auxilio ſe diffi- Iudith. 8. &c. cillimam tẽtauit, perfecitque; Holophernẽ obtruncauit, exercitum hoſtium fudit, ſuos liberauit. Mulier quædã ſapiens ciuitatem Abelam prudentia ſua ſeruauit, quam Ioabi milites, moliebantur deſtruere. Vide ſupra v. 11. Fortitudo corporis ſine ſapientia temeraria eſſe ſolet, quo magis ſibi confidit citius ruit. Diſciplina militaris maxime neceſſaria eſt, hæc autem ſapientiæ pars eſt; gentes domuere feroces multaq. Romani ob militarem diſciplinã. Non viribus ſed prudentia fregit vires punicas Fabius Maximus, qui à pugna abſtinens hoſtium conatus repreſsit, & ſuis incolumitatẽ peperit. Irridebatur quaſi ignauus, ſed prudẽter diſsimulans inſignum ſine ſanguine victoriã reportauit; inde cũ ctatoris cognomẽ adeptus, quod primo per conuitium ei impoſitum fuit, poſtea fuit illuſtriſsimum, de quo Ennius. 2. Reg. 20. 15 Bellica prudentia.

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem,

Non ponebat enim rumores ante ſalutem.

Paulus Æmylius conſulatum petens repulſam tulit, ſed ingraueſcente bello, quod gerebatur à Romanis aduerſus Macedones, vltro illi delatum eſt imperium, non quia in vno homine eſſent vires corporis maiores quã in alijs ducibus, ſed maior animi vis ac ſapientia.

Hic

Hic honor maior fuit, quam ſi conſulatum obtinuiſſet cùm poſtulabat; ſic enim eius virtus communi ſuffragio commendata fuit; indicauitq. populus Romanus viros egregios patriæ eſſe vtiliſsimos, quod neceſsitas declarare ſolet, tunc enim inuidiæ & ambitionis vires reprimuntur. Cæſar ille tot victorijs illuſtris dicebat, in magna paucitate contra magnam vim hoſtium artificio magis quam viribus decertãdum eſſe. Quãta vis ſit in ducis prudentia Numantinus quidam eleganter ſignificauit. Nam cũ ſeniores Numantini ignauiam ſuis fugientibus exprobrarent, qui illos fugiebant, quos ſæpe in fugam verterant, quidam reſpondit: Nunc quidem oues eædem ſunt, ſed alius paſtor: erat enim dux Scipio minor, de quo adhuc milite dixerat Cato. Ille ſapit ſolus volitant alij veluti vmbrę. Quapropter regibus ac magiſtratibus, ducibuſque ſtudiũ ſapientię in primis colendũ eſt. Pſa. 2. v. 10. Et nũc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrã &c. Sap. 6. Melior eſt ſapiẽtia quã vires & vir prudẽs quam fortis. Audite ergo reges & intelligite, diſcite iudices finium terræ &c. Cato ſenior dicebat, peſsimum eſſe imperatorem, qui ſibi non poſſet imperare. Sapientia in bello, in pace, in rebus publicis & priuatis neceſſaria eſt. Bella per ſe non ſunt expetenda, ſed vt tranquillius viuatur deuictis hoſtibus; pax eſt finis belli, pax conſeruari non poteſt ſine iuſtitia, hæc adminiſtrari non poteſt ſine ſapientia, indecorum autem eſt aliquem aliorum regimini incumbere, qui ſeipſum non regit; qui domui ſuæ præeſſe neſcit, inquit Paulus, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? male domui ſuæ præerit, qui moribus fuerit incompoſitis: nam exemplo malo domeſticos perdet, & ſine ſapientia illos inſtruere non poteſt. Vt dictum eſt cap. 7. v. 20. ſapientia confortat ſapientem, ne vincatur ab auaritia, à vana gloria, a cõcupiſcentia; omnem difficultatem ſuperat; quę viribus nunquam fierent, ſapientia perficiuntur, vt videre eſt in nauigatione, & nauium ſtructura, in ædificatione turrium, & plurium machinarum ac inſtrumentorum fabrica & vſu. Vide plurima ſapientiæ miranda opera Sap. c. 10. ibi. v. 12. cuſtodiuit illum (ſcilicet ſapientia Iacobum) ab inimicis, & a ſeductoribus tutauit illũ, & certamen forte dedit illi, vt vinceret, & ſciret quoniã omniũ potẽtior eſt ſapiẽtia. Fortitudo ad modicũ vtilis ſapiẽtia autẽ ad omnia; fortes vincũtur à vitijs i. robuſti corpore. Sapiẽs omnia

Libro de bello Afric. — *Pſal. 2. 10.* — *Sap. 6.* — 1. Tim. 3. 5.

vincit; ſapientia totam vitam, & omnem actionem moderatur. Vide Prou. 16. nu. 31. Vbi vir qui animo ſuo dominatur præfertur expugnatori vrbiū: hoc ſapientiæ debetur.

Prou. 16.

Sed quorſum Eccleſ. hic appoſuit illam ſententiam, qui in vno peccat, multa bona perdet? ideo hoc dicit vt oſtendat ſapientiam eſſe neceſſariam ad comparanda & conſeruanda bona, omnis enim peccans ſtultus eſt. In bello errata ſunt periculoſiſsima, vbi dicere non licet, non putaram, ſed præſentiſsima prouidentia opus eſt, ſiue ergo in occaſionis obſeruatione, ſiue in diſpoſitione exercitus, ſiue in ardore pugnandi, aut in cunctatione ſagaci delinquatur, multum incurritur detrimentum. In pace qui in vno peccat ſeipſum, lędit, & alios, qui criminis ſunt conſcij, exemplo perdit paruulos, in ſe multa bona perdit, quia vt dicitur Ezech. 18. num. 24. Si autem auerterit ſe iuſtus

Ezech. 18.

à iuſtitia ſua &c. Omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat non recordabuntur &c. Iacob. 2. nu. 10. quicumq totam legem ſeruauerit offendat autē in vno, factus eſt omnium reus. Hæc accuratius nunc exponere non vacat. Cely, id eſt vas eſt nomē generale, quod multis modis verti ſolet, vt vtenſilia, ſupellex, ſubſtantia, pera, iugum, ſarcina, organum, veſtis, monile, arma, & vbicumq. eſt nomen armiger in vulgata H. eſt, ferens vaſa: præterquam 1. Reg. 17. num. 7. num. 41. Vbi in H. eſt ferens ſcutum, ſiue haſtam, multa de hoc nomine dici poſſent, ſed nunc non ſunt neceſſaria. Qerab, id eſt bellum hic & Pſal. 77. v. 9. Prælium Pſal. 143. v. 1. Certamen. Zach. 14. num. 3. Pugna. Iob. 38. num. 23. Alij conflictum vertunt: à Qarab, id eſt appropinquo, accedo, offero &c. Bellum facio. Dan. 7. num. 21.

Iacob. 2.

Cely.

Qerab.

(?)

CAP. DECIMVM.

ꝟ. 1. He: *Muſcarum mors fætere faciet, (efflare faciet) vnguentum pigmentarij: pretioſum præ ſapiētia, præ gloria, ſtultitia paruū.*

Lat. *Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti: pretioſior eſt ſapientia & gloria parua & ad tempus ſtultitia.*

CON-

CONNECTITVR doctrina iſta cum præcedēti, vt ſciamus nō leuem adhibendam eſſe curam ne minimam faciamus ſapientiæ iacturam; & quoniam qui in vno peccat multa bona perdit, omnis occaſio peccati fugienda eſt, atque exterminanda: & ſicut res pretioſæ diligenti ſeruantur cuſtodia, ita ſapientia, quæ pretioſiſsima eſt, & vtiliſſima conſeruanda eſt. Prou. 4. n. 5. Poſside ſapientiam, poſside prudentiam: ne obliuiſcaris neq. declines à verbis oris mei: ne dimittas eā & cuſtodiet te, dilige eā & conſeruabit te. nu. 8 Arripe illam & exaltabit te, & glorificaberis ab illa cum eam fueris amplexatus &c. Cōfert in præſenti Eccleſ. ſapientiam cum pretioſo ſuauiq. vnguento, quod ſolet optime cōtegi, ac ita conſeruari, vt non poſsit euaporare, ne paulatim calore ambientis aeris exhalet ſuauem fragrantiam, perdatq. virtutem: ſi autem in aperto vaſe ſit, aliud ei malum eueniet, nam muſcę incidentes & ibi mortuæ corrumpuntur & corrumpunt vnguentum. Cū per vnguentum ſignificetur virtus & ſapientia, per muſcas ſignificantur omnia, quæ quouis modo inficere poſſunt bona opera, vt ſunt mentis elatio, iactantia concupiſcētia, malorū hominum colloquia & conſuetudo. Muſca eſt animal immūdū moleſtū, importunū, appetens dulcia, & fædis excrementis paſcitur, volat per aera, naſcitur ex putrefactione: ex his variæ ducuntur ſimilitudines ob immunditiam ſimilis eſt concupiſcentiæ; item ob importunitatem, cogitationū non ſolum libidinis, ſed iniurię & vindictæ ſimilitudinē gerit: quia eſt volatile poteſt ſignificare vanam gloriam. Deniq. omnia peccata minuta quæ qui ſpernit paulatim decidit; & virum ſapientē decet ſeipſum conſeruare, quo ad fieri poſsit, puriſsimum, ne virtus & nomē bonū ſuauē perdat odorem, eſt enim bonum nomen vtiliſsimū doctori, ne ſi vita deſpiciatur doctrina quoq. contemnatur. Cauenda vana gloria, quoniā vbi humilitas ibi eſt ſapientia. Timor Domini diſciplina ſapientiæ, & gloriam pręcedit humilitas. Debemus imitari Abrahę ſapientiam, qui abigebat volucres irruentes in carnes ſacrificij. Quāuis Deo offeramus bona opera tamen volucres ſacrificiū contactu ſuo contaminare nituntur: magis autē importunæ & minus timent muſcæ, quę in calicē, in carnes, in omne pulmentū impetum faciūt. Quędam habēt aculeū & grauiter pungunt, tales ſunt curæ huius ſęculi, & libidinoſę cogitatio-

Prou. 4.

Prou. 11. 2.

Prou. 15. 33.

Gē. 15. n. 11.

ſtationes, quas non ſolum ventilabro, ſed graui verbere abigere oportet. Sicut ex ſtercore egrediuntur muſcæ ſic ab homine peccatore verba vana, turpia, mendacia, noxia, idcirco horum conſuetudo fugienda.
Pſ.100.7. Dauid diligenter hos à ſe pellebat, non habitabit, inquit, in medio domus meæ qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua non direxit in conſpectu
Mal.6.v.9. oculorum meorum. Item diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem &c.

Comedentes, vigilantes & dormientes infeſtant muſcæ, & nauſeam prouocant, ideo diligenter flabello, ventilabro, aut ramo illas expellere ſolemus. Mirantur multi cur Deus muſcas & culices creauerit, quę nullius videntur vtilitatis, & ſunt moleſtiſsimæ; ſed inſi-
Omnia ſunt vtilia viro bono. pientes ſumus, quia non aduertimus quā vtile ſit meminiſſe fælicitatis illius vnde per peccatū excidimus, qui ſi in ea iuſtitia perſeueraſſemus in qua creatus eſt primus homo nihil nobis moleſtū, nihil noxiū foret. Deinde, vt ſciamus vitā præſentem non eſſe amabilem præ futura, quia hic tam multa patimur: quid mirū ſi Deus ſuperbiam noſtram his animalibus minutiſsimis punire velit, qui cum ſimus quaſi non ſimus, & quaſi nihilum & inane coram Deo, tamen prę tumore & arrogantia ſumus Deo moleſtiſsimi? Hæc animalia accuſant negligentiam noſtram, qui ęgreferimus eorum leuem moleſtiam, & magna muſcas diligentia abigere conamur, prauas autē diaboli ſuggeſtiones, turpes cogitationes admittimus retinemuſq. & in illis delectamur. Adde hæc animalia ſeruire Deo ad vindictam ſceleratorum, vt videre eſt in plagis Ægypti, quando cum muſcis omne inſectorum genus inuaſit impios oppreſſores populi Dei. Sap.16.n.9. Illos, inquit, locuſtarum, & muſcarum Sap.16.
occiderunt morſus, & non eſt inuenta ſanitas animæ illorū, quia digni erant ab huiuſmodi exterminari. Zebub id eſt, muſca. Reperitur hoc nomen hic, Zebub.
& Iſa.7.n.18. Nam in Exod c.8. num.21.22. 24.29. Eſt nomen Hharob, quod ſignificat mixtionem tā muſcarū quam aliorum animalium muſcis ſimilium. Hinc Beelzebub, id eſt Deus muſcarū, erat idolū Accaronitarū Princeps dæmoniorū Luc.11.a.15.
vocatur & eſt Deus muſcarū, id eſt prauatum, turpium, vanarumq. cogitationum. Iuxta grammaticorum regulas vertendum foret. Muſcæ mortis, ſed rectius me vertiſſe puto: ſēſus ſemper idem. Baas.i. fæteo. Baaſ.
Exod.5.n.21. fœdo.2. Reg. 16. n.21. putreſco. Pſ.37.v.6. Beos. i. putredo Amos.4.n.10. Baes.i. fœtor,

Digitized by Google

fœtor.Iſa.34.n.3.Ioel.2.n.20. Itē computreſco Exod.7.nu.8. c.16.n.20.c.8.n.14.Iſai.50.nu. 20.Alijs modis verti ſolet hoc
Nabahh. verbum,ſed ad iſtam ſignifica tionem referuntur.Nabahh,generali ſignificatione eſt effluere,emittere, emanare, inde fit vt ſignificet Eructare Pſal. 18. v.3.Pſal.118.v.170.Pſal.144.v. 7.Redundare Prou.18.n.4. ca. 15.n.28.Proferre.Prou.1.n.24. Loqui.Pſal.58.v.8.Pſal.72.v.2 Effati. Pſal. 93. v. 4. Ebullire. Prou.15.n.2. Ex his cōſtat quid in præſenti ſignificet, ſcilicet efflare, euaporare, exhalare, exit enim omnis ſuauitas ab vnguento,pro qua euaporat fœtorem.Roqeach,id eſt,vnguentarius.Exod.c.30.n.25.Raqah,id eſt compono,conficio.Semen, id eſt oleum,vnguentum.

Secunda pars huius verſus non paruā habet difficultatē, quæ non tollitur multitudine interpretationum ac verſionū: neq. moleſtum ſolū ſed ſuperuacaneum videtur laborare in ponderandis alijs verſionibus cum ex originali Hebræo verū iudicium faciendum ſit, quod vt certius ſit prius verba ſingula pōderemus Ieqar,id eſt pre-
Iaqar. tium,pretioſitas,pretioſum eſt nomen ſubſtantiuum.Iaqar. i. pretioſum,nomen adiectiuum maſculinum.Ieqarah, vero eſt eius fœmininū,& in præſēti eſt Iaqar,Chocmah,i.ſapientia eſt fœmininum,quapropter in Hebræo non conſtruitur pretioſum cū ſapientia, quod etiam conſtat,quia nomini ſapientia in Hebræo præponitur littera M.Mem quæ ſignificat,A,præ, propter,ex,de,poſt,pluſquam. Eſt etiā particula priuatiua.i. Ne,non,vt non,&c.Iaqar,verbum ſignificat prætioſum eſſe. Pſa.48.v.9.pretiū redēptionis. H.pretioſa erit redēptio. 1.Re. 26.n.21.Iſa.13.n.12. &c. Appretio.Zach.11.n.13. Celebre fieri 1.Reg.c.18.n.30. Honorabilē fieri.Iſa.43.n.4. Honorificare, Honorabilē eſſe. Pſa.36.v.20. Pſal.71.v.14. Pſal. 138. v. 17. Hinc facile intelligitur quid nomina ſignificent,in hoc nulla eſt difficultas; tota eſt in lit- *M.Mem.*
tera ſiue præpoſitione Mem, M,ſignificat paſſim. A. Ab.Gē. 2.n.2.n.3.n.8.c.3.n.8.c 4.n.14. à facie tua.nu.16. &c.neq. in hoc eſt difficultas. Item ſignificat,contra:Iud.14.nu. 4.c.15. nu.3.Deut.33.nu.7. Aduerſus. Dan.11.n.8.Inter Iud.5.n. 24. 2 Reg.15.nu.33.Iſa.52.nu. 14. Propter,Gen.22.nu.12. Num. 24.num.7.Iob.35.num.9.cap. 34.num.30.Pſalm.11.v.6.Prouerb.20. nu.4. &c. Per Iud.5. n.4.Iob.39.n.26.c.7.n.14. Gē. 49 n.24. Ezech. 44. numer.34 Plus.Nehem.7.n. 2. pluſquam Oſeæ.6.num.6.2.Reg.6.num. 22. Eſther. 2. num. 17. Eccleſ. 9.num.17.Ezech.23. num.11.

ſuper id eſt, pluſquam. 2. Reg. 1. nu. 26. 3. Reg. 14. n. 9. 22. 2. Paral. 33. n. 9. Iob. 35. n. 11. Pſal. 39. n. 6. Pſal. 104. v. 24. &c. Magis Ruth. 1. n. 13. Magis quam Ierem. 8. n. 3. Pluſquam. 2. Reg. 6. n. 21. In Deut. 31. n. 26, 2. Reg. 22. n. 46, Iob. 19. n. 26. c. 20. n. 25 c. 23. n. 12. c. 30. n. 11. Pſal. 67. v. 23. Pſal. 80. v. 7. Hæc ſatis nunc ſint, ex quibus apparet multiplicem poſſe eſſe verſionem, & explanationem ſed omnia reducuntur ad duos exponendi modos, alterũ ſecutus eſt vulgatus; cũ enim dixiſſet muſcas mortuas corrumpere ſuaue vnguentũ, inde ſequebatur etiam ſtultitiam corrumpere ſapientiam, & ſapientẽ dũ peccat perdere ſuauitatem bonæ famæ, & glorioſum eius nomen putreſcere, & hic ſenſus etiã continetur in verbis Hebræis, vt dicemus, ſed vulgatus aliũ ſecretiorem & mirabiliorem, & verbis Hebræis cõſentaneum excogitauit, quo ſignificatur aliquando ſimulatam ad tempus ſtultitiam eſſe pretioſiorem ſapientia & gloria idcirco addidit illud, ad tempus, quod nõ eſt in Hebræo, vt ſignificaret talem ſtultitiam eſſe in poteſtate
1. Reg. 21. 11 ipſius ſapientis. Cum fugeret Dauid à faciẽ Saul venit ad Achis regem Geth, dixeruntq. ſerui Achis ad eum cum vidiſſent Dauid. Nunquid non iſte eſt Dauid Rex terræ? non ne huic cãtabant per choros dicẽtes, percuſſit Saul mille, & Dauid decẽ millia? poſuit autẽ Dauid ſermones iſtos in corde ſuo, & extimuit valde à facie Achis Regis Geth: & immutauit os ſuũ (H. ſenſum ſuũ, vel rationẽ ſuam, vel guſtum ſuũ) & collabebatur (H. inſaniebat) inter manus eorũ, & impingebat in oſtia portæ, defluebãtq. ſaliuę eius in barbam. Et dixit Achis ad ſeruos ſuos, vidiſtis hominẽ inſanum: quare adduxiſtis eum ad me? an deſunt nobis furioſi &c. multa opus ſapientia, vt opportune ſtultitia fingi poſſit. Fertur Iunius Brutus vt Tarquinij auunculi ſui crudelitatem declinaret, ſtupidum ſe finxiſſe. Cum Tarentini de bello ſuſcipiendo tractarent, & de aſciſcendo Pyrrho Rege quidam priuatus homo nomine Meton ſumpta corona & lucerna, præcedenteq. tibicine quaſi ebrius prodijt in forũ, concurrit populus ad nouũ ſpectaculũ lęti, cumq. hominẽ, quẽ ebriũ aut inſanũ putabant ad canendum inuitarẽt, ipſe quaſi canere vellet proceſſit, factoq. ſilentio dixit: recte facitis viri Tarentini, qui iocari & ludere volentes permittitis: hac tamen ludendi libertate fruemini antequam Rex adueniat, poſtea vero non noſtro, ſed illius arbitrio viuendum erit. Vt ſalubre conſilium daret

Val. Max. l. 7

daret ciuibus ſuis ex ficta inſania captauit opportunitatem. Quidam propheta vt denun-
3 Reg. 20. 38. ciaret Achab Dei ſententiam, mutauit aſperſione pulueris os & oculos ſuos: ſed ſtatim corā rege vultum abſterſit. Sunt hu iuſmodi fictiones prudentiſsi-
Lib. 4. Ode. 12. mæ. Eleganter dixit Lyricus,

Miſce ſtultitiam conſilijs breuem.

Dulce eſt deſipere in loco.

Stultitiam reputant mūdi amatores & gloriæ temporalis audi ignoſcere ei, qui fecit iniuriam, diuitias contemnere, pauperratem voluntariam ſequi corpus abſtinentia macerare, infimum locum eligere, & alia his ſimilia, quæ docuit nos D. ſapientia exemplo & verbo, per hanc ſtultitiam ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mūdi: & Deo placuit per ſtulti-
1. Cor. 1. n. 20. tiam prædicationis ſaluos facere credentes: quod ſtultum eſt
v. 21. Dei ſapientius eſt hominibus,
v. 25. 1. Cor. 3. 18. & qui voluerit ſapiens eſſe ſtultus fiat: ſapientia enim huius mundi ſtultitia eſt apud Deū. Parum huius D. ſtultitiæ pręcioſius eſt omni ſapientia, & gloria huius mundi. Et de ſenſu vulgati ſatis hæc ſunto.

Alter ſenſus eſt, vt dixi, cohærens cum priori parte, in quo per Zeugma repetenda ſunt verba illa fætere faciet, vapotare faciet, vel perdet. In hunc modum ꝙ pretioſum eſt vel, in, vel, propter ſapientiam & gloriam corrumpet, vel fætere faciet parua ſtultitia, ſicut paruæ muſcæ perdunt vnguenti ſuauitatem. Hic ſenſus commodus eſt, & verbis Hebræis etiam conſentaneus. Lyranus hic aſſerit nomen Hebræum Iaqar ſignificare non ſolū pręcioſum ſed ponderoſum, vtinam indicaſſet ex S. Scriptura hāc ſignificationem. Homo è Iudaiſmo ad Chriſtianiſmum conuerſus ignarus eſt linguæ Hebraicæ vt alibi aperte oſtendi, eius tamen interpretatio cum noſtra conuenit ratione, quam ego ex Hebræo protuli ex ſignificatione litteræ, M. Mem. hæc poſterior expoſitio de vera ſtultitia loquitur: prior de ficta.

Cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius. v. 2. Heb. Lat.

NOTVM eſt ex anathomæ cor medium pectoris ſiue thoracis locum obtinere ita vt ſi linea ducatur à latere vno ad alterum, & à parte anteriore pectoris ad dorſum altera, vbi ſe interſecauerint huiuſmodi lineæ ibi eſt cor. Vulgus putat cor eſſe in parte ſiniſtra pectoris; quia ibi ſentitur manifeſta cordis pulſatio, ſed ideo hoc fit quia in ſiniſtra cordis parte eſt ventriculus ille vbi gignuntur ſpiritus vitales,

Digitized by Google

les,indeque per arterias ad totum deriuantur corpus.In latere dextro cordis eſt ventriculus, quo ſanguis à iecore influit ad nutritionem pulmonis, qui eo quod eſt in perpetuo motu eget tenuiore ſanguine:& quia ſuppeditat cordi aerem ad refrigerationem, ab illo viciſsim ſanguinem accipit defęcatum,quo nutritur, cumq. cor ſit veluti rex in medio regni ſui, tamen ſeruit etiã pulmoni, eſtque mutua in omnibus corporis partibus connexio, amicaque ſeruitus. Cũ ergo Salomon dicit cor eſſe in dextera ſapientis non loquitur de ſitu vt male intellexit Lorinus,ſed cor ſignificat mentẽ, intentionem,cogitationẽ.Cor graue Pſ.4.v.3. cor vanum Pſ. 5.v.10 Recti corde.Pſ.7.v.11. Pſ. 10.v. 2.&c. Mundum cor Pſ.23.v.14.Pſ.50.v. 12. cor cõtritum & humiliatum. v. 19. cor altum Pſ.63.v.7. cor prauum Pſ. 100. v. 4. cor inſatiabile.v.5. cor magnificum Iſa. 10.nu.12. cor durum Iſa. 46.n. 12.Sunt multa his ſimilia.Nũc quid per dexteram intelligatur dicẽdum eſt.Manus hominis eſt inſtrumentum inſtrumentorum,organum organorum,ſed manus dextera & brachium dextrũ ad actiones ſunt præſtantiora,& latus dextrum dignius. Hinc omnes oriuntur allegoriæ,vt per dexterã intelligatur id quod eſt fortius, præſtantius,dignius. Vide ſiluam allegoriarum. Per ſiniſtram cõtrarium ſignificatur,non tamẽ ſemper in malum vſurpatur, vt conſtat Prou.3.num. 16.Lõgitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Cant. 2. num. 6. læua eius ſub capite meo,& dextera illius amplexabitur me. Itẽ, cap.8. num.3.ſic etiam dextera non ſemper ſignificat id quod eſt optimum, alioquin non præciperetur nobis Deut. 5.num. 32.cuſtodite igitur & facite, quæ pręcepit Dominus Deus nobis,non declinabitis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram cap.17.nu.11.nu. 20. cap. 28. nu.14. Prou.4.nu. 27. Iſa.30. nu. 21. Dexterę tribuitur actio & fortitudo protectio, defenſio, dignitas. 3. Reg.2.nu.19. Salomon matri ſuæ ad dexteram thronum ponere iuſsit, ibiq. ſedit. Pſ. 44. v. 10. Aſtitit regina à dextris tuis.Pſ.109.v.1.Pater Deus filio ſuo dicit, ſede à dextris meis. Aduertendum tamen in pace & quiete, in gloriæ tranquillitate ad dexteram collocantur honorabiliores:in bello vero & in conflictu a ſiniſtris ſint, vt ſint tutiores, nam manum dexteram, qua defendendi ſunt,oportet eſſe expeditã:ideo eodem Pſ. 109.v.5.dicitur, Dominus a dextris tuis

Cor.

Dextrum. Siniſtrum.

Deut.5.

Pſ.109.

com-

confregit in die iræ ſuæ reges, & Pſ. 15. v. 8. Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam a dextris eſt mihi ne comoueat. Pſ. 108. v. 30. confitebor Domino nimis in ore meo, & in medio multorũ laudabo eum, quia aſtitit à dextris pauperis, vt ſaluam faceret à perſequentibus animã meã. In dextera dicitur etiam eſſe quod eſt in promptu vt fiat: ſic dicuntur eſſe delectationes in dextera Dei. Pſ. 15. v. 11. quia Deus paratiſsimus & magnificentiſsimus eſt ad largiẽdum bona.

Cor ſapientis in dextera, eſt animum eius ſemper ad præclariſsima & diuina aſpirare: & quod cogitat benefacere prompte exequi perficere ſtrenue, quod alacriter aggreditur. Cor in dextera eſt cognitio Diuinę legis operi propinqua: cõiunctio contemplationis cum actione: mens in rebus honeſtis ac pulchris occupata: cor in dextera eſt, quando actiones rectæ & honeſtæ fiunt ſine hypocriſi, ſine fraude.

Cor ſtulti omnia quæ cogitat ſunt praua, vilia, indecora, omnia facit præpoſtere, cũ ſegnitie ac triſtitia. Qui tribuit in ſimplicitate & hilaritate habet cor in dextera. Hypocrita habet cor in ſiniſtra, quia aliud agit, aliud cogitat: omnis duplici corde habet cor in ſiniſtra. Auari, carnales, ambitioſi, omniſque peccator habet cor in ſiniſtra. Bona etiam ſunt in ſiniſtra cum ſiniſtra intentione fiunt, cum ſubeſt gloriæ vanæ cupido, aut temporale emolumentum expetitur tanquam virtutis præmium & finis. Ideo Chriſtus iubet eleemoſynam fieri à dextra, quam ignoret ſiniſtra, ne vanitas miſceatur corrumpatque veritatem. A ſiniſtra tanquam à re immunda exeunt muſcæ morientes, quæ vnguenti ſuauitatem perdunt. In dextera eſt cor quod Diuina lege gubernatur, in dextera namque Dei eſt ignea lex Deut. 33. nu. 2. Tandem aduerte à latinis dextrum vocari, quicquid eſt aptum, conueniens, promptũ, proſperum & dexteritas eſt aptitudo, agilitas: contrarium ſignificat ſiniſtrum. Conſule latina dictionaria, & latinæ linguæ magiſtros.

Rom. 12. 8.

Eccl. 1. nu. 36. cap. 2. 33. 14.

Matt. 5. v. 3.

Et etiam in via in qua ſtultus ambulans cor eius deficiens, & dicit omni, ſtultus ille. v. 3. Heb.

Sed & in via ſtultus ambulans cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat. Lat.

NON ſolũ prępoſtere agit ſtultus, ſed ſiniſtre aliorum facta iudicat ac corrupto iudicio

iudicio in malam partem be-
ne facta interpretatur, quia ha
bet cor in ſiniſtra: cor eius de-
ficit quia in ſiniſtra eſt. Non ſe
reputat ſtultum non agnoſcit
defectum ſuum, & prauitatem
Prou. 12. cordis, nam vt dicitur Prou. c.
12. num. 15. Via ſtulti recta in
oculis eius: ſed ſi aliquam in ſe
culpā agnoſcit ſimilis aut ma-
iores alijs ineſſe arbitratur: le-
uia peccata proximi exaggerat
vnius errati commemoratio-
ne totam viri boni vitam con-
demnat. Laudem alienam pu-
tat eſſe vituperium ſuum, id
circo illam obſcurare ſtudet.
Prou. 13. 19. Deteſtantur ſtulti eos, qui fu-
giunt mala, quia ſibi diſsimi-
les, quia ſibi fore de decori ve-
rentur. Cū ſit inſipiens, cū eius
cor ſit inops ac deficiens, cum
habeat palatum prauo humo-
re infectum omnia ſtultus iu-
dicat iuxta humoris qualitatē
aut inſipida, aut ſalſa, aut ama-
ra: omnia reſpuit, quæ ſibi gra
Prou. 18. ta non ſunt. Prou. 18. num. 2.
non recipit ſtultus verba pru-
dentiæ niſi ea dixeris, quæ ver-
ſantur in corde eius. Hinc fit
vt omnes æſtimet ſtultos, hoc
eſt, apud ſe prauos iudicat: &
de omnibus ſi datur occaſio
praue loquitur: hoc enim eſt
ſtultum æſtimare, prauum vi-
delicet reputare, & benefacta
maculare: patientem æſtimat
formidoloſum: temperantem
ac ſobrium ſordidum, & aua-
rum reputat, fortem vocat te-
merarium, modeſtum hypocri
ſi laborare affirmat: eleemoſy-
nis & charitatis operibus de-
ditum vanitatis amore corrup
tum iudicat. Phariſæus ille ar- Lucæ. 18.
rogans publicanum tunc con- 10.
temnebat, quando Deo recon-
ciliabatur: quando humili con
feſsione Deo erat gratus. Quis
es tu, qui iudicas alienum ſer-
uum? Domino ſuo ſtat, aut ca Rom. 14. 4.
dit. Nolite ante tempus iudica 1. Cor. 4. 5.
re, quo ad vſque veniat Domi-
nus: qui & illuminabit abſcon
dita tenebrarum, & manifeſta
bit conſilia cordium, &c.

Inſipiens, H. cor deficiens,
vel, indigens, vel decreſcens
&c. Chaçar, id eſt, indigeo, de *Chaçar.*
ficio, deſum, decreſco, minuo
&c. vide cap. 1. v. 15. Prou. 7.
num. 7. & ca. 9. num. 16. ve-
cors. H. carens, vel, indigens
corde &c. Amar, id eſt, æſti-
mo, puto, reputo, ſuſpicor, di-
co &c.

Si ſpiritus dominantis aſ- v. 4. He.
cenderit ſuper te, locum tuum
ne dimittas, quia ſanitas
quieſcere faciet peccata mag-
na.

Si ſpiritus poteſtatem ha Lat.
bentis aſcenderit ſuper te lo-
cum tuum ne dimiſeris, quia
ſanitas ceſſare faciet peccata
maxima.

DO-

DOCVERAT ſapientiam meliorem eſſe fortitudine, ac præſtãtiorem armis bellicis, quæ arte ſuperat, & ſimulata ſtultitia perficit, quod viribus perfici non poſſet: Nũc ſapientem monet ne à recto vitæ inſtituto vllis aut minis, aut promiſsis, aut illecebris, aut terroribus dimoueatur, ſed modeſtiam ſemper ſeruet, temperantiam teneat, iram frę net, concupiſcentias domet, ne vincatur à malo, ſed vincat in bono malũ. Fortior eſt qui ſe quam qui fortiſsima vincit mœnia, nec virtus altius ire poteſt. *Prou. 16.* Præſtat expugnatori vrbium dominans ſpiritui ſuo.

Spiritus. Vt locus iſte melius illuſtretur verba ſingula ponderanda ſunt. *Ruach.* Ruach, id eſt, ſpiritus, aura, ventus &c. ſignificat ſubſtantiam tenuem, ſubtilem, facile mobilem, hinc dicũtur in animali ſpiritus vitales, id eſt, viuificantes, vitam conſeruantes, qui in corde generantur, qui inflammati & commoti iracundiæ ſunt materia, his ſanguis inflãmatur, & corpus totum turbatur. Spiritus animalis motui ſeruiunt, ac ſenſationi, vtriuſq. ſpiritus copia & calor in renibus & vaſis ſeminarijs libidinem cõcitat: & talis commotio dicitur ſpiritus fornicationis, quamquam hoc nomen conuenientius diabolo tribuitur, qui ſuggeſtione, & imaginibus propoſitis, & ſpirituum iſtorũ agitatione concupiſcentiam acuit. Quia ventus comotionis cauſa eſt, inde dicitur ſpiritus tempeſtatis & procellarum, id eſt, exci *Pſ.10.v.6.* tans tempeſtates, deferens procellas: hinc fit, vt commotio, vel commotionis cauſa in homine dicatur ſpiritus, quod non ſemel iracũdiæ tribuitur, qua homines maxime commouentur: & quia ſpiritus vitalis & animalis vim & robur tribuunt, & animalia ad actiones excitant, ideo ſpiritus pro agilitate, vi, promptitudine ad agendum vſurpetur. Hæc exẽplis melius illuſtrabũtur. Exo. 15. num. 8. in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ. nu. 10. flauit ſpiritus tuus & operuit eos mare, id eſt, tam facile ſunt deleti ab ira tua, quaſi vnico flatu perirent. Iud. 8. num. 3. requieuit ſpiritus eorũ quo tumebant contra eum, id eſt, ira, indignatio. Vulgo *enojo, coraje, orgullo*, 2. Reg. 22. num. 16. ab inſpiratione ſpiritus furoris eius. Iob. 15. num. 30. auferetur ſpiritu oris ſui, id eſt, rabie & excãdeſcentia percitus, quam verbis reſtabitur blaſphemis, iracundiſq. ſibi mortem accelerabit. Pſalm. 141. v. 4. in deficiendo ex me ſpiritum meum &c. id eſt, mentis tumor, audacia, indignatio &c. Prouer. 29. num. 11. totum

ſpi-

ſpiritum ſuum profert ſtultus &c. quod de ira & concupiſcentia,& de rebus animo conceptis intelligi poteſt. Num. 5. nu. 14. Si ſpiritus zelotypiæ concitauerint virum &c. Iſa. 19. num 3. Dirumpetur ſpiritus Ægypti &c. id eſt, tumor mentis,indignatio, præſumptio, & omnis animoſitas ac vis concidet. Iſa. 19. nu. 14. miſcuit Dominus ſpiritum vertiginis, id eſt, errabunt, commouebuntur, inquieti & impatientes erunt, turbabuntur. Iſa 25. n. 4. ſpiritus robuſtorum quaſi turbo impellens parietem. Omitto alia, quæ nunc neceſſaria nõ videtur. Vide quæ dixi Iob. 15. n. 30. c. 32. n. 9.

Moſel. Moſel, i. Dominator. 2. Reg. 23. n. 3. Iſa. 16. nu. 1. c. 52. n. 5. Ierem. 51. nu. 46. Mich. 5. n. 2. Princeps. Gen. 45. n. 8. Pſ. 104. v. 20. 21. Prou. 6. n. 7. c. 28. nu. 15. c. 29. n. 12. 26. &c. Si hoc nomen Deo tribuamus ſicut de illo dicitur. 2. Reg. 23. n. 3 Iſa. 16. Mich. 5. ſenſus erit duplex nam vt dixerat cap. 7. num. 21. Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet. & c. 9. num. 18. qui in vno peccauerit multa bona perdet. Dicit ergo exhortans peccatorem ad pænitentiam, & ad tolerãtiam tribulationum, quas Deus immittit nobis, vt curet vulnera noſtra. Etenim multo tempore non ſinere peccatores ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere magni beneficij indicium eſt, dicit in quam, ſi Dei indignationem contra te ſenſeris, ne deſpondeas animum, ne deſeras pietatem & obedientiam, quã profeſſus es, ſta in loco tuo, in gradu dignitatis tuæ priſtinæ, per pænitentiam reuertere ad tuũ locum vnde exciderás, & illum iterum ne dimmittas, iſta enim Dei curatio peccata multa & magna ceſſare faciet. Locus hominis fidelis eſt religio, fides, reuerentia & obedientia, rectæ rationis vſus, ab his multis modis receditur: quędã enim peccata longiſsime à Deo ſeperant peccatorem, tanto longius recedit quanto grauius peccat, per pænitentiã locum ſuum recuperat homo, ad quam Deus illum excitat tribulatione, infortunio, calamitate detrimento rerũ, aut famæ Caue, inquit, ne recuperatã dignitatem iterũ amittas. Si vero ad ſapientem in ſua ſapientia perſeuerantẽ ſermo iſte dirigitur, ſenſus eſt, ſi Deus qui ſupremã tenet poteſtatem tibi videatur indignatus, ſi eius ſpiritus contra te aſcenderit, attende Deũ tribulationibus perficere amicos ſuos, & præcauere in illis multa mala, tu ergo ne dimittas locũ tuũ, eſto fidelis ac perſeuerãs, nã qui perſeuerauerit vſq. in finẽ ſaluus erit, & non

Tribulatio.

2. Macha. 6. 13.

coro-

Matt.10.22 *Perſeuerantia.* Iacobi.1.12 coronabitur niſi, qui legitime certauerit: beatus enim vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ.

Aliter poteſt intelligi de Tyranno, vel diabolo, qui poteſtatem ſemper vſurpare conatus eſt, & princeps huius mundi dicebatur, fortis Ioan.12.31. Luc 11.21. & armatus, quem fortior Dei ſapientia Chriſtus ſuperauit: dicitur etiam diabolus ſpiritus Dei dominatoris, quia ab illo creatus eſt, & inuitus Deo ſeruit, cui Deus multa permittit facere ad punitionem impiorum, & ad exercitationem̃ fidelium, qui malos homines & tyrannos concitat aduerſus pios: cum ergo horum ſpiritus aſcenderit contra ſapiẽtem, locum ſuum 1.Petri.5.8. ne deſtituat: Aduerſarius noſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtẽdum eſt fortiter in fide & dilectione: hæc enim perſecutio curatio eſt, curat reliquias peccatorum, præuenit mala futura, inducit modeſtiã & humilẽ animi ſubmiſſionẽ, & timorem, noſq. a propria confidentia abſtrahit, & ad Dei fiduciã impellit. Magnus & difficilis morbus eſt ſuperbia, hãc curat propriæ infirmitatis cognitio humilis: & tunc agnoſcimus quam neceſſarium ſit Dei auxiliũ, ad quod confugit ſapiens, cuius cor eſt in dextera ſtultus autem cuius cor eſt in ſiniſtra confidit in homine, in diuitijs, in propria induſtria & viribus, ideo miſere corruit, ac perit. Cõcupiſcẽtia tyrannidem exercet in hominem niſi D. gratia illius impetum retundat ac reprimat. Cum animum pulſauerit Dei adiutorio illi reſiſtendum eſt ſtrenue ne locum noſtrum deſeramus, & ſeruiamus peccato ad mortem. Quidam etiam per ſpiritum poteſtatem habentis intelligunt ambitionẽ, *Ambitio.* qua alijs dominari cupimus, & dum alienum locum ſublimem & honorificum quærimus locum noſtrum dimittimus, & in barattrum malorum ruimus. Locus noſter eſt humilitas, nam puluis ſumus & in puluerẽ reuerſuri: locus alienus eſt aër vbi venti dominantur,

Perflant altiſsima venti, Horatius.
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus.

Si ambitioſus dignitatem animi obtendat, qui meliore loco quam puluere dignus eſt: quique ad ſublimia ſemper aſpirare debet, facile illum à ſuo errore deturbabimus, ſi patientem ſalutari argumento cõmodauerit aurem: quia humana conditio æqualis eſt in omnibus. Si vnus homo qualitate alios ſuperat, huius rei iudiciũ

non

non ambitioſo tribuẽdum eſt. Deinde qualitas iſta non eſt vana præſumptio non arrogantia ſæpe mendax, ſemper noxia, ſed modeſtia, charitas, probitas, charitas autem non inflatur non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt. Generoſus animus veritatem, non vanitatem expetit, non dominari ſed ſubeſſe cupit: mauult ſui curam viro bono committere quam aliorum curam difficilem & periculoſam ſibi vendicare. — 1. Cor. 13.

Maqom. Maqom. id eſt, locus, ſedes, à qum, id eſt, ſto. Quare ſtatum ſiue ſtationẽ ſignificat: in præſenti ſumitur pro ſtatione & loco digno. — *Locus.* Omnes militamus, vnicuique à ſummo imperatore deſignatus eſt locus, hic non eſt deſerendus iniuſſu imperatoris. Improbi quibus moleſtum eſt obedire quęrunt imperare, hoc peruerſum eſt in illo, qui obedientiam coram Deo profeſſus eſt: & quia altiorem locum quęrit inter homines, nullũ locũ inueniet apud Deum. Sic lucifer voluit aſcendere & ſedere in monte teſtamenti: & cecidit in abyſſum in fælicitatis Pſalm. 36. v. 10. Adhuc puſillum & non erit peccator, & quæres locum eius & non inuenies. Hoc eſt, qui nunc in illuſtri ſedebat loco paulo poſt omni dignitate priuabitur, tranſibit eius gloria — Iſa. 14. — Pſa. 36.

ad alium, & alius occupabit locum eius, v. 35. vidi impium ſuper exaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani, & tranſiui & ecce non erat, quæſiui eum & non eſt inuentus locus eius, id eſt, dignitas, gloria, imperiũ. Pereunt ſane pereunt ambitioſi & ſuperbi. Sit vnuſquiſque ea ſorte contentus, quam illi diuiſit Deus: teneat locum à Deo ſibi conſtitutum, qui nouit omnia ſuauiter diſponere, & omnium habet prouidentiam. Oculus pedem non contemnat, pes ſupra non conetur aſcendere: corpus non eſt vnũ membrum ſed multa: vide 1. Cor. 12. num. 14. & ſeq. elegantiſsimam Apoſtoli doctrinam de hac re. Eccli. 11. num. 22. ne manſeris in operibus peccatorum: confide autem in Deo & mane in loco tuo. Peccatores ſunt in loco extraneo: iuſtus ſtat in loco ſuo: ſuperbus & ambitioſus aſcendere nititur, & tandem corruet. ca. 13. num. 27. humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur: locutus eſt ſenſate, & non eſt datus ei locus, id eſt, nulla illius ratio habita eſt, non eſt honoratus. cap. 16. num. 15. omnis miſericordia faciet locum vnicuiq. ſecundum meritum operum ſuorum &c. Nunquid poteſt aliquis eſſe, & non eſſe in loco? Sed de loco illuſtri & ſublimi loquitur, qualis in regno cęlorum — Sap. 8. — Eccli. 11. — ca. 13. — Eccli. 16.

rum

rum reperitur, vt locum apud Deū obtineamus in cælo, conſeruemus locū noſtrū in terra, ab illo neque terrore tyranni, neq. amore lucri, neq cupiditate aliqua diuelli patiamur.

Marpha. Marphæ.i.curatio. 2. Paral. 36.nu.16 Iere.14 nu.19.& hic. *Curatio.* Medella. Ierem.c.8. nu.15 hic ſcribitur Marpheh. Medicina. Prouer.16.n.15. Prou.4.n.22.c. 12.n. 18 c.13.n.17.c.14.nu.30. c. 16.n.24 &c. Rapha.i. ſano, curo. Sanitas eſt quatuor qualitatū ſymetria ſiue tēperies apta hominis functionibus: ægritudo eſt harū qualitatū & humorū intemperies. & diſſonantia: idē in animo faciunt quatuor virtutes Cardinales, Prudētia, Iuſtitia, Fortitudo, Temperantia. Medicina ſiue curatio hanc concordiā conſeruāt, aut reparant. Suadet Eccleſ. vt animi tranquillitatē ſeruemus in rebus aduerſis, in tribulationibus, perſecutionibus, tentationibus, hęc curatio ceſſare facit peccata ſi locum noſtrum non dimittimus.

v. 5. He. *Eſt malum, vidi ſub ſole quaſi error, qui egrediens à facie principis.*

Latin. *Eſt malum quod vidi ſub ſole quaſi per errorem egrediens a facie principis.*

v. 6. He. *Data eſt ſtultitia in excellentijs multis, & diuites in humilitate ſedebant.*

Latin. *Poſitū ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum.*

NON ſolū in perſecutione propria animus cōtinendus eſt patientia, ne locū ſuū dimittat, ſed etiā in conſideratione humanarū rerū, quæ tā perturbatæ videntur hominibus carētibus Diuinorū notione, vt omnia aut pleraq. putentur caſu & fortuito euenire, nullāq. eſſe supremā prouidentiā. *Dei prouidentia. D. permiſsio.* De hac re ſæpe à nobis dictū eſt in hoc libro, & in Iob. Prou.30. Per tria, inquit, mouetur terra &c. primū eſt; per ſeruū cū regnauerit: ſecundū, per ſtultū cū ſaturatus fuerit pane. *Prou.30.21* Saturatus dicitur pane, qui abundat opibus, quibus laute epulatur, ſic vulgo vocamus diuites, *que tienen largamente de comer*: Si præter opes ſtultus obtineat excellentē locū, & dignitatē in republica, error videtur prouidētiæ illius, ad quē ſpectat huiuſmodi honores cōferre. Errant ſæpe principes in electione ob ignorātiā, & quia à cōſiliarijs ſuis in errorē inducūtur: hoc paſsim videmus in Epiſcoporū electione: nā ſi eligantur religioſi, & nō de moribus fiat quæſtio, ſed de miniſterijs quibus in religione functi ſunt: hoc argumentum apud ignorantes probabile eſt, apud

gnaros, & expertos rerum eſt
fallax,nam contingit pleroſq.
ambitione aſcendere non me-
ritis: Quapropter de hac re fa-
cienda eſſet diligens & ſecreta
inquiſitio:ſed fauor, & mune-
ra omnia peruertunt & euer-
tunt. Non raro etiam princi-
pes improbos exaltant, & pu-
blico miniſterio pręficiunt,vel
priuatis ducti affectibus,vel a-
uaritia. Qui officia vendũt pu
blica non poſſunt non fauere
improbis,& neceſſe eſt,vt ma-
gis idoneos reprobent,ſi eme-
re nolunt aut non poſſunt. Veſ
Auaritia. paſian' Imperator homo erat
auariſsimus improbos ac rapa
ciſsimos promouebat,vt dita-
tos ſpoliaret. Vnde vulgo dice
batur habere miniſtros quaſi
ſpongias,quas madefactas ex-
primebat. Infinitæ ſunt hodie
ſpongiæ, quas ſi Reges expri-
merent non tot tributis opor-
teret miſeram plebẽ grauare.
Durum, moleſtũ triſtiſsimũq.
eſt videre hãc rerũ inæqualita-
tẽ ſiue iniquitatẽ, quæ Princi-
pũ errore fit,ſiue error,ſiue ig
norãtia ſit meræ negationis,ſi
Pſal. 35. v. 4. ue prauæ diſpoſitionis, vt vo-
cant dialectici. Peſsimum ſane
eſt nolle intelligere, vt bene
agant. Errores iſti, qui à facie
principũ terrenorũ egrediun-
tur,nõ ſunt errores diuinæ pro
uidentiæ, cuius iudicia ſunt
Deute. 32. abyſſus multa,Dei enim perfe
cta ſunt opera, & omnes viæ
eius iudicia, Deus fidelis &
abſq. vlla iniquitate peccaue-
runt ei,& non filij eius in ſor-
dibus. Quos in filios elegerat
impie degenerarunt, & quaſi
non eſſent filij Dei viuentis in
ſordibus ſe contaminarunt.
Quid ergo mirum ſi tales ha-
beant rectores quales ipſorum
merentur ſcelera? Facit Deus Iob. 34. 30.
regnare hominem hypocritã
propter peccata populi. Cõtra
Dei ordinationẽ petiuit popu
lus Regẽ. 2. Reg. c 8. n. 5. quod 2. Reg. 8. 5.
cum ad Deũ retuliſſet Samuel
reſpondit Dñs indignatus po-
puli ingratitudine & temerita
te, annuens eius petitioni: Au- num. 7.
di, inquit, vocem populi in om
nibus, quæ loquuntur tibi, nõ
enim te abiecerunt, ſed me ne
regnem ſuper eos. Huius men-
tio fit Oſeæ 13. n. 11. Dabo, in- Oſeæ. 13.
quit, tibi Regẽ in furore meo,
& auferã in indignatione mea.
Cum Deus concedit piũ, man
ſuetũ, prudentem, iuſtũ Regẽ
non reſpicit noſtra merita, ſed
ſuã clementiã, nõ eſt tale opus
iuſtitiæ, ſed miſericordiæ: cum
regnare facit impium, iuſtum
ſe & miſericordẽ præſtat, quia
iuſte punit ſcelera noſtra, &
dũ caſtigat ad pęnitentiam in-
uitat, veniã indulgẽtiamq. of-
fert. Adde aliã vtilitatẽ, quæ ex
hac, quæ videtur inequalis, re-
rũ diſtributio, oritur videlicet,
ne virtutẽ æſtimem' rebus his
tẽporalibus. Non minus illuſ-

tris erat Ioſeph in carcere quã in principatu. Illuſtriſsimus fuit Ioannes in vinculis; & infamis nimis ac deteſtabilis Herodes in ſolio regali. Nõ locus aut officiũ faciunt hominem meliorẽ neq. illi cõciliãt dignitatẽ & honorificentiã verã, ſed homo his rebus affert dignitatẽ, illaſq. illuſtrat. Thebani viro preſtantiſsimo Epaminondæ per contẽptum, & cõtumeliæ cauſa ſordidũ magiſtratum delegarunt, vt ſordes & ſtercora è vicis & angiportis efferri curaret. Ille miniſteriũ non recuſauit, non ſolum, inquiens, magiſtratus oſtendit virũ, ſed vir etiam oſtendit magiſtratũ: factumq. eſt vt poſtea à multis munus illud ambiretur, quod Epaminondæ dignitate illuſtratũ honeſtatũq. fuerat. Si pro meritis dignitates diſtribueret Deus, ipſa electione oſtenderet electorũ præſtãtiam, ſed quoſdam eligit in Principes qui boni ſunt, alios regnare permittit cũ improbi ſint. 3.Reg.19 n.15.narratur inſigne quoddã D. prouidentiæ argumentũ Reuertere (inquit Do. ad Eliam) in viã tuam per deſertum in Damaſcum: cumq. perueneris illuc vnges Hazael Regem ſuper Syriam: & Iehu filium Namſi vnges Regem ſuper Iſrael: Eliſæum autem filiũ Saphat, qui eſt de Abelmeula vnges prophetam pro te &c.

Vir cõmendat magiſtratũ.

3.Reg. 19.

Tres iubet Dominus vngere, quorum primus fuit acerbus hoſtis Iſrael. Vide 4. Reg. c.8. n.11.&c.cap.10.nu.32. Iehu in Regem vnctus eſt, vt deleret domum Achab, 4.Reg.9. n.7 &c. Eliſæi ſanctitatem omnes nouerunt, iſte Deo chariſsimus fuit, illi fuerunt impij. Vide Iſa.c.3.quæ Deus faciat ob peccata populi, quem robore, & conſilio nudat, & quos permittat dominari: iuſtiſsime enim fit, vt qui Dei imperium contẽnunt, illiq. rebelles ſunt, experiantur duritiam humani imperij, dominorumq. crudelium iugum duriſsimum ferant. Puniuit Deus ſcelera Iudæorum miniſterio Seſac Regis Ægypti: 2. Paralipom. 12. Semebias autem Propheta ingreſſus eſt ad Roboam & Principes Iuda &c. Dixitque ad eos, hæc dicit Dominus. Vos reliquiſtis me, & ego reliqui vos in manu Seſac. Conſternatiq. Principes Iſrael, & Rex dixerunt: Iuſtus eſt Dominus. Cumque vidiſſet Dominus, quod humiliati eſſent, factus eſt ſermo Domini ad Semeiã dicens: quia humiliati ſunt nõ diſperdam eos, daboq. eis pauxillũ auxilij. & non ſtillabit furor meus ſuper Ieruſalem per manum Seſac: veruntamen ſeruient ei, vt ſciant diſtantiam ſeruitutis meæ, & ſeruitutis Regni terrarum. Ex dictis

Iſa. 3.

2.Para.12.5

Deus acabiplis.

aperte colligimus errores, qui à facie Principum terrenorum egrediuntur, eſſe iuſtas Dei permiſsiones, & ſapientiſsima atq. iuſtiſsima Dei prouidẽtia omnia fieri, nullũq. eſſe errorẽ apud Deũ. Si ſtultus ſublimatur & diuites deorſum ſedent, quod illi erit in ruinã & damnationẽ, iſtis erit in gloriã ſi Deũ agnouerint ſummũ imperatorẽ, eiuſq. prouidentiam venerati fuerint. Meromym.i. ſublimitates, exaltationes, excellentiæ, celſitudines, altitudines. Vulgatus vertit dignitatẽ ſublimẽ. Rum.i. ſublimo, exalto, eleuo, erigo &c.

Sephel.i. humilitas. De hoc infra. v. 18. Vulgatus vertit hic, Deorſum.

v.7. He. *Vidi ſeruos ſuper equos, & Principes ambulantes tanquam ſeruos ſuper terram.*

Lat. *Vidi ſeruos in equis, & Principes ambulantes ſuper terram quaſi ſeruos.*

Magna eſt humanæ fęlicitatis inconſtantia; qui Dei prouidentiã ignorabant

Fortuna mutatio. fortunæ omnia tribuebant; ne viderentur inſanientes illi ſapientes aliquid ignorare ſtultã fortunæ diuinitatẽ finxerunt,

Lib. 1. Ode 35. quã ſic alloquitur Lyricus.

O diua gratũ, quæ regis Antiũ,
Præſens vel imo tollere de gradu
Mortale genus, vel ſuperbos,
Vertere funeribus triumphos.

Iuuenalis ait: Satyr. 3.

Quales ex humili magna ad faſtigia rerum
Extollit, quoties voluit fortuna iocari.

Item, *Si fortuna volet fies de rhetore conſul,* Sat. 7.
Si volet hæc eadem fies de conſule rhetor. &c.
Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos.

Equus eſt animal ſuperbum ac bellicoſum, qui aſcendunt ſuper equos nobilioris conditionis eſſe manifeſtum eſt. Apud Romanos poſt Senatores erat ordo equeſtris præcipuæ dignitatis. Nunc etiam equeſtris dignitas non parua eſt, hanc & maiorẽ etiam dignitatem ſerui nõ raro cõſequuntur, quod ſi talibus ratione & merito defertur honos, nemo iure quæri poteſt, non enim ſeruilis conditio impedimento virtuti eſſe debet. Prou. 14. v. 15. Seruo Prou. 14. 15.
ſapienti proſperi erunt actus, & dirigetur via eius. c. 17. v.
2. Seruus ſapiens dominabitur filijs ſtultis, & inter fratres cap. 17.
hæreditatem diuidet. Apud Hiſpanos deterioris ſunt conditionis è Iudaiſmo conuerſi quam ſerui, horum virtuti ad dignitates patet aditus, illorum omnis occluditur, quod an iure fiat modo non diſputo, durum tamen videtur excludi viros bonos, ſapiẽtes quorũ patres, aui, proauique in fide

Digitized by Google

in fide conſtantes fuerunt, & ſi è Iudaiſmo ad quamlibet ſectam conuerterentur, nullum honoris detrimentum pateren tur, & pro meritis eorum poſte ri ſublimarentur. Nũquid Euãgelica profeſsio homines facit viliotis conditionis? nunquid Euangelica doctrina ſic tueri iubet honores & dignitates, vt indigenis veteribus Chriſtianis tantum concedantur? illud mihi incongruum videtur ad vniuerſitatum collegia huiuſmodi homines non admitti, & recipi ibi filios meretricum, quæ fortaſſe ſemel cum nobili congreſſæ, ſtatim quæſierunt robuſtum aliquem á quo grauidæ fiant. Certe nihil magis indignum & infame mihi videtur quam ex manifeſta fornicatione incertoq. patre conceptum natumque eſſe. Recte ſane Achelous Herculi dixit. *Spurius.*

Matris adulterio patrem petis, elige fictum.
Eſſe Iouem malis quam te perde decus ortum.

Heu quot periurijs aperuerũt ianuam, qui illã claudere voluerũt his hominibus, qui é Iudæis ducunt originẽ, ne ad honores intrare poſſent. Sed ad rem reuertamur. Illud ſane moleſtiſsimum eſt, & vt v. 6. dixi ex c. 30 v. 22. Prouerbiorum; Terra mouetur per ſeruum cũ regnauerit, ſeruus in equo, præpoſterus eſt rerum ordo, ſi humano iſta metienda ſunt iudicio; ſed optimus & rectiſsimus ordo eſt, ſi D. conſulamus prouidentiam. Ieroboam ſeruus fuerat Salomonis, & viuente adhuc Salomone Ahias Propheta illi denũciat regni Iſraelis diuiſiones, eiq. datuiũ Deũ decẽ tribus. Hic fuit peſsimus Rex, qui peccare fecit Iſrael; talis regis creatione puniuit Deus peccata Salomonis, & populi Iſrael. Hazael ſeruus Benadad Regis Syriæ ægrotantem dominum ſuum ſuffocauit, & regnauit pro eo. Quod intolerabile videtur in exaltatione ſeruorum viliumq. hominum, eſt illorum arrogantia, quoniam in ſolito honore inflati modum ſeruare non ſciunt. Horatius inuehitur in Menam Pompeij libertum, aitq. *3. Reg. 11. 26* *4. Reg. 8. 8.* *Superbia.* *Epod. ode. 4.*

Lupis & agnis quanta ſortito obtigit.
Tecum mihi diſcordia eſt,
Ibericis peruſte funibus latus,
Et crura dura compede,
Licet ſuperbus ambules pecunia;
Fortuna non mutat genus.

Pallas quidam Claudij Cęſaris libertus immenſas fuerat adeptus opes, hic accuſatus quod aduerſus Neronem coniuraſſet, cum ad probandum crimẽ, aduerſarij vterentur teſtimonijs ſeruorũ ipſius, vt innocentiam ſuam tueretur incredibilem ſuperbiam detexit, nam probauit ſe nũquam cum ſer-

nis ſuis fuiſſe locutum, ſed ſignis aut ſcripto vſum fuiſſe ſi quid imperandum eſſet: tanta erat huius arrogantia, ſic priſtinæ fortunæ oblitus fuerat, ſic ſeruos ſuos contemptui habebat, vt alloqui dedignaretur. Poſſem hic cuiuſdam tabellionis fortunam referre, qui vulgaris notarij filius, ex obſcuro genere oriūdus putabatur quē ſic repente fortuna extulit, vt principi à ſecretis fieret. Sed tā ta tamq. vehemens illum auaritia ſtimulauit, vt miris modis lucrū immenſum excogitauerit, factuſq. fuerit opulentiſsimus, & (ô nobilitatis ingens dedecus) nobilitate donatus omnibus erat nobiliſsimis viris ac principibus venerabilis. Sed tā ſubitā mutationem, tā grauem honoris, & diuitiarū molem natura ſuſtinere diu non potuit; itaq. intra nouem annos in ſublime erectus, inde deturbatus eſt, omnibuſq. bonis priuatus, & perpetuis vinculis mancipatus. Exēpla illorum, qui è ſublimi loco ad infimum corruerunt lege apud illos, qui exemplorū libros ſcribunt titulo de varietate caſuum: Valerium Maximum li. 6. Baptiſtam Fulgoſum lib. 6. Habes plurima huius rei argumēta 3. & 4. Regum libris, vide ſup. c. 4. v. 14. Illud etiam in præſentem cōuenit tractatum

Iob 12. 16. quod ſcriptum eſt. Iob 12. Baltheū regū diſſoluit, & præcingit fune renes eorū: ducit ſacerdotes inglorios & optimates ſupplantat: effundit deſpectionē ſuper Principes &c.

Fodiens foueā in eam cadet: & diſſipans ſepem mordebit eum ſerpens. v.8. Heb.

Qui fodit foueā incidet in eā, & qui diſſipat ſepem mordebit eum coluber. Lat.

MOLESTA eſt huius varietatis & inæqualitatis conſideratio, quoniā ignoramus peculiares cauſas ſingulorum euentuum, & nimia curioſitate ſcrutari conamur ſecreta D. ſapientiæ. *Sibi nocet, qui proximū lædit.* Ab hac temeritate nos reuocat Eccleſ. præſenti ſententia, nobiſq. in memoriā adducit id, quod non raro accidere videmus, vt qui foueā fodit in illā incidat; & diſsipator ſepium mordeatur à ſerpente. Foueam fodit altā ac lubricā, qui ſcrutatur D. prouidentiā. Res humanæ contextę ſunt veluti ſeps, hanc contexturā diſſipat, qui negat ordine ſupremę ſapientiæ res humanas diſponi: tales erant illi, de quibus Iuuenalis ait: Satyr. 13.

Sunt qui fortunæ iam caſibus omnia ponunt,
Et nullo credunt mundum rectore moueri,
Natura voluente vices, & lucis & anni,
Atq. adeo intrepidi quæcumq.

alta-

altaria tangunt &c.

Fortaſſis indicatur cauſa varie tatis humanæ conditionis,quã uis nõ vniuerſalis,vt intelligamus multos ideo ẽ ſublimi ruere,quia alijs parauerũt ruinam,& à ſerpente vulneratos fuiſſe,quia aliorũ bona inuadere nõ dubitarũt, pacẽ turbare, leges violare, quæ quaſi ſeps, arcẽt animalia ne fruges & olera deuaſtent. Aut nos docet Eccleſ.vt illa mala fugiamus,quæ animũ lædere poſſunt,hæc ſũt inſidię,fraudes,nocumenta cõtra proximũ, tunc enim nulla nocebit aduerſitas ſi nulla dominetur iniquitas. Nõ eſt infęlicitatis argumentũ principem ad humilẽ fortunã deueniſſe, & ſuper terrã ambulare, cum ſerui ſint ſuper equos: neq. eſt fęlix ſtultus, quia in ſublimi ſedet loco: infęlix eſt qui culpæ obnoxius eſt,fęlicẽ facit innocentia. Quod ad ſententiæ huius vniuerſalẽ intelligentiã attinet facile percipiemus ſi conſideremus quid nomine foueę & ſepis intelligi poſsit ac debeat. Nomine foueæ & ſimiliũ,quibus animalia capi ſolẽt, aut vulnerari, intelligũtur omnia pericula & nocumenta: Ioſue 23. Si volueritis gentiũ harũ,quæ inter vos habitãt erroribus adhærere,& cũ eis miſcere cõnubia, atq. amicitias copulare: iam nunc ſcitote quod Dñs Deus veſter nõ eas deleat ante faciẽ veſtrã, ſed ſint vobis in foueã ac laqueũ &c. Vide Iſa.c.24.n.17.&c.Ierem.18 n.20.22.c 48.n.43.&c. Prouer. 22.n.14.Fouea profunda os alienæ, cui iratus eſt Dñs incidet in eã.c.23.n.27.Fouea profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena. Idem dicere poſſumus de furto, de homicidio,de perjurio, de ſacrilegio, ac de omni lethali crimine: hæc omnia ruinæ ſunt animorum, & foueas fodiũt ſibi,qui male agunt.Cũ enim alienã famã minuunt,aut denigrant,cũ alienis bonis moliuntur fraudes,cũ furantur,cum turpitudine ſe cõtaminant,maius ſibi inferunt detrimentum. Tanto maius quanto eſt grauior punctura leuis cordis quã vulnus in ſumma corporis cute: quanto eſt animus rebus corporalibus præſtãtior.Peccata animũ vulnerãt,imo occidunt,niſi pęnitentia & Dei gratia reuiuiſcat.Prou.26. qui fodit foueam incidet in eam,& qui voluit lapidẽ reuertetur ad eũ.Eccli 27 qui in altum mittit lapidem ſuper caput eius cadet, & plaga doloſa,doloſi diuidet vulnera:& qui foueam fodit incidet in eã,& qui lapidẽ ſtatuit proximo offendet in eo, & qui laqueum alij ponit peribit in illo, &c. Pſalm. 7. v. 16. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit:

Quid fugiendum.

Fouea.

Ioſue 23.12

Prou.22.14.

Prou.26.27.

Eccli.27.28

Pſal.7.16.

fecit: cõuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſi' iniquitas eius deſcendet. Gloriatur Dauid ſe Dei adiutorio euaſiſſe pręſentiſsima pericula Pſ. 56. Pſ. 56. v. 7. Laqueũ, inquit, parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam, foderunt ante faciem meã foueam, & inciderunt in eam. Foueam parauerãt Ioſepho fratres eius, Gen. 37. & in illam incidiſſent, niſi Ioſephi benignitas magis eſſet de illorum ſalute, quam de vindicta ſolicita. Pharao & Ægyptiorum proceres ac vulgus ceu deliratis in Hebræos excogitate pęnas iuſtiſsimas dederũt: Exod. coacti ſunt parẽtes Moyſi puerum quadrimeſtrem in flumen proijcere inde extractus iuſſu filiæ Pharaonis, & in filium adoptatus, in aulaq; regia nutritus & educatus tandem auctor fuit Ægyptiacæ cladis; poſt plurima mala quæ perpeſsi ſũt Ægyptij, tandem Pharao cum omni exercitu ſubmerſus periijt. Quaſi in foueam deturbare præcipitareq; conati ſunt Moyſi dignitatem & Imperiũ ſibi à Deo traditum rebelles Num. 16. illi Core, Dathan, & Abiron inſurgentes contra Moyſen, & eius inuidentes miniſterio, & ſibi illius conſortium vindicare cupientes, ſed recidit in auctores malum quod cogitauerant, & in grandẽ illos foueã præcipitauit Deus, nã aperuit terra os ſuum, & viui ipſi deſcenderunt in infernum. Nota Eſter. 7. 9. eſt Aman ruina, qui exitiũ parauerat Mardochæo & omnibus Iudæis. Conſiliũ inierunt Ioan. 11. 47. Principes ſacerdotũ & Phariſæi, vt Chriſtum occiderẽt, ne venirent Romani & tollerent eorum locũ & gentem: ſed inciderunt in foueam profundiſſimam, & conuerſus eſt dolor eorum in caput illorum. Multa huius rei etiam ſuppeditant exempla prophanæ hiſtoriæ, quæ longũ foret cõmemorare.

Sepibus vineæ & horti clauduntur. Diſsipat ſepem, qui aliena inuadit, qui dãnum facere Sepes. nititur. In eccleſia ſepes ſunt non ſolum præcepta ſed antiquę traditiones, & probatę maiorum cõſuetudines. In religione ſepes ſunt ceremoniæ prudentes, ſilentiũ certis horis & tẽporibus, ſolitudo, cõmunis ſeruitus, & mores quibus humilitas & fraterna charitas cõſeruatur. Eſt cõmunis ſeps omniũ fideliũ timor Domini, qui huiuſmodi ſepes diruit ac diſsipat, venenatos ſerpentis dẽtes experietur: ſerpentem aurẽ eſſe diabolum, homicidã illum ab initio, nemo ignorat. Diſsipatores ſepium ſunt omnes, qui ad peccandũ alios inducũt, qui peccandi timorẽ adimunt, qui impunitatem ſibi aut alijs promittunt, qui confidentia diuinæ miſericordiæ audaces ad

peccandum fiunt; & omnem Diuinę vindictę timorē abijciunt, quos illa comprehendit ſententia cap. 8. num. 11. quoniam non profertur cito contra malos ſententia, abſq; timore vllo filij hominum perpetrant mala. Horum impias cogitationes eleganter proponit Iuuenalis ſic enim ſecum reputans:

Eccleſ. 8. 11.

Saty. 13.

Vt ſit magna, tamen certè lenta ira Deorum eſt.

Si curant igitur cunctos punire nocentes,

Quando ad me venient? ſed & exorabile numen

Fortaſſe experiar. Solet his ignoſcere &c.

Tutiſsima ſeps eſt miſericordia pænitenti: Timor Dei ad repellendam peccati ſuggeſtionem & illecebram. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Clementia firmatur thronus Dei, & etiam iudicium & iuſtitia præparatio ſedis eius. Qui deſperat diſsipat miſericordiæ ſepem: qui audacter peccat confidentia inſana timoris ſepem deſtruit. Eccli. 36. v. 27. vbi non eſt ſepes diripietur poſſeſsio. Vide Iſa. ca. 5. Vbi Deus ſepe vineam ſuam muni hoc eſt, lege ac præceptis, & ſingulari prouidentia ac protectione: & ſanctorum cōſortio, qui ſua interceſsione populum ab ira Diuina protegant. Sunt etiam temporales

Pſ. 100.

Eccli. 36.

Iſa. 5.

afflictiones ſepes item, ieiunia eleemoſynæ, & ſimilia virtutis opera: cum autem Deus vehementer iraſcitur aufert ſepem, quia peccatores illam prius diſſipare incipiunt, & Deo reficiēti ac inſtauranti ſepem opponuntur, & pertinaciter repugnant. Breui hæc comprobemus ſermone. Ezech. 22. num. 30. poſtquam enumerauit Deus ingentia populi ſcelera, quia pius & clemens eſt; & ad puniendum pergit inuitus, quæſiui, inquit, de eis virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra ne diſsiparem eam, & non inueni. Vides hic orationem & interceſsionem ſanctorum vocari ſepem. Oſeæ 2. num 6. Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet, &c. Sepire viam ſpinis eſt pro diuitijs quibus male vtimur immittere paupertatem: pro lætitia mala mœrorem: pro voluptate, dolorem: pro iniqua cum vitijs & concupiſcentij pace, tribulationem: denique tollere peccandi occaſiones eſt maceria ſepire viā. Hoc Deus ſola clementia ductus facit erga peccatores, qui ſi adhuc conētur irrumpere, & Dei patientiam exacerbent, ingrati rebelleſque ſint, tunc aufert ipſe ſepem vineæ, Auferam, inquit, Iſa. 5. n. 5. ſepem eius & erit in direptionem

D. Miſericord.

Ezech. 22.

nem, dirutam maceriam eius & erit in conculcationem. Vide Iſa. 4. Qui maiore conatu & impietate ſepem diſsipare moliuntur hæretici ſunt, qui antiquas traditiones, ſolennes ceremonias, Sanctorum interceſsiones diſsipant, deſtruunt, tolluntq́.; apud iſtos nulla eſt carnis caſtigatio, nulla morum diſciplina bonorum, nulla religio, ſed comeſſationes & ebrietates, turpitudines, nefariaq́. ſcelera. Apud bonos ſunt ſepes ſpinarum, ieiunia, mortificatio, tribulatio, in qua gaudent. Vt Paul. Rom. 8.

v. 9. He. *Proficiſci faciens lapides dolebit in eis, ſcindens ligna vulnerabitur in eis.*

Lat. *Qui transfert lapides affligetur in eis, & qui ſcindit ligna vulnerabitur ab eis.*

POTEST hæc ſententia cum ſuperiore optime cohærere, ac iuxta primam interpretationem. Cogitemus Deũ qui ſepem vineæ ſuæ fecit, etiã turrim ædificaſſe, & maceria poſſeſsionẽ ſepiuiſſe: arbores plãtaſſe: homo qui ſibi videtur acutus huiuſmodi ædificationẽ & plantationẽ reprehendit, nõ vult ſe ſubmittere Diuinæ prouidentię. Deus poſuit alios lapides in fundamento, alios in angulis, alios in feneſtris; & non ſine ſingulari prouidentia fit vt lapides rectum ordinem non ſeruẽt; nam ſæpe ſtulti tenent locum ſublimem, & ſapiẽtes infimum, hos lapides dimouere conatur, qui Dei prouidentiã repræhẽdit. Arbores ſcindere, qui ſtulto zelo omnes impios de medio tollẽdos iudicat, qui zizania ante meſſem eradicandã exiſtimat, ſed agricola ſapientiſsimus alias habet arbores fructiferas, alias ad ornatum, alias ad ignem nutriẽdum. Optimus architectus Deus qui in terris habet domum expolitis & impolitis lapidibus, quia ſic expedit hic fieri: aliã habet in cælis, quæ ædificatur ex viuis, pretioſis, pulcherrimiſq. lapidibus: acutus homo ſed reuera ſtultus & ligna ſcindere, & lapides remouere tentat, ſed malo ſuo id tentat, Deus enim nouit ex bonis mala elicere, & ex lapidibus duriſsimis & informibus ſuſcitare filios Abrahæ, Chaldæa eduxit Abraham, qui iuuenis parẽtum errorem fuerat ſecutus. Ex perſecutore Saulo fecit Paulum vas electionis: è cruce latronem tranſtulit in Paradiſum: ex lebete facta eſt mũdiſsima phiala mulier illa, quæ fuerat in ciuitate peccatrix, quæ ex vaſe contumeliæ tranſiuit in vas gloriæ: ſic de illa concinit eccleſia hymno eius feſtiui tati dicato. Hæc dicta ſint ad reprimendam humanæ temeritatis ſubtilitatem de D. prouidentia

Matt. 13. 28
Gen. 12.
Ioſue. 24.
Actor. 9.
Luc. 7. v. 37.

dentia audacius iudicantem. Nunc alia via eandem ſententiam explicabimus, de illis, qui proximo nocere volunt. Sicut ſepes diſſipatur, ſic maceriæ lapides deijciuntur & diſpergūtur, vel parietes euertūtur, vel muri deſtruuntur cum detrimento & iniuria proximi. Itē, lapides transferūtur cum agrorum termini mutantur, quod ſemper fuit grande flagitium Deut. 19. n. 14. c. 27. n. 17. Maledictus qui trāsfert terminos proximi ſui &c. Oſeæ. 5. n. 10. Item, proficiſci facit lapidem qui in altum mittit, & ſuper caput eius cadet vt dicitur Eccli. 27. nu. 28. & n. 29. Qui ſtatuit lapidem proximo ſuo offendet in eo. Vide ſup. v. 8. Scindit ligna, qui inuito domino arbores deijcit, quod non raro fieri videmus inuidia & maleuolentia quorundam, qui maius ſibi detrimentum afferunt, pœnaſque ſæpe dant in præſenti, & certiſsimas atq. ineuitabiles daturi in futuro, cū ante tremendū Dei tribunal iudicandi conſtituentur. Lapides Sanctuarij transfert, qui Sanctos perſequitur: ligna ſcindit, qui vnionem charitatis diſſoluit. Sūt ſancti ligna ſecus decurſus aquarum plantata, quæ ferunt fructum tempore ſuo: ab impijs non ſolum diuidi, ſed eradicari ſæpe tentantur. Transfert lapides, qui leges mutare conatur diuinas: & ſcindit ligna pomifera, qui D. eloquia praue & contra charitatem interpretatur. Quoties mihi in mentem venit quorundam hominum inconſtantia, non poſſum non mirari leuitatem vel temeritatem qua numquam certis legibus ſe muniunt, ſed mira varietate ſemper nouandis legibus incumbunt. Miſerrima ſane conditio hominum eorum, quos panis ſaturitas & abundantia tranſuerſos agit. Alij abundant, ſed tamen certis legibus ſtabiliuntur, ſecuriuſque viuunt, quia viget legum auctoritas, & ambitio non tam apertum oſtium inuenit, quæ omnis inconſtantiæ & temeritatis cauſa eſt.

Eccli 27.

Cacan. i. vulnero, alij, periclitor, diſcrimini expono: eſt ſingularis huius verbi ſignificatio, & contraria, nam alias ſignificat fauere, fouere, conferre, de quo dixi Iob. c. 15. v. 3. *Cacan.*

v. 10. H. *Si hebetatum fuerit ferrum, & ipſum non facies terſerit, & vires roborabit (vel viribus roborabitur) & induſtria adaptandi ſapientia.*

Lat. *Si retuſum fuerit ferrum, & hoc non vt prius ſed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, & poſt induſtriam ſequetur ſapientia.*

PVL-

PVLCHRA ſimilitudine docet ſtudendum ſapientiæ, prudenterq. conandum ad cognitionem, rerum quę humanas vires non excedunt, fugiendāque periculoſam D. prouidentiæ inueſtigationem. Sicut homines ferrum acuunt obtuſum ad ſcindendum, & ſæpe vane ſępe pernicioſe laborant, ferro enim artifices ſua faciūt opera, ferro agricolæ terram proſcindunt, ferro milites armantur, ferro latrones & homicidæ maleficia perpetrant, & in acuendo poliendoq. ferro vires intendunt: vtilius, præclariuſque erit ſtudium ſapientiæ, quæ non contingit ſomnolentis ac deſidioſis, ſed opus eſt labore & induſtria. Sicut in rebus perituris grandem operā ponunt ſtulti, nos ſapientiæ operam dare diligentem ęquū eſt.

Horat. Epi. 2.

Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones,
Vt te ipſum ſerues non expergiſceris? atqui
Si nolis ſanus cures hydropicus: & ni
Poſces ante diem librum cum lumine, ſi non
Intendis animū ſtudijs & rebus honeſtis,
Inuidia vel amore vigil torquebere, nam cur
Quæ lædunt oculos feſtinas demere, ſi quod
Eſt (id eſt comedit, corrodit) animum, differ curandi tempus in annum?

Tutiſsimum & vtiliſsimū eſt ſtudium ſapientiæ, quæ docet abſtinere à vitijs, virtutes amplecti: auocat animum à noxia curioſitate, ab iniuria proximi, ne foueam quis fodiat, ne ſepem diſſipet. Ferrum rubigine conſumitur niſi extergatur, niſi ſit in vſu, & ſi aqua madefiat citius faciem mutat, maiorem contrahit rubiginem: ſic humanum ingenium niſi exerceatur, & multo magis ſi voluptatibus, quaſi humore, inficiatur, contamineturque. Expreſſi ſenſum, quem iuxta litteram Hebræam ſecutus eſt vulgatus: quamquam verba Hebræa alium etiā admittunt ab iſto minime alienū Sed prius verba expendamus. Qahah, id Qahah.
eſt, obſtupeſco. Ierem. 31. nu. 29. num. 30 Ezech. 18 nu 2. & in præſenti retuſum vel hebetatum eſſe, idem enim eſt in ferro aciei obtuſio, quod in animo ſtupefactio, ſiue ſtupor. Qilqual, id eſt, tergere, abſtergere, expolire, quod expolitū & terſum eſt, candidum fit, & læue, ideo nomen Qlal vulgatus vertit, candens Ezech. 1. num. 7. alij terſum, ſiue politum. Alias habet ſignificationes, quas nunc omitto, quia de præſenti nulla eſt ambiguitas. Vulgatus periphraſi vſus eſt vertens, & hoc nō vt prius ſed hebe-

hebetatum fuerit. Chajilym, id eſt. vires, virtutes numer.
Chayl. ſing. Chayl, id eſt, virtus. Ruth, 3. num. 11. cap. 4. num. 11. Pſal. 17. num. 33. 40. Pſalm. 83. v. 8. v. 9. Pſalm. 48. v. 7. Pſalm. 58. v. 12. Pſalm. 47. v. 14. Pſal. 59. v. 14. &c. Fortitudo. Deut. 33. num. 11. 2. Reg. 2. num. 7. cap. 22. num. 40. Iſa. 8. num. 4. cap. 10. num. 14. &c. Robur. 2. Reg. 8. num. 9. &c. Gabar,
Gabar. id eſt, Roboro. 1. Reg. 2. num. 9. Iob. 15. num. 25. Corroboro. Pſalm. 102. v. 11. Conforto. Gen. 49. num. 26. Zach. 10. num. 6. Iob. 21. nu. 7. &c. Hu, id eſt, ipſe, ipſum. Quidam referunt ad acuētem, ſiue ſcindentem, vulgatus ad ferrum retulit, quod cōfortatur ad opus cum acuitur, & ideo vertit, exacuetur. Viribus ferrum roboratur, & vires corroborat, id eſt, aptius eſt, & fortius ad ſecandum. In verbis ſequentibus eſt maior difficultas, nām Ijthron, ſignificat excellētiam, præſtantiam, amplius, abundantiam, reſiduum, vtilitatem Reliquum, vt dictum
Hacſeyr. eſt. cap. 1. v. 3. Hacſeyr quidam putant eſſe infinitiuum: Forſterus aſſerit eſſe nomen infinitum, & interpretatur, rectitudinem, induſtriam. R. Abrahā & R. Dauid vt refert Pagninus ſic præſentem locum interpretantur. Excellentia rectum facere ſapientiam, id eſt, excellētia eſt ſapiētię ſuper alia, quod abſque dolore rectum faciat hominem. De nomine Ciſron dixi cap. 4. v. 4. quod ſignificat induſtriam, fortitudinem, ſtrenuitatem &c. vnde elicere poſſumus ſignificationem pręſentis nominis, ſiue verbi, ſæpe enim etiam apud latinos infinitiuus pro nomine vſurpatur. Sit ergo primus ſenſus, induſtria aptandi ſiue dirigendi, ſiue rectificandi ſapientia eſt, id eſt, ſicut viribus ferrum exacuitur, & vtile fit ad opus, ſic ſapientia eſt quæ regit induſtriā. Induſtria rectificatur per ſapientiam, ſapientia, omnis humana actio congrua eſt, ſtrenua, opportuna. Poſſumus etiā vertere, Excellentia induſtriæ ſapientia eſt: reſiduum induſtriæ ſapientia: & hoc ſecutus eſt vulgatus vertens, poſt induſtriam ſequetur ſapiētia. Item, Abundantia rectitudinis ſapiētia. Sic poteſt multis modis ſententia explanari, quia multiplex eſt nominum ſignificatio, quæ poſſunt verti per rectum vel per obliquum.

Sine ſapientia nihil recte fit, ſi hanc haberent principes nō ſublimarent ſtultos: huius defectu ſtultus fodit ſibi foueam & diſſipat ſepem &c.

Si mordeat ſerpens in non ſuſurro & non vtilitas patroni linguæ. V. 11. H.

Si

Lat. *Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit.*

Detractio. Maledicus. IVXTA vulgatum comparatur detractor occultus cũ ſerpẽte, qui occulte mordet & venena diffundit. Si ſerpens ſibilauerit poterit ſibi cauere homo: ita ſi maledicus aperte aggrediatur aliquem aut emendabit vitium, cuius cauſa reprehenditur; aut ſi innocẽs eſt poterit famæ iacturam honeſta defenſione reſarcire. Sed ſæpe ibi homo à detractore iniuria afficitur, vbi nemo eſt, qui reſpondere poſsit. Multis parcitur ob potentiam, timet enim maledicus ne in eius notitiam veniat detractio, qui vlciſci, punireque detractorem poteſt. Peſsimus periculoſiſsimuſque hoſtis eſt detractor. Fraude enim & ex inſidijs nocet. Homicida grauiſsime peccat quia tollit maximum bonum & irrecuperabile, nempe, vitam: quibuſdam charius eſt nomen bonum quam vita ipſa. Qui volens & ſciẽs hominem occidit eccleſiæ immunitate non gaudet: certe maledicus apud viros bonos locum habere non deberet: & ſicut infamis habendus eſſet, qui odio ſtimulatus aut inuidia deprauatus, aut ambitione corruptus occulte, & ex inſidijs proximũ ledit. Sunt qui occulta reuelant, alij minima exaggerãt, alij antiqua fratris peccata, quorũ iam nullum in moribus extat veſtigium, quaſi recentia prædicant: peſsimũ detractionis genus eſt cũ falſum crimen fingitur, aut veris falſa miſcentur, quo maior fides dictis habeatur. Sũt quidã inſignes maledicentiæ artifices præſertim contra viros bonos armati: qui ſe non perſonarum ſed vitiorũ odio ſtimulari mẽtiũtur, hi bonorũ minima errata vehementer exaggerant, improborũ & aperte ſceleratorũ flagitia diſſimulant. Quid mirũ ſi contra nos impiorũ linguæ acuantur Pſ.139.v.4.
ſicut ſerpentũ, cũ neq. ſanctiſ- Iob.19.18.
ſimo Iobo parcerẽt? ſtulti quoque, inquit, deſpiciebãt me, & cũ ab eis receſsiſſem detrahebant mihi. Pro, ſtultis, in Heb. eſt, Hhanylym.i. Iniqui. An nõ eſt ſtultus omnis iniquus, qui dũ alijs detrahit ſeipſum cõdẽnat, & cõtra ſe ſẽtẽtiã dãnatio Trem.23.
nis pronũciat? Pro.13.n.13. Qui detrahit alicui rei ipſe ſe in futurũ obligat. Aut enim de re bona ſermo eſt aut de mala, detrahere rei honeſtæ & laudabili in iuſtiſsimũ & ſtultiſsimũ eſt: hinc duplex naſcitur obligatio in detractore, altera eſt quia id vituperat quod eſt laude dignum, quod eſt graue ſcelus & huius naſcitur obligatio ad meritum ſupplicium: Altera eſt, quia ſi bona vituperãtur

eo

eo ipſo iudicio manent cõdem nata opera detrahentis: non ſolum mala ſed etiam bona. Si vero rei malę detrahitur, qui aliũ iudicat ſeipſum cõdemnat. Sequamur igitur ſapientis conſiliũ Prou. 4. n. 24. Remoue, inquit, à te os prauũ & detrahentia labia ſint procul à te. Sap. 1. n. 11. Cuſtodi te ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguę &c. Pro. 24. n. 9. cogitatio ſtulti peccatũ eſt: & abominatio hominũ detractor. n. 21. Time Dominũ fili mi & regẽ; & cũ detractoribus ne commiſceatis. Huiuſmodi homines deteſtabatur Dauid: detrahentem, inquit, ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar.

Rom. 2. 1. Prou. 4. Sap. 1. Prou. 24. Pſ. 100. v. 5.

Qui occulte detrahit. H. Lebahhal Halaſon. i. habēri, poſſidenti, domino linguæ: Bahhal enim poſſeſſorẽ, dominum, & maritũ ſignificat, quę ſignificatio etiã hic congruit, maledici enim videtur linguam veluti vxorẽ diligere, & illius ornatui ſtudere, & illius voluptati ſeruire Ijthron. i. vtilitas, præſtantia, excellentia. Non eſt vtilitas patroni vel patrono, vel domino, vel marito linguæ. Ex tenuario eſt, qua plus ſignificatur quam dicitur, quia non ſolum vtilitas nulla eſt, ſed maximum detrimẽtum, nocet enim detractor alijs. Nocet etiam ſibi, quia ſe in futurum obligat. LXX. aliter intellexerunt, pro habente linguam, incãtantem verterunt: ſic enim habent, ſi momorderit coluber in non murmure, & nõ eſt amplius incantanti. Attenderunt ad morem quotidiã, qui carminibus incantant ſerpentes ne noceãt: horum mentio fit. Pſalm. 57. v. 5. & 6. Eccli. 12. num. 13. Ierem. 8. num. 17. ſenſus LXX. eſt idem cum illo, quem initio indicaui, quia ſi ſerpens occulte mordeat iam incantatoris verba inutilia ſunt, ſi ſibilauerit antequã mordeat, tũc incãtantis lingua poteſt præuenire damnũ ſerpentis: ſic detractor occultus impediri non poteſt, aperto hoſti poſſumus repugnare, occultas inſidias quis euitabit? Vulgatus per habentem linguam intellexit detractorem occultum propter ſimilitudinem ſerpentis mordentis ſine murmure, ſine ſibilo. Domini linguæ, ſiue habentes linguam vocantur detractores, qui viribus, virtute, & omni bonorũ poſſeſsione carent, vnica eſt illis poſſeſsio linguæ. Fęminæ quia imbelles ſunt ideo maledicæ, rixoſæ, clamoſæq. ſunt, ſic effæminati linguam ſuam magnificant. Pſalm. 11. v. 4. Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa & linguam magniloquam, qui dixerunt linguam noſtram magnificabimus labia noſtra à nobis ſunt,

quis

quis noſter Dominus eſt? ecce impij linguæ poſſeſsione gloriantur. Præclara ſane poſſeſſio. Attende quibus bonis plena ſit. Pſal. 13. v. 3. ſepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, venenum aſpidum ſub labijs eorũ. Hic etiam aſpidibus comparantur maledici & detractores. & Pſal. 139. v. 4. acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labijs eorum. Vitium eſt hoc omnibus deteſtabile, & pleriſq. maxime familiare, alij liberius, alij parcius maledicunt. Illi peſsimi detractores ſunt qui dicũt, malum bonum, & bonum malũ: & hi indigniſsime ferunt concionatores libere arguẽtes publica crimina, nulli tamen ſunt minus patientes quam ambitioſi: qui in detractores inuehuntur acerbe, ſed detractores & maledicos vocant illos, qui peſtilentes deteſtãtur etiãſi nullius in particulari faciant mentionem. Vtinam hac male dicentia plures ſe armarent ad uerſus reipublicæ & charitatis hoſtes hoc benedicere eſt, bene enim facit, qui vitia communi ſaluti nocentia verbis deteſtatur, ſed animaduertat ſe obligari in futurum, & prius ſua corrigat mala, vt aliena poſſit repræhendere. Iuxta moralem ſenſum aliqui per occultum morſum ſerpentis intelligunt peccata ſecreta; quæ etiam à peccatore abſcondun tur neque ad notitiam domini linguæ veniunt, vt poſsit ſalutari monitione errãtem in viam reducere: quare cum D. Hieronymo per dominum linguæ poſſumus detractorem intelligere: & etiam virum eruditum & ſpiritualem medicum: non enim inſolens eſt, vt in bonum & in malum aliquid vſurpetur. Si enim (inquit, Hieronymus) erubeſcat ægrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina, non curat. Egregius incantator eſt veritatis magiſter, qui ſerpentem incantat præueniens mala bono conſilio & curans vulnera ſalutari repræhenſione ac diſciplina. Lachas nomen, id eſt, murmur &c. Lachas verbum, id eſt, Muſsito. 1. Reg. 12. nu. 19 Suſſurro. Pſalm. 40. v. 8. Incanto. Pſalm. 57. v. 6.

Pſa. 13 — Iſa. 5. 20. — *Lachas.*

v. 12 H. *Verba oris ſapientis gratia: & labia ſtulti abſorbebũt eum.*

Lat. *Verba oris ſapientis gratia, & labia inſipientis præcipitabunt eum.*

Doctrina. DETRACTOR & maledicus alijs nocere moliuntur, ſed foueam fodiunt ſibi, diſsipant ſepem alienam dum famam bonam denigrare volunt. Transferunt lapides ſcin-

ſcindunt ligna, hoc multis mo
dis lædere proximum excogi-
tant tentantq. ſed in eorũ per-
niciem omnia deuoluuntur.
Correptio ſiat Contrarium eſt ſtudium ſapiẽ
tis,qui dum peccata occulta ſe
creta monitione corripit gra-
tam rem Deo facit,& eius,qui
correptionem recipit gratiam
meretur.Si docet,etiam gratio
ſus eſt,dignus cui omnes grati
ficentur,nam quæ ſine fictione
didicit ſine inuidia communi-
Sap.7.13. cat. Quod iuſto dicitur, de ſa-
piente intelligendum eſt, & è
conuerſo,non enim hic de mũ
dana ſapientia ſermo eſt. Pſal.
Pſalm.36. *36.v.30.* Os iuſti meditabitur
ſapientiam, & lingua eius lo-
quetur iudicium, lex Dei eius
in corde ipſius.In corde eſt Dei
lex in lingua iudicium, in ore
ſapientia, quid ergo mirum ſi
in labijs gratia demoretur? ſi
Prou.10. verba ſint grata?Prou.10.v.20
Argentum electum os iuſti. v.
21.Labia iuſti erudiunt pluri-
mos.v.31.Os iuſti parturijt ſa-
pientiam. v.32.Labia iuſti con
Cap.13. ſiderant placita.c.13.n.18. Lin
gua ſapientium ſanitas eſt.Ec-
Eccl.6. cleſ.*6*.n.5. Lingua eucharis in
bono homine abundabit.c.40
n.21.Tibiæ & pſalterium ſua-
& 40. uem faciunt melodiam, & ſu-
per vtraq. lingua ſuauis. Prou.
Prou.22. 22.v.11.Qui diligit cordis mũ
ditiam propter gratiam labio-
rum ſuorum habebit amicum
regem.Nota,ex cordis mundi-
tia naſcitur labiorum gratia,
hanc munditiam quærit ſa- Sap.1.
piens,quoniam in maleuolam
animam non introibit ſapien-
tia, neque habitabit in cor-
pore ſubdito peccatis. Ex cor-
de prauo naſcuntur verba ma-
la,quoniam ex abundantia cor
dis os loquitur, ideo in multis
locis ex iam allegatis, labijs &
linguis opponitur cor, & cum
iuſti & ſapientis labia & lin-
gua commendantur, impiorũ
& ſtultorum corda vituperan-
tur.Prou.10.nu.20.Argentum Prou.10.
electum os iuſti,cor autem im
piorũ pro nihilo.Præſtãtius eſt
cor quam os,& oris pretiũ ex
corde naſcitur.Cor iuſti qua-
le ſit,& quanti pretij non indi-
catur,ſed ex oris pretio intelli-
gitur:cor autem impiorũ nul-
lius eſt pretij, ideo verba & os
ſunt execrabilia.n.21.Labia iu
ſti erudiunt plurimos: qui au-
tem indocti ſunt (H. ſtulti) in
cordis egeſtate morientur.Vi-
des labia iuſti redundare bo-
nis, quæ multos illuſtrant, &
theſauros ſapientiæ multis cõ-
municant:cor autem indocto-
rum grandi penuria laborat,
neq. ſibi neq. alijs prodeſt,imo
omnibus nocet, aut nocere
vult &ſeipſũ præcipitat.Quot
& quanta mala ſequantur ſtul
tũ ob prauitatẽ labiorum eius
plurimis conſtat teſtimonijs.
Sed aliquot prius referamus
quæ eius prauitatem indicant.

Pſalm.5. Pſal.5.v.9. Non eſt in ore eorũ
veritas, cor eorum vanũ eſt. Se
pulchrum patens eſt guttur eo
rũ,linguis ſuis doloſe agebant.
En prauitas, ex qua ſequitur
Pſalm.9. meritũ ſupplicium;iudica, in-
quit,illos Deus.Pſ.9.H. 10. 7.
cuius maledictione os plenum
eſt,& amaritudine & dolo,ſub
lingua eius labor & dolor.Pſa.
Pſal.13. Pſalm.49. 13.v.3.Linguis ſuis doloſe age
bant,&c.Pſ.49.v.19.Os tuum
abũdauit malitia,& lingua tua
concinnabat dolos; ſedens ad-
uerſus fratrem tuum loqueba-
Pſalm.51. ris,&c.Pſa.51.v 4.Tota die in-
iuſtitiam cogitauit lingua tua,
ſicut nouacula acuta feciſti do
lum.v.6. Dilexiſti omnia ver-
ba præcipitationis lingua dolo
ſa.Ecce labia ſtulti ad præcipi-
tandum deuorandumq.promp
Pſalm.56. ta ſũt.Pſa.56.v.5 Filij hominũ
dentes eorũ arma & ſagittę,&
lingua eorum gladius acutus.
Pſalm.58. Pſal.58.v.8.Ecce loquentur in
Prou.15. ore ſuo gladius in labijs eorũ.
Prou.15.c.28.Os impiorum re
dundat malis. Lingua impij
Iob.5. flagellũ eſt.Iob.5.v.21.Ita mul
ta ſunt flagella peccatoris Sap.
Pſalm.31. Sap.1. 1. num. 6. Benignus eſt enim
ſpiritus ſapientiæ,& non libe-
rabit maledicum à labijs ſuis,
Id eſt,licet ſpiritus ſapiẽtiæ ad
benefaciẽdum ſit vehementer
procliuis, tamen ab æquitate
non eſt alienus.& ideo maledi
cũ puniet,nõ illum liberabit à
ſupplicio,quod meruerunt la-
bia eius,quia benignitas ſi iuſ-
ta non eſt,tali nomine falſo ap
pellatur.Pſa.11.v.4.Diſperdat Pſalm.11.
Dominus vniuerſa labia dolo-
ſa &c.Pſ.54.v.10.Præcipita Do
mine & diuide linguas eorum. Pſal.136.
Pſa.139.v.10.Labor labiorũ ip-
ſorum operiet eos: cadẽt ſuper
eos carbones &c.Prou.10.v.8. Prou.10.
Sapiens corde ſuſcipiet pręcep
ta:ſtultus cæditur labijs. v. 10.
Stultus labijs verberabitur.
Vtrobiq. eadem ſunt verba in
Hebræo. Nomen labijs poteſt
coniungi cũ nomine ſtultus in
hunc ſenſum,qui labijs ſtultus
eſt dabit pænas, verberabitur.
Itẽ ſtultus verberabitur prop-
ter labia ſua,ob verba temera-
ria detractoria,noxia.Prou 12. Pro.12.c.10
n.13. Propter peccata labiorũ
ruina proximat malo.c.10 n.31 Eccl.28.
Lingua prauorũ peribit. Eccl.
28.nu.22 multi ceciderunt in
ore gladij,ſed non ſic quaſi qui
interierũt per linguã ſuã.Mul-
ta de lingua iniqua poteris le-
gere hoc ca.28. Ex his conſtat
ſtultũ lab js ſuis præcipitandũ.

Initium oris eius ſtultitia, v.13.H.
& nouiſſimum oris eius in-
ſania mala.

Initiũ verborum eius ſtul Latin.
titia,& nouiſſimum oris il-
lius error peſſimus.

INcipit loqui ſtultus, & id lo
quitur,quod eius cor deficiẽs
illi ſuggerit,ſcilicet ineptias,te Stulti loquiũ.
merarias fabulationes,murmu

ratio-

rationes,detractiones, & finis dicendi principio reſpondet; in hoc conſtans eſt,quod ſtulta ſemper loquitur ſine ordine,ſine iudicio,ſine vllo rationis nexu. Eſt aliud ſtultorum malum,qui ne videatur erraſſe,errores ſuos nouis erroribus tueri conatur. Sic initium oris eſt ſtultitia, nouiſsimũ quoq. Hoc genus ſtultitiæ multos tenet, qui ſapientiæ nomen ſibi audent vendicare. Omnes hæretici hac ſtultitia laborant,volunt fornicari,& ne turpitudinis damnentur non ſolum fornicationem affirmant eſſe rem honeſtam,ſed cælibatum condemnant. Plurima his ſimilia

Prou.15. apud ſtultos reperies. Prou.15. n.2. Lingua ſapientium ornat ſcientiam;os fatuorum ebullit

Eccl.19. ſtultitiam. Eccl.19.n.11. A facie verbi parturit fatuus &c. cum moleſtiſsimus ſit tamen ad loquendum promptiſsimus eſt.

Iſai.32. Iſa.32.v.6. Stultus fatua loquetur,& cor eius faciet iniquitatem &c.

V.14. H. *Et ſtultus multiplicat verba, non ſciet homo quicquid erat & quod erit poſt ſe quis indicabit ei?*

Lat. *Stultus verba multiplicat. Ignorat homo quid ante ſe fuerit; & quid poſt ſe futurũ ſit, quis ei poterit indicare?*

Verboſus. Garrulus,verboſus,importunus,moleſtus eſt dũ loquitur ſtultus,quia modũ tenere neſcit. Rogatus Simonides,vel vt alijs placet,Xenocrates cur in conuiuio ſileret, reſpondit, quoniã locutum fuiſſe pænitet aliquando,tacuiſſe nũquam. Ptolomæi legati multos eruditos ad conuiuium inuitauerant, aderat Zeno Philoſophus, percontantibus quid de ipſo regi ſuo eſſent renuntiaturi,vidiſſe,inquit, vos ſenẽ, qui in cõuiuio tacere nouerit. Nullibi magis fræna laxantur garrulitate quã in conuiuio:ibi tacere prudẽtis eſt,quia ratio nõ poteſt mature deliberare quid deceat. Idẽ Zeno cuidam diſcipulo in loquendo præcipiti ac temerario dixit:fieri nõ poteſt, quin te pater ebrius genuerit. Quaſi ebrietatis loquacitas hæreditario iure ad filiũ deueniſſet. Idem dicebat,ſatius eſſe labi pedibus quam verbis. Vide ſup.c.3.v.7. Conſule auctores qui locos communes tractant. Taciturnitas.

Pſa.139.v.12. Vir linguoſus(H. vir linguæ)non dirigetur in terra; vir linguæ dicitur loquax & garrulus, qui immemor eſt illius ſententiæ Prou.10.n.19. In multiloquio (H. in multitudine verborũ) non deerit peccatũ Eccl.9.n.25. Terribilis eſt in ciuitate ſua vir linguoſus,& temerarius in verbo ſuo odibilis erit.c.8.nu.4. Non litiges cum homine linguato, & nõ ſtrues in ignem illius ligna. Pſal.139. Prou.10. Eccl.9. Cap.8.

Propter ſecundam verſus partem exiſtimo hic fieri ſermonem de illis, qui curioſius diſputare volunt de omnibus rebus præteritis & futuris, præteritæ ſolum humana diligentia, ſed referentium mendacijs obnoxia, cognoſci poſſunt. Harum ſcriptores multa ignorarũt, multa ſæpe de induſtria ſilentio preſſerunt ſeruientes affectibus ſuis, lucro & ambitioni: multa non raro exaggerarunt inuidia vel odio corrupti, vt neceſſe ſit magnam adhibere diligentiam, perſpicaciq. iudicio vti, vt vera à falſis diſcernantur: quæ autem memoriæ prodita ſunt, ſi conferantur cũ illis quæ obliuio deleuit, quaſi nihilum reputabuntur. Magno Dei beneficio quorundam habemus certam notitiam ex S. literis. Futurorum contingẽtiam ſcientiam nullam habere poſſumus. Eſto ex aſtrorũ motu & influentia aliquid poſsit prædici, id tamen in communi plerumq. verum erit, vt cum *Aſtrologia Diuinatio.* præſcitur fames, bellum, peſtis, & ſimilia. Humana autem mẽs ſẽper de futuris ſolicita libẽtiſ ſime attendit mẽdacijs diuinãtiũ. Audi quid Lucanus dicat. *Lib. 2.*

Cur hanc tibi rector Olympi.
Solicitis viſum mortalibus adde re curam,
Noſcant venturas vt dira per omina clades?

Li. 1. Ode. 11 Lyricus vero fœminam quandam his verbis à futurorũ cognoſcẽdorũ deſiderio deterret:

Tu ne quæſieris (ſcire nefas) quem mihi quem tibi
Finem dij dederent Leuconoe, nec Babylonios
Tentaris numeros, vt melius quicquid erit pati,
Seu plures hyemes ſeu tribuit Iuppiter vltimam.

Hoc futura noſcendi, deſiderium ampliſsimam impoſtoribus ianuã aperuit, quæ necdũ claudi potuit. De diuinantium impoſturis lege Ciceronem libris de diuinatione, quem iam ſupra citauimus. Sed nunc audiamus Iuuenalem ſic aientẽ:

Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem. *Satyr. 6*
Interpres legum ſolymarum, & magna ſacerdos
Arboris, ac ſummi fida internuntia cœli. *Iudæi diuinantes, &c.*
Implet & illa manum, ſed parcius ære minuto,
Qualiacumq. velis Iudæi ſomnia vendunt.
Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi
Teſtamentum ingens, calidæ pulmone columbę
Tractato, Armenius, vel Commagenus aruſpex
Pectora pullorũ rimatur, & exta catelli
Interdum & pueri: faciet quod deferat ipſe.
Chaldæis ſed maior erit fiducia: quicquid.

Di-

Dixerit aſtrologus, cre'ent á fonte relatum
Hammonis, quoniam Delphis oracula ceſſant,
Et genus humanum damnat caligo futuri.

Hodie gens quædam vagatur latrocinijs & mendacijs infamis, & ad fraudes inſtructiſsima, quæ mulierculis imponit, & non tantum verba ſed aperta mendacia multiplicat. Vulgus Gitanos vocat.

v. 15. H. *Labor ſtultorum vexabit eum, qui non nouit pergere in vrbem.*

Lat. *Labor ſtultorũ affliget eos, qui neſciũt in vrbẽ pergere.*

VIDETVR mihi redargui hac ſententia vana hominũ curioſitas, ſtultaq. præſumptio, qui difficillima ſcrutantur, & quæ ab humana ratione maximè diſtant magna animi cõtentione quærũt, cũ ignorent illa quæ ante pedes ſunt, & in proſpectu, ſicut vrbes, quæ magnitudine, & multitudine ædificiorũ ſunt maximé conſpicuæ, & viæ quibus itur in vrbẽ ſunt ampliſsimæ ac tritiſsimæ. Videtur Prouerbialis locutio. Neſcit in vrbẽ pergere: quæ in illos quadrat, qui ſunt rudiſsimi, & in agro nati & educati, ruſticis operibus ſemper addicti: his ſimiles ſunt qui de futuris multa loquuntur & mentiũtur: & qui de futuris ſoliciti vano labore fatigantur. In Hebræo ſentẽtia eſt ambigua ob numeri mutationẽ, quæ frequens eſt apud Hebræos vt pluribus exẽplis oſtẽdi, Iob c.5.c.12. quare ſi numerus ſingularis in ſecũda verſus parte pro plurali vſurpatur, ſen- Iob c.5.n.5. c.12.n.17.
ſus eſt, quẽ indicaui: vel quem alij oſtendunt, qui per ciuitatẽ intelligunt, vel præſentẽ fideliũ congregationẽ, vel triumphantẽ in cælo eccleſiã. Labor ſtultorũ affliget eos, qui in hãc vrbẽ non pergunt, ſiue gẽtiles ſint, ſiue Iudæi, ſiue mali Chriſtiani, qui magno ſtudio magnoq. labore incũbunt in cognitionẽ rerũ naturaliũ ac diui- Pſal.106.4.
narũ, & errant in ſolitudine, in inaquoſo, viamq. ciuitatis ha- Pſal.57.v.4.
bitaculi nõ inuenerũt: alienati ſunt peccatores à vulua erra uerũt ab vtero: qui in inferno poſiti dicent: ergo errauimus à Sap.5.6.
via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ nõ eſt ortus nobis: laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autẽ Dñi ignorauimus. Quid dicemus de magnis Theologiæ Magiſtris, numquid poſſunt iſti dicere ſe ignoraſſe viam Domini, aut erraſſe à via veritatis? Si ignorabant quo pacto illam alijs monſtrabant? Si nouerant quomodo ab illa errauerunt? Eſt alia cognitio ſpecu-

latiua; alia operatiua ſiue pra-
ctica, illa communis eſt bonis
& malis, iſta eſt familiaris bo-
nis, hanc tenent ſapientes, qui
cogitant vias ſuas & conuer-
tunt pedes ſuos in teſtimonia
Pſ.118.v.59 Domini, ante quorum facies
Pſa.84.v.14 ambulat iuſtitia, & ponunt in
Pſ.118.v.32 via greſſus ſuos, qui dilatato
corde per charitatem viam mã
datorum Dei currunt, iſti per-
gunt in ciuitatem ſanctam Ie-
ruſalem: ſtulti vero, qui ſibi in-
iuſte vſurpant ſapientiæ no-
men, & ambitionis, lucri, vo-
luptatis, vias tortuoſas, lubri-
cas, obſcuras, deuias calcant
labor illos affliget, qui poſt laſ-
ſitudinem, poſt vias difficiles
in æterna præcipitabuntur tor
menta.

Si numeri mutationem non
admittimus, ſed vt iacent ver-
ba conſideremus, ſenſus erit
cohærens cum his, quæ v. 14.
dicebamus. Id eſt, labor ſtulto-
rum multiplicantium verba,
& fallere molientiũ vexat ho-
minem ignorantem, qui neſcit
in vrbem pergere, imponit ru-
ſticis ac rudibus. Diuinatores
virum ſapienté non fallunt, ig
naros, & mulierculas decipiũt.

v.16. H. *Va tibi terra, cui Rex tuus
puer, & Principes tui in ma-
ne comedunt.*

Lat. *Va tibi terra, cuius Rex
puer eſt, & cuius Principes
mane comedunt.*

Beata tu terra, cui rex tuus v.17. H.
*filius optimatum, & princi-
pes tui in tempore comedunt
in robore & nõ in potatione.*

Beata terra cuius rex no- Latin.
*bilis eſt, & cuius principes
veſcuntur in tempore ſuo ad
reficiendum, & non ad lu-
xuriam.*

Dixerat multa contra ſtul-
tos, nunc ad illos ſermo-
nem conuertit, quos maxime *Sobrietas in*
decet ſapientia, & a quibus lõ- *principe.*
giſsime abeſſe debet ſtultitia,
ne ab illis in cæteros diffunda-
tur, & tota reſpublica moribus
corrupta pereat. Infęlix regnũ
cuius rex ſtultus eſt, puer ſenſi-
bus eſt, & cuius principes vo-
luptati indulgent. Infęlix reg-
num cuius rex ſeruili eſt ani-
mo, neq. damna regiæ inſipien
tiæ, regijq. dedecoris magna-
tum prudentia ac vigilantia
reſarciri poſſunt; contra vero
fęlix terra illa in qua rex dig-
nus eſt imperio ob natalium
& animi nobilitatem præſtan-
tiamque, & in qua principes
bonum regem imitantur, illiq.
placere ſtudẽt ſobrietate æqui
tate, concordia. Oportet regẽ
eſſe prudentiſsimum, iuſtiſsi-
mumq. qui inferiorum mini-
ſtrorum obliquitates dirigere,
prauitates corrigere, delictaq.
emendare poſsit; oportet etiã
eſſe omnibus venerabilem, vt
eius

eius imperata libenter exequā tur, nam qui non ſponte obtē perant facile à recto deuiant. Rex reipublicæ caput eſt, ad ipſum ſpectat leges condere, iuſtitia pacem publicam conſeruare, hæc in puero ſine miraculo reperiri non poſſunt: nomine autem pueri intelligere debemus ætate minorem, vel moribus puerilibus imbutum, vel ſeruum ſiue miniſtrū. Ætas puerilis caret experientia, quæ prudentię neceſſaria eſt: mores pueriles manifeſtum indicium ſunt imprudentiæ & ſtultitiæ, eſſe autem puerum miniſterio & ſeruitute obeſt venerationi, quæ regibus debetur. His modis in præſenti ſumitur Nahhar, id eſt puer. Falluntur qui hoc nomen accommodant his, qui è parētum cura excuſſi ſunt, quia verbum Nahhar ſignificat, excutere; nam Exod. 2. n.6. Moyſes quadrimeſtris vocatur hoc nomine, cernens, inquit, in ea paruulū (H. Nahhar) vagientem. Quod autem ſignificet etiam homines grandioris ætatis præſertim, qui ſunt ſub alicuius poteſtate multis conſtat exemplis, Gen. 18. n. 7. Puer vocatur ſeruus Abrahę qui vitulum ducere potuit domū, & coxit illū. c. 21. n. 12. &c. Iſmael vocatur puer, qui quatuordecim erat annorum quādo natus eſt Iſaac, & hic vocatur puer quando ludebat cum Iſaac, iam enim Iſaac creuerat. Gen. 17. n. 25. Confer hunc locum cū c. 21. Gē. 37. n. 2. Ioſeph ſedecim annorum vocatur hoc nomine. Maioris ætatis fuiſſe videtur Iſaac quando ad ſacrificium ductus eſt Gen. 22. n. 5. Hoc nomine nuncupatur, qui ligna holocauſti ſuper humeros portauit, montana conſcendens. Gē. 41. n. 12. Ioſeph puer vocatur à pincernarum magiſtro, qui fuit in carcere cū Ioſeph quando ipſe erat 28. annorū, nā poſt duos annos, hoc eſt, ætatis Ioſeph 30. adductus eſt ad Pharaonē, vt dicitur, n. 46. Sūt multa alia his ſimilia. Chriſtus Ioā. 21. n. 5. diſcipulos ſuos vocat pueros, & ibi Petrus erat cū alijs. Vulgatus vertit aliquādo paruulus vt Deut. 28. n. 50. 2 Reg 12. nu. 16 &c. Significat etiam paruulum ſenſibus ſiue iudicio, etiam ſi ſit grandioris ætatis. Roboam cum regnare cæpiſſet erat annorum quadraginta & vnius vt dicitur 2. Paral. c. 12. n. 13. & tamen c. 13. n 7 vocatur Nahhar, porro inquit, Roboam erat rudis (H. puer) Iſa. 65 n. 20. puer centum annorum morietur. Iſai. 3. n. 4. dabo pueros principes eorū. Si talis eſt rex non eſt dubium infęlix eſſe regnū ſub tali rege, ſi ętate puer eſt regere nō poteſt, ſi autem miniſtros habeat voluptati ſeruientes, & minime ſobrietatis & temperātiæ ſtudioſos,

Puer.

Nahhar.

neceſſe eſt imprudentes eſſe & ad regendã rempublicam ineptos, vnde manifeſta populi ruina conſequetur. Minus detrimentũ eſt ſi puer dicatur ſeruus, nã licet terra turbetur per ſeruũ cum regnauerit, vt dicitur Prou. 30. tamen alijs virtutibus vt prudentia, fortitudine, iuſtitiaq. recompenſari poteſt quod deeſt nobilitati. Amaſis ex ignobili familia ad Ægypti Regnũ ſublimatus eſt. Hic prudentiſsime excogitauit qua ratione perſuaderet ciuibus vt ipſum eodem honore ac veneratione proſequerẽtur, quã alijs regibus deferre ſoliti erant. Ex vaſis aureis dicatis rebus viliſsimis ac fœdiſſimis ſtatuam conflari fecit, quam adorandam populo exhibuit, tunc illum ſic allocutus eſt. Hanc ſtatuam, quam nunc adoratis ex auro confecta eſt quod cũ aliam haberet formam vili erat deputatum ſeruitio, neque illud quiſquam honore dignum iudicauit, nũc vero quia aliam formã ſortitum eſt, nemo eius venerationem recuſat, ſic vos decet Regem veſtrum digno ac debito honore complecti, nec meminiſſe debetis vnde huc aſcenderit, ſed Regis virtutes, quibus regnum obtinere meruit, & regiam dignitatem conſiderantes veſtro officio deeſſe iniquum exiſtimate. Multi ex infima conditione ad ampliſsimam dignitatem euecti ſunt. Tullus Seruius patre ſeruo natus Romanorum Rex fuit, de quo ſic ſcripſit Valerius Maximus. Ad ſummam autem vnde proceſſerit, aut quo peruenerit, ſtatuæ ipſius titulus abunde teſtatur, ſeruili cognomine, & regia appellatione perplexus. Omitto plura hic referre huius rei exempla quoniam paſſim occurrunt ab ijs prodita qui locos communes tractant. Vnicum ac domeſticum referamus exemplum Saulis, qui ad quærendas aſinas à patre miſſus, cum eſſet de infimæ tribus Benjamin familia, Dei nutu in Regem electus eſt, cumq. in medio populi conſiſteret ab humero ſurſum altior erat omni populo; qua re nos docere voluit Deus Regnum non deberi alicui ratione nobilitatis hæreditariæ, ſed ob illam quã virtute adeptus eſt: & quod in corpore Saulis tunc apparuit, Regum animis ineſſe debere indicauit, quos oportet eſſe toto capite ciuibus altiores (hoc eſt) debẽt iudicio, & ſapientia omnibus præſtare, quia capita ſunt reipublicæ. Temperantia omnem virum bonum decet, imo ſine illa nemo vir bonus eſſe poteſt, ſed principib' viris maximẽ neceſſaria eſt, ne deturpent nobilitatem ſuam; ſed ſint minoribus exemplo, & vene-

Prou. 30.22.

Fortuna mutatio.

Lib. 3. c. 4.

1. Reg. 9.

Temperantia.

venerationi. Si autem reſeriãs ex officio agere debent, multo magis exquiſitæ ſobrietati ſtudere oportebit. Prou. 31. v. 4. noli regibus ô Lamuel noli regibus dare vinum. Leuit. 10. num. 9. vinum & omne quod inebriare poteſt nõ bibetis tu & filij tui quãdo intratis in tabernaculum teſtimonij ne moriamini, quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras: & vt habeatis ſciẽtiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum, inter pollutum & mundum, doceatiſq. filios Iſrael omnia legitima mea. Polybius Antiochum Epiphanem vocabat Epimanem quia præter decorum dignitatemq. regiam cum plebeis voluptatibus indulgebat, Epiphanes, id eſt, illuſtris, Epimanes, id eſt. Inſanus. Antigonus Macedonum Rex cum videret milites thorace & galea indutos ludere ſphæra, iuſsit accerſiri eorũ duces, vt coram illis milites laudaret: renunciatum eſt regi duces tunc vacare poculis, quã ob rem duces in militum ordinem redegit & ducum præfecturas militibus tradidit. Indignum iudicauit vt militari honore gauderent, qui in tempeſtiue indulgebant gulæ. Mane comedere eſt primã curã in ſaginando corpore ponere, & ſe ineptũ reddere ad ſeria negotia. Rex nobilis, H. filius Che-

Prou. 31.

Leuit. 10.

Chorym.

rym, id eſt nobilium, optimatum. Optimares. 3. Reg. ca. 21. num. 8. num. 11. Nehem. cap. 2. num. 16. cap. 4. num. 14. 19. cap. 5. num. 7. cap. 6. num. 17. cap. 7. num. 5. cap. 13. num. 17. Ierem. 27. nu. 20. Nobiles hic, & Ierem. 39. num. 6. Iſa. 34. nu. 12. Neque prætermittenda huius nominis cognatio cum verbo Chauar, id eſt, erubeſco. Iſa. 29. num. 22. Chiuar, id eſt, candidum Dan. 7. num. 9. Chur. Eſth. 1. num. 6. ſignificat tentorium aerij coloris, alij candidum vertunt. cap. 8. num. 15. aerei, ſcilicet, coloris, alij candoris. Chory, id eſt, farina. Gẽ. 40 num. 16. dicuntur optimates & nobiles Chorym à candore, ſplendore, & à rubore, quia candidos moribus eſſe oportet, & ad omnem culpam verecũdos, cuius conſpectum infimates reuereantur, erubeſcantque quidquam aut facere, aut dicere indignum. Non eſt dubium nobilitatem natalium ad virtutem ſtimulare, & plerumq. decentius educari nobiles quam ignobiles, ſed ſi degenerent à maiorum virtute inſignem incurrunt infamiam. Eleganter Lyricus ait, Lib. 4. Ode. 4.

Fortes creantur fortibus, & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellum feroces.
Progenerant aquilæ columbam.

Candor.

Nobilitas.

Doctri-

Doctrina ſed vim promouet inſi-
tam
Rectique cultus pectora robo-
rant.
Vt cumq. defecere mores,
Dedecorant bene nata culpæ.

Quamuis in brutis maior repe riatur ſimilitudo inter patres, & natos, quia omne quod in illis eſt corporale eſt, tamen etiã educatio plurimum habet momenti. In homine virtus ſpiritualis eſt, quamquam in corpore quædam proportiones repe riuntur virtuti cõſentaneæ aut diſſentaneæ ob diuerſam temperiẽ ipſius corporis, qua propter opus eſt diligenti diſciplina ne concupiſcentiæ ſtimuli prorumpant, & ſine doctrina,
Pſal. 48.13. corporiſq. caſtigatione homo comparetur iumentis inſipien tibus, ſed ſciat vas ſuum ſeruare in ſanctificatione & honore. Tritum eſt illud quod Lycurgus excogitauit: Duos catulos gemellos educari fecit, alterum domi in coquina, alterum in agro venationi aſſuefecit, iam adultos in forum duxit, populoq. ad concionẽ vocato
Conſuetudo. vtiliſsimum exhibuit ſpectaculũ. Obiecit catulis carnis fruſtũ ac lepuſculũ, alter ad carnẽ,
Inſtitutio. alter ad lepuſculũ properauit: tunc conſilij ſui rationẽ aperuit, oſtẽditq. nihil referre quibus parentibus quiſq. natus ſit niſi recta adſit inſtitutio: conſuetudinemq. eſſe alteram naturã. Hac arte populum ad honeſtos labores, ad motum probitatem ſtudio parandam adhortatus eſt. In brutis habere ſolet magnã vim parentũ præſtantia, ſed neceſſaria etiam eſt conſentanea educatio & aſſuefactio. Si ex generoſo equo naſcitur pullus debilis, degener, ineptuſq. nullius eſt pretij, nihil illi cõfert parentum vigor aut præſtantia: idem in vitulo, & in alijs animalibus vſu venit: Hominis nobilitas & præſtantia ex animo pendet, non eſt ſic metienda, ſicut bruti animalis vis. Si parẽtes ſic generarent hominẽ ſicut à brutis generatur brutum, fortaſsis fuiſſet pręclarum optimos habuiſſe progenitores, ſed hominis animus à Deo creatur, quare omnes eandem habent originalem nobilitatem, illamq. pięſtãtiſsimam, quoniã homo ad imaginem & ſimilitudinem factus eſt. Quid ergo eſt quod Eccleſ. beatam dicit terram cuius rex nobilis eſt? reſpõdeo, quia neceſſe eſt regem eſſe omnibus venerabilem, vt ſupra dicebam, & iam vulgus hominum hanc concepit opinionem, à qua vix diuelli poſſunt etiam, qui egregia ſunt eruditione præditi, vt illos pluris faciant, qui nobilibus orti ſunt parentibus. Præterea filij nobilium ſolent diligentius iuſtitui, & honeſtioribus ſtudijs incumbere,

bere, quos maiorum virtus ac præſtantia ad bene agendum incitat, & ab inhoneſtis actionibus retrahit, & cum omnes laudis amore ducantur, amor iſte in nobilibus maiores ſtimulos virtutis generat, & altiores radices agit, ſtudentque maiorum virtutem imitari, ne indigni exiſtimentur nobilitate maiorum ſuorum, & infamiæ timor illos ſæpe in officio continet. Si autem, his omnibus abruptis, vitijs ſe tradant antiqua nobilitas grandem illis parit infamię notam. Qu m admodum religioſus ſi ab obſeruantia regulari deflexerit multo deterior fit homine plebeio atque vitijs infami. Omnes ex vno Noe originem ducimus: Iudæi ex Abrahamo & Iacobo, qui reuera tum ob parētum nobilitatem, tū etiā ob electionem, qua facti ſunt Dei peculium nobilitatis primas obtinere deberent, ſed nihil eſt hodie in orbe terrarum abiectius viliuſque gente Iudaica, non ſolum apud Chriſtianos ſed apud omnes nationes, neque illis ignobilitatem affert perfidia, nam Mahometani, & hæretici perfidi ſunt, ſed quia non ſtudent rebus, quibus ciuilis nobilitas comparatur. Multi hodie ſunt nobiles, qui nihil habent nobile niſi vanam maiorum iactantiam: multos copia diuitiarum nobilitauit, alios principum gratia, alios improbitas. Gotthi, Vandali, Longobardi, & ſimiles gentes barbaræ crudeleſque primam nobilitatis originē ex latrocinijs, violentijſque habere cæperunt. In Hiſpania gens eſt quædam latrocinijs & homicidijs nota apud alias gentes, & ſunt multi, qui his maleficijs gloriātur, qui niſi nobiliū quorūdā patrocinio ſe tuerētur iam diu extincti fuiſſent. Si rex eſt Nobilis vt eſſe debet omni ſtudio in hoc incumbere deberet, vt nullus nobilitatis priuilegio gauderet, qui prędones aut homicidas foueret, aut apud ſe manere permitteret, ſed iam faſtidio ſus & importunus videor, qua re finem imponam ſi pauca quædam ſcitu digna referam ex Iuuenalis Satyra 8.

1. Petri. 2. 9.

Stemmata quid proſunt? quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri, pictoſq. oſtendere vultus
Maiorum? &c. Nobilitas.
Si coram Lepidis male viuitur? effigies quo
Tot bellatorum, ſi luditur alea, per nox? &c.
Tota licet veteres exornent vndiq. cera
Atria, nobilitas ſola eſt atq. vnica virtus.

Item,

Planec tumes alto Druſorum ſanguine, tamquam

Feceris

Feceris ipſe aliquid propter quod nobilis eſſes.
Item,
Dic mihi Teucrorum proles, animalia muta
Quis generoſa putet niſi fortia? nempe volucrem.
Sic laudamus equum &c.
Item,
Miſerum eſt aliena incumbere famæ.
Degeneres vitijſq. corruptos maiorum gloria ac virtus accuſat, de quibus ſic ait,
Incipit ipſorum contra te ſtare parentum
Nobilitas, claramq. facem præferre pudendis.
Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur.

Habeat ſuum locum ciuilis nobilitas apud ſæculares, certe apud eccleſiaſticos, maxime apud religioſos ſola chriſtiana dignum deberet habere locũ magnumq. momentum, quandoquidem mundi contemptũ profitemur. Proh dolor non raro videas quoſdam, qui famem laborem, ſqualloremque fugiẽtes clauſtra ſunt ingreſsi & tõſore, mulione, ſutore, aut lanione nati, mutatis nominibus falſam maiorum nobilitatem iuctant, & ij ambitione maiori exardeſcunt.

Ad reficiendũ. H. Bigburah, id eſt, infortitudine vel, propter robur. Geburah, id eſt, Robur, potentia, virtus, fortitudo &c. à Gabar, id eſt, praualeo, conforto, roboro &c. de quo dixi Iob. 3. v. 3. Ad luxuriã. H. in, vel, propter potationem Sethy, id eſt, potatio, à Sathah, id eſt Bibo. Geneſ. 9. num 21. Exod. 32. num 6. Ruth 2. nu. 9. &c. Poto Gen. 26. num. 30. poſt cibum & potum. H. comederunt & biberunt. Ruth. 3. num. 3. H. vſque finire cum comedere & bibere. Pſal. 49. v. 13. Iſa. 51. nu. 17. inde Miſtheh, id eſt, conuiuium, à compotando ſic dictum. *Sathah.*

v. 18. L. *In pigritijs humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perſtillabit domus.*

TACITA ſimilitudine docet ruinam reipublicæ ex principum regiſque culpa naſci: quoniam ſi domus magnis impendijs ædificata, niſi diligentia conſeruetur inſtauretur, reficiatur, paulatim decidit. Argumẽtum eſt à minori, ſola pigritia & manuum remiſsio ſufficit, vt trabes tecti inclinentur, & tandem frangantur & ruant, quoniam non eſt prohibitum ſtillicidium: ſi copioſa aqua influat maius detrimẽtũ patietur domus. Rũpitur tegula, aut ventis loco mouetur, intrant pluuię guttę, made fit contignatio, putrefit, diſſo-

Digitized by Google

diſſoluitur,perit.Sic negligentia regis & procerum omnis reipublicæ ſtructura diſsipatur. Quid ſi mane comedant? quid ſi negligentiam coercendi ſceleratos comitetur luxus voluptas,ebrietas, ſcandalum?

Pigritia. Hbatſalthaym, id eſt, pigritiæ. Maſſoretæ affixerunt puncta numeri dualis, vt ſignificarent duas pigritias, aliqui ad duas manus vel duos pedes referunt, quaſi ſignificare velit vtramque manum eſſe infirmã & pigram: ſed videtur obſtare quod ſequitur, ſcilicet in infirmitate manuum: vbi Iadym, id eſt manus, eſt numeri pluralis. Melius hæ pigritię ad animum & corpus referẽtur, vel potius ad pigritiam principum& ſub ditorum: nam ſicut mare ſequitur aëris motum ſic vulgus plerumque ſequi ſolet principum mores & ſtudia. Pernicioſa eſt diligentia, quæ inducit rerum vtilium & honeſtarum negligentiam. Diligẽtes ſunt qui mane conſurgunt ad comedendum, iſtam maturitatem ſequitur tarditas & obliuio honeſti, & officij debiti. Cum diem feſtum celebrarent Thebani Epaminondas eorum princeps prodijt ſquallidus ac cogitabundus: amico miranti, & cauſam huius rei quærenti reſpondit. Vt vobis omnibus ebrios ac ſocordes eſſe liceat. Inſignis prudentię vir exiſtimabat tum maxime decere principes ſobrios eſſe cum populares indulgent genio, tunc maxime vigilandum cum vulgus deſidioſum eſt. Suadebat Adrianus cęſar præfecto, cui nomen erat Turbo, vt ſibi vacationem daret à negotijs, & valitudini ſuę conſuleret: Non decet (reſpondit) Cæſaris præfectos niſi ſtantes mori. Veſpaſianum idẽ reſpondiſſe amicis hortantibus, vt ſibi parceret, nam decumbens lecto legationes audiebat, Imperatorem, inquit, ſtantem mori oportet. Quamuis hæc ſententia eo tendere videatur, vt negligentiam & ſocordiam præſulum depellat, illoſque à commeſſationibus, & ebrietatibus retrahat, & ad officioſam diligentiam inducat, tamen generalis eſt, & docet nos ſtrenuitatem ne mala incurramus, quæ naſci ſolent ex pigritia & manuum remiſsione. Prou. 13. nu. 4 vult & non vult piger, anima autem operantium impinguabitur. Piger vult delicijs affluere ſed non vult laborare: vult coronari, non vult certare: vult præmiũ ſine merito: vult regnare cum Chriſto, & non vult pati nec laborare cum Chriſto & propter Chriſtum: ſed qui compatitur con glorificabitur: & qui non laborat non manducet. Pinguedo animę eſt fructus diligentiæ & laboris: piger dum ctium

Principis vigilantia. (margin, beside "ſtum celebrarent Thebani")

Prou. 13. (margin)

2. Teſſal. 3. 10. (margin)

otiũ ſectatur pinguiſcere vult corpore, ſed deſidia membrorũ torporem patit. Dauid nuſquã inertis otij ſectator animę pinguedinẽ optat, ſicut adipe
Pſ. 62. v. 6. & pinguedine, inquit, repleatur anima mea. Hac pinguedine nutritur charitas, quę hominẽ reddit expeditum ad omne
Cant. 2 v. 5. opus bonũ. Sponſa amore languebat, ſed negligens non erat nam circuibat quęrens dilectũ
Pſal. 118. v. 32. ſuum. Dauid viam mandatorum Dei currebat quia ignis charitatis eius cor dilatauerat.
Prou. 6. Prou. 6. v. 6. mittitur piger ad formicam vt eius prouidentiã imitetur &c. v. 10. paululum dormies paululum dormitabis: paululum conſeres manus, vt dormias: & veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus: ſi vero impiger fueris veniet vt fons meſſis tua, & egeſtas longe fugiet
Prou. 19. à te. Prou. 19. v. 15. Pigredo immittit ſoporem, & anima diſſo
Cap. 10. luta eſuriet. Prou. 10. v. 4. egeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem fortium diuitias parat. H. Remijah, id eſt remiſſa, diſſoluta, fraudulenta &c. vt indicaui. c. 9. v. 10. vide ibi. Vide etiam Prou. 20. v. 4. cap. 21. nu. 25. c. 24. nu. 30. Vbi per maceriam pigri deſtructã ſignificatur, ſicut in præſenti per contignationis depreſsionem, & humiliationem. Tãdẽ
Prou. 31. Prou. 31. v. 27. de muliere forti dicitur panẽ otioſa nõ comedit. H panẽ pigritiæ non comedet. Macac. i. humilio hic, & *Macac.*
Iob. 24. n. 24. Pſ. 105. v. 43. Attenuari, paupertate cõpelli. Leuit. 25. n. 25. 35. 39. Siphluth. i. infirmitas, proprie humiliatio, depreſsio.

Ad riſum facientes panẽ, & vinũ lætificabit viuos, & argẽto reſpõdebit omne (vel, argẽtum humiliabit omnia.) v. 19. H.

In riſum faciunt panẽ & vinum, vt epulentur viuẽtes, & pecuniæ obediunt omnia. Lat.

PErſequitur eandẽ contra luxurioſos principes repræhenſionem, qui quę ſũt quę ſua ſunt, & aliena ſibi vẽdicare volũt: vt viuant ſuaui⁹ & liberius volunt opulentiſsimi fieri, vt omnibus dominentur, diuitiæ enim & voluptates faciunt vitam iucundam, honorificã, venerabilem, potentemque. Non comedunt vt reficiantur, ſed vt luxuriẽtur. Vir bonus comedit vt viuat, viuit vt Deo ſeruiat, vt proximis proſit: impius viuit vt comedat, comedit vt delectetur, vt robuſtior ſit ad libidines, ad violentias, & flagitia. Hi ſic comedunt quaſi breui morituri, neque futurorum ſpem habent. Hi ſunt qui dicunt comedamus & bibamus cras enim moriemur: de quo Prou. 24. 10
iã ſupra dictũ eſt: & de diuitijs aua-

auaritiaq. non ſemel,ſed tamẽ aliquid hic addendum.

Facere panem & vinum in riſu,eſt omne alimentum, & omnem voluptatis & lætitiæ materiã quęrere,nomine enim vini,vt dictum eſt c.2.v.3. omne quod iucundum lætumque eſt intelligitur. D. Hieronymus hanc ſentẽtiam accõmodat prauis doctoribus, & iniquis pręlatis,quorũ curę & mi-

Paſtor. Præſul. Doctor. Concionator.

niſterio incũbit paſcere gregẽ ſalutari doctrina,& panem vitæ & intellectus illis præbere. Sed faciũt panem in riſu, quia docent vt delectent, loquũtur placentia:ea, inquit, docent, quæ populum audire delectet, quod peccatores palpent in vitio, & ſtrepitus concitent audientium. Nonne quando in eccleſia laſciuit orator, & beatitudinem, & regna cælorum multitudini pollicetur videtur tibi in riſu facere panẽ, & vinũ ad lætitiã miſcere viuẽtiũ? ſiue quod ipſi qui docẽt, diuitias,& cibos, & opes per delectabilia promiſſa cõquirãt, ſiue quod Eccleſiæ panẽ,qui lugentiũ eſt,& nõ ridentium (beati quippe lugẽtes quoniã ipſi ridebũt)in lętitia gaudioq.conficiãt.Hæc ille. Malũ hoc hodie paſsim graſſatur,quia imperiti aut ambitioſi nõ pauci fiũt cõcionatores: iſti ambitioni ſeruiũt,illi memorię comẽdãt cõciones alienas & illa dicũt,quę ab alijs acceperũt. Qui autem ſcribũt raro vitia carpũt illa acrimonia,quã deſiderat morbi magnitudo,omnes iſti fere nõ tã prodeſſe auditoribus,quam oſtentare fictam eruditionem moliuntur. Paruuli petierunt panem & non erat qui frangeret ei, quia dedignantur concionatores paruulis attemperare ſermonem: nouas dicen- *Thren.4.* di formas,nouos flores exquirunt, ſolidam ſapiẽtiam non proferunt, qui non ſunt docti ſcribæ in regno cælorum, vt proferant de theſauro ſuo noua & vetera. *Matth.13.* Audi quid Dominus dicat illis qui in riſu faciunt panem &c. Ezech. 34. v. 2. Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos: non ne *Ezech.34.* greges à paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis &c. Sic humiliatur contignatio eccleſiæ, & cuiuſuis reipublicæ,& perſtillat domus nõ ſolũ in humilitate manus,ſed in duritia, & rapacitate & auaritia.

Luxus. Delitiæ. Auaritia.

Iſa.56.v.11. de talibus dicitur: Canes impudẽtiſsimi neſcierunt ſaturitatẽ, ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiã, omnes in viã ſuã declinauerunt,vnuſquiſque ad auaritiã ſuã. *Iſa.56.* En videmus lucri cupiditatẽ,pecuniarũ appetentiam: non more ſordidorũ auarorum cõgerunt diuitias: nõ liberalitate illis in honeſtas es

vſum.

vtuntur, aut erogant pauperibus:ſed luxurioſe conſumunt, faciuntq. materiam vitiorum. Vndeſequitur, venite, inquiũt, ſumamus vinũ, & impleamur ebrietate, & erit ſicut hodie ſic & cras & multo amplius. Hi ſunt de quibus dicitur Amos.
Amos 6. 6. num. 4. qui dormitis in lectis eburneis & laſciuitis in ſtratis veſtris, qui comeditis agnum de grege & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem pſalterij, ſicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici: bibentes vinum in phialis & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph, &c. ſunt huiuſmodi Principes, Sacerdotes, prælati, ſpeculatores diligentes ac prompti ad auaritiam & delicias, tardi & pigri, manibuſque humiles & infirmi ad reparãda damna minorum, ad ſarciendum tectum domus ne humilietur cõtignatio, ne perſtillet domus ne ſenſim vitia influant & corrumpant rempublicam. Audiamus etiam Mi-
Mich. 3. chæam cap. 3. num. 11. Principes inquit eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, &c. recole hic illud ex Poeta, quod alias à me allatum eſt,

Quærere vt abſumant abſumpta requirere certant,
Atque ipſa vitijs ſunt alimenta vices.

Hi enim auari ſimul etiam ambitioſi & luxurioſi ſunt. Sed omnium malorum materia eſt pecunia cui omnia obediunt, *Pecunia.* quæ omnia humiliat cui omnia reſpondent, quæ viciſsim reſpondet omnibus, concinit cum omnibus. Hhanah, id eſt, *Hhanah.* reſpondeo, hæc eſt communis verbi ſignificatio Gen. 18. nu. 27. cap. 20. num. 11. cap. 23. 10. 14. &c. Item exaudire Geneſ. 35. num. 3. 1. Reg. 7. num. 9. cap. 8. num. 18. cap. 28. num. 15. Pſalm. 3. v. 5. Pſalm. 4 v. 2. Pſalm. 12. v. 4. &c. Exaudire dicitur qui concedit poſtulata, qui votis rogantis annuit, & quia cantantes ſibi inuicem reſponſant, etiam ſignificat cantare, canere Exod. 32. num. 18. 1 Reg. 21. num. 11. cap 29. num. 5. Ierem. cap. 51. num. 14. Oſeæ. 2. num. 15. Iſa. 27 num. 2. Concino. Num. 21. num. 17. 1. Eſdræ. 3. num. 11. Ierem. 25. num. 30. Contradico. 1. Reg. 14. num 39. Iob. 16. num. 9. Accuſo. Deuter. 19. num. 16. Affligo Geneſ. 15. num. 13. cap. 16. num. 6. cap. 31. num. 50. Exod. 1. num. 11. &c. Opprimo. Gen. 34. num. 2. Exod. 1. num. 10. 12. 2. Reg. 13. num. 12. 14. 32. Humilio. Gen. 16. num. 9. Deut. 21. num. 14. cap. 22. numer. 24. Ruth. 1. numer. 21. Pſalm. 54. num. 20. Pſalm. 89. v.

89.v.15. Pſ.104.v.18.Pſ.106. v.17.Pſ.115.v.10. Pſ.118.v.67. 71.75. 107.&c. Occupo. Eccleſ.1.nu.13.c.5.n 19. Diſtendo. c.3.num.10.Vexo. Pſal.93.v.5. Vaſto Num.24.n.24.Obedio. hic,& Prou.15.n.28.Significationes iſtæ præſenti loco conueniunt,ſed prius iuxta vulgatum explicandus eſt, qui optime vertit per verbum obedio, quia ſicut audire dicitur qui obedit, & verbũ Samahh ſignificat audire,exaudire, obedire; ita Hhanah ſignificat reſpondere,exaudire,obedire,ſer uus obediens ſtatim audit & reſpondet.

Quam late pateat pecuniæ imperium vtinã dubitari poſſet, eſſetq. opus exquiſitis argumentis; ſed experimenta cõmunia ſufficiant. Recondidit occultauitq. natura huiuſmodi metalla,quæ in pretio habẽtur,ſed itum eſt in viſcera terræ,effodiuntur opes irritamenta malorum. Neſcio, quæ eſt iſta ſympathia argenti & auri cum humano corde, vt ab extremo terræ magna auiditate & celeritate homines currant ad aliud extremum ad quærẽdas opes. (Ouidius.) (Horat. epiſto. 1.)

Impiger extremos currit mercator ad Indos.

Per mare pauperiem fugiens per ſaxa per ignes.

Pecunia imbelles fortiſsimos reddit, viliſsimos nobilitate donat,tantũ eſſe poteſt argẽti põdus & auri, vt regnum ſceptrũq. tenere poſsis. Paſsim videmus homines formidoloſos ſpe lucri lõgã atq. difficilẽ aggredi nauigationẽ.Fortaſſis olim curioſitate aut neceſsitate homines ſe pelago cõmiſerũt: nunc ſola auri argentiq. cupiditas nos in diſcrimina magna conijcit,& duros cogit tolerare labores. Audi Lyricum. (L.1. ode. 3.)

Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus &c.

Item, *Quẽ mortis timuit gradũ,*
Qui ſiccis oculis mõſtra natãtia,
Qui vidit mare turgidum,& infameis,
Scopulos Acroceraunia?
Nequicquam Deus abſcidit
Prudens Oceano diſſociabili.
Terra ſi tamen impiæ,
Non tãgẽda rates trãſiliũt vada.

Iſte audaciã ac ferociã miratur nauigantiũ,qui cũ marinis mõſtris, cum ventis inſanis, cum fluctibus impetuoſis pugnare audent, quorum magna pars foliorum ſonitũ noctu timet, & ad motæ trepidabit arundinis vmbram. Audi nunc vnde tanta naſcatur audacia. (Iuuenalis ſatyr. 14.)

Aſpice portus & plenum magnis trabibus mare:
Plus hominum eſt iam in pelago,
Veniet claſsis quocumque vocarit

Digitized by Google

Spes lucri &c.
Item, *Grande opera pretium eſt, vt tenſo folle reuerti*
Inde domum poſsis, tumidaq. ſuperbus aluta.
Oceani monſtra, & iuuenes vidiſſe marinos.
Satyr. 12. Item, Satyr. 12.
I nunc & ventis animam committe, dolato
Confiſus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut ſeptem, ſi ſit derſiſſima tæda.

Non quærenda horum nobis exempla malorum apud extraneos, plurima habemus domeſtica, quæ violentum pecuniæ imperium ſatis declarant, vt cogamur approbare dictũ Euripidis, quod maxima ex parte veriſsimum eſt, vt nemo, inquit, quiſquam liber eſt mortalium, aut fortuna ſeruum reddit, aut pecunia. Contemplare gentes omnes, nullam reperies ab hac ſeruitute liberam, ſed noſtri Hiſpani immenſa maria traijcere, ingentia diſcrimina ſubire, magna etiam ſcelera perpetrare reperies: quietas gẽtes ſolicitant, multis extremũ attulere exitium, quia pecunias non reddebant, quas non habebant, aut in eruendis è terræ viſceribus ſic fatigabant, vt animam exhalare cogerent. Præclare cum inopi gente feciſſe videbatur natura, quæ ob telluris inopiam libera videbatur à pecuniæ ſeruitute, ſed hi, qui pecuniæ ſunt ſerui miſeros imbelleſque populos in auri & argenti fodinis ſeruire compellunt, ac prætextu docendę fidei chriſtianæ, liberos in ſeruitutem redigebant, cui malo niſi magna ex parte ſubueniſſet catholicorum Regum diligentia, plurimę gẽtes iam diu ad internecionem vſque deletæ fuiſſent. Vos ego hoc aduoco fidei propagatores, qui apoſtolicum munus profitemini, cur ad illas gentes non intratis vbi nihil eſt auri, argenti aut rerum pretioſarum? Vtinam interdiceretur omnibus concionatoribus verbi Dei, qui ad infideles pergũt vt illos fidem catholicam doceant, ne poſſent inde deducere vllas pecunias, aut in alias regiones tranſmittere, ne ſe auaritia contaminent, aut vt infamiam auaritiæ à ſe depellant. Sic viri apoſtolici ab hypocritis diſcernerentur: & Euangelica doctrina ſincere anunciaretur: cauendum eſt enim ne quod Michæas cap. 3 num. 11. Mich. 3.
ſupra citato, in legalibus ſacerdotibus vituperat, in Euangelicos præcones merito retorqueri poſsit. Nefas eſt ſub religionis ſpecie auaritiam colere. Poſt lucem euangelicam mundo illatam dæmonum oracula ſiluerunt, idololatria è noſtris finibus exterminata

eſt;

eſt: & ne Auaritia, quæ, teſte Paulo, eſt idolorum ſeruitus inficeret pectora ſacrorum mi niſtrorum, Chriſtus pauperes elegit, & diſcipulos ſuos paupertatem docuit, & ſequi am plectique præcepit. Nouerat D. præceptor quanta eſſet pecuniæ tyrannis, quot mala ſequerentur ex diuitiarum cupiditate. Eleganter dixit Poeta,

Satyr. 1. *Quid non mortalia pectora cogis*
Auri ſacra fames?

Sacram vocauit famem, quia auari illam quaſi rem ſacram retinent fouentque, quamob rem Horatius cum auaro loquens ait:

Congeſtis vndiq. ſaxis,
Indormis inhians: & tamquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tamquam gaudere tabellis.

Diuitiarum potentiam multis indicat idem auctor, & nos ali

L. 3 ode 16. bi etiam indicauimus illud lib. 3. ode 16.

Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere amat ſaxa, potentius
Ictu fulmineo &c.

Philippus Macedonum Rex nullam arcem iudicabat inexpugnabilem, ad quam aſellus auro onuſtus poſſet aſcendere. Non eſt prætermittendus Timocreon Lyricus qui de diuitijs ſic loquitur, vtinam ô cæce Pluto, nec in terra, nec in mari, neque in continenti compareres, ſed Tartarum habitares & Acherontem. Propter te enim omnia inter homines mala. Aduerte diuitias Græce vocari Plutos, & infernorum Deum à Poëtis fictum vocabant Plutonem, Plutum etiam Deum fingebant cæcũ, & intra viſcera terræ regnantem; ſed hic Poëta conqueritur Plutum iam omnia inuaſiſſe lateq. inter homines dominari. Dignus videtur Sophocles commemoratione noſtra, qui ſic ait. Nullũ enim hominibus quale argentum malum numiſma pullulauit: hoc & ciuitates depopulatur, hoc viros expellit domo. Hoc edocet, & immutat mentes bonas ad turpia negotia ſurgere mortalium: Malitiamque oſtendit hominibus habere, & cuiuſuis facinoris impietatem ſcire. Non grauor Poëtarum gẽtilium ſentẽtias referre ob elegantiam & ſententiarum grauitatẽ, & quia memoriæ ſuauius ſe inſinuant, hærentque tenacius. Quamobrem addam etiam iam dictis Iuuenalem, qui deplorat mala inuecta populo Romano, qui de multis triũphauit gẽtibus, quarũ opibus onuſtus in patriã reuerſus illã vitijs opulẽtã fecit, ſic ait: Satyr. 6.

Nunc patimur longæ pacis mala, ſæuior armis

Luxuria incubuit, victumq. vlciſcitur orbem:
Nullum crimen ab eſt facinuſque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit, &c.
Prima peregrinos obſcana pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt ſecula luxu
Diuitiæ molles &c.
Item Satyra 1.
Vincant diuitiæ, ſacro nec cedat honori
Nuper in hanc vrbem pedibus, qui venerat albis.
Quandoquidem inter nos ſanctiſſima diuitiarum
Maieſtas: etſi funeſta pecunia templis
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras, &c.
Mirum ſane quod homines tot Deorum finxerint ſimulacra, tot templa ædificauerint, & pecuniæ quam ſumma veneratione proſequuntur, nullã dicauerint aram: fortaſsis quia omnes illi pectus ſuum conſecrauerant, neque opus erat ſimulacro, cuius conſpectu huius numinis, hoc eſt, Nummi recordarentur. Plura prætermitto ne faſtidio ſim lectori, illud aduertat gentiles infernorum Deum ex diuitijs vocaſſe Plutum, quia plurimos ad inferos præcipitent, ſitque facilius camelum intrare per foramen acus, quã diuitem in regnum cælorum. Matth. 19.

Ceçeph.i. argentum, pecunia, pretium, ſic vertere ſolet vulgatus à verbo Caçaph.i. cupio, concupiſco, deſidero: quia magna eſt diuitiarum cupido. *Ceçeph.*

Alias ſignificationes verbi Hhanah facile erit præſenti loco accommodare. Pecuniæ cõcinit omne: pecunia cantat omnis: pecunia vaſtat, vexat, opprimit, humiliat omnia, pecuniã exaudiunt omnia. Ipſa, quæ nunc imperat aliquando accuſabit clientes ſuos.

Sed quid eſt quod pecuniæ obediunt omnia? nunquid etiã viri boni? abſit: Petrus enim Simonem Magum offerentem pecuniã, qua donum Spiritus ſancti emere tentabat, repulit cõſtanter. Pecunia, inquit, tua tecum ſit in perditionem. Pecuniæ obediunt omnia vitia, omnia quæ vitijs corrupta ſũt. Act. 8. 20.

Etiam in ſcientia tua regem ne deſpicias, & in penetralibus cubiculi tui ne deſpicias diuitem, quia auis calorũ irefaciet vocem & habens alas nunciabit verbum. v. 20. H.

In cogitatione tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia aues cæli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annunciabit ſententiam. Lat.

Cum

Digitized by Google

Vitanda maledicentia & detractio.

CVM rex puer eſt, puerilia facit, principes mane comedunt, contignatio humiliatur, domus perſtillat, omnia in peius ruunt, nullus eſt cōſtans rerum ordo in republica, neceſſe eſt multos iniuriam ac vim pati, & quia pecunia imperat, diuiteſq. principatum tenent pauperes cruciantur, ingemiſcunt, queruntur, in tyrannos maledicta congerunt, ex quo maiorem ſibi calamitatē parant, quia potentum odium incurrunt. Sunt enim multi criminatores, qui gratiam diuitum venantur aliorum detrimento, auditaq. portant ad eorum aures, à quibus mercedem delationis & accuſationis ſperāt. Hanc ob cauſam præſenti ſententia nos admonet Eccl vt omnis maledicentiæ, maxime cōtra Reges & Principes ac potentes, ſuſpiciones deuitemus, ac detractioni rimulas obturemus quod tutiſsime fiet, ſi etiā internā maledicendi cogitationem reprimamus; ſi enim cor acquieuerit talibus cogitationibus vix fieri poteſt quin in vocē prorumpat vehemens affectus. Gen. 27. num. 41. Oderat, inquit, ſemper Eſau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater: dixitq. in corde ſuo, venient dies luctus patris mei & occidam Iacob fratrem meum. Nunciata ſunt hæc Rebeccæ &c. Quis ſcire potuit quod Eſau dixerat in corde ſuo? Nemo ſane, ſed non potuit odium & iram diſsimulare. Sic in præſenti monemur cohibere cogitationem, neq. debere nos fidere loco ſecretiſsimo, quia vbiq. inſidiatores auſcultantur verba noſtra. Quid mirum, cum etiam ſæpe falſa imponant? ſunt enim principes ac prælati & inferioris ordinis homines curioſi, qui per alios omnium ſecreta noſſe cupiūt. In principe ac prælato hoc peſſimum eſt, ſi ad hoc adhibeat homines ſuſpectæ fidei ac maleuolos; & ſi illa ſcire velit quę ad bonum reipublicæ regimen non pertinent, ne calumnijs ac diſcordijs ianua patefiat. Eques quidam Romanus ad Auguſtum, qui tunc Cenſor erat, delatus eſt quaſi facultates ſuas imminuiſſet, ille vero probauit ſe auxiſſe. Deinde accuſatus quod legibus iubentibus contrahere matrimonium non obtemperaſſet, ille vero oſtendit tres habere filios ex vxore ſua. Eques hic à calumnia liber Auguſto obiecit credulitatis leuitatem, poſthac, inquit, Cæſar in honeſtos viros inquirens, honeſtis mandato. Quid non auderent improbi delatores ſi certum crimen nouiſſent, cum falſa in iudicium Cenſoris deferre non vererentur? Prou. 29. num. 12. Princeps qui libēter audit ver- ba

Gen. 27. *Prou. 29.*

ba mendacis omnes miniſtros habet impios. Miſerrimum eſt ibi abundare adulationes, delationes mendacia, vbi ſumma æquitas, & communis ac paterna prouidentia eſſe debet: ex principis moderatione pendet reipublicæ tranquillitas. Caput hoc claudam hiſtoria ſcitu digna, quam narrat Seneca, ſub Tyberio, inquit, Cæſare fuit accuſandi frequens, & pene publica rabies, quæ omni ciuili bello grauius togatam ciuitatem confecit; excipiebatur ebriorum ſermo, ſimplicitas iocantium, nihil erat tutum. Cænabat Paulus Prætorius in conuiuio quodam imaginem Tiberij Cæſaris habens ſculptam eminente gemma. Rem ineptiſsimam fecero ſi verba quæſiero, quæmadmodum dicam illum matellam ſumpſiſſe, quod factum ſimul & Maro ex notis illius temporis veſtigatoribus notauit: at ſeruus eius, cui nectebantur inſidiæ, ei ebrio annulũ extraxerat: & cum Maro conuiuas teſtaretur ad motam eſſe imaginem obſcænis, & iam proſcriptionem componeret, oſtẽdit in manu ſua ſeruus annulũ patronumq. calumnia liberauit. Volui hoc referre, vt ſit argumentum humanæ malignitatis, quæ ad falſas accuſationes, grauesq. calumnias promptiſsima eſt, ſi princeps iniquus ſit & audiat libenter verba mendacij.

L.2. de Beneficijs c.26

Qalal, id eſt detraho, maledico, inhonoro, deſpicio, contumelijs afficio &c. In præſenti prius vertit vulgatus detrahere ſicut Exod. 22. num. 28. Dijs non detrahes & principi populi tui non maledices. Dij vocantur Sacerdotes & iudices ſicut Pſal. Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat &c. Secundo loco vertit, maledicere, quæ eſt communis verbi ſignificatio. Diſce fontem actionũ cuſtodire, hoc eſt, cor vnde exeunt cogitationes; diſce patienter diſsimulare iniurias, & à maledicentia linguam fræna redisce caute viuere, & deuitare pericula.

Qalal. Exod.22. Pſal.81.

Quidam per aues &c. Intelligunt angelos, alij dæmones, & præſentem locum de blaſphemia contra Deum, vel Chriſtum interpretantur. Dura videtur allegoria.

CAP.

CAP. VNDECIMVM.

v. 1. H. *Mitte panem tuum ſuper facies aquarum, quia in multitudine dierum inuenies illum.*

Lat. *Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt tempora multa inuenies illum.*

TACITA ſimilitudine ad eleemoſynam nos inuitat Eccl. Prius animum à vitijs repurgare conatus eſt, ab auaritia, à curioſa ac periculoſa Diuinorũ operum ſcrutatione, à detractione & querimonia, ab impacientia; nunc docet benefacere. Hæc eſt ſecunda pars & præcipua Chriſtianæ iuſtitia: prima eſt declinare á malo, altera eſt facere bonũ. Inter opera bona, eleemoſyna præſtantiſsimũ dignitatis gradum obtinet; eſt enim ſignum pectoris mitis ac manſueti, & charitatis ac liberalitatis; eſt argumentum certæ ſpei vitæ melioris, quam non habere videntur, qui ſic cumulandis diuitijs inhiãt acſi ſemper eſſent hic victuri. Eleemoſyna auaritiam exterminat, peccata redimit, paradiſi fores aperit; Deo facit hominẽ ſimillimum, ſingularemq. eius beneuolentiam conciliat.

Pſa. 23. 15.

Eleemoſyna.

Dixerat pecuniæ omnia obedire; nunc docet aliam pecuniæ potentiam longe præſtantiorem, qua æternum nobis paremus in cęlis domicilium, & Dei amicitiam nobis certam faciamus. Improbi pecunia poſſunt falſos teſtes inducere, iudices ſubuertere, pauperes opprimere; pecunia eſt belli neruus, pecunia milites conducimus, armamus, in pugnam impellimus, ſpes lucri illos in diſcrimen trahit, & per tela irruere facit, multorum damno ſibi quærunt opes. Eleemoſyna longiſsime diſtat ab his malis. Miſericordia alienam vitam tuetur, ægros curat, nudos veſtit, indigentibus ſubuenit omnibus benefacit, dæmones fugat inimicos placat, Dei iram mitigat, clementiam attrahit, portam cæli reſerat. Sed de hac re poſtea, nunc ſententiam explanemus. Non eſt dubium locutionem eſſe metaphoricam, & per

Pecunia.

aquas intelligit homines, qui in hac vita ſumus leues & inconſtantes, ſequimurq. aëris motum. Apoc.17.n.15. Aquæ, quas vidiſti vbi meretrix ſedet, populi ſunt & gẽtes & linguę. Ierem.47.v.2. Ecce aquæ aſcẽdunt ab aquilone &c. Id eſt, exercitus magnus, hominum multitudo. Num.24.nu.7. Sic etiam intelligitur illud. Pſa.92 v.4. Eleuauerunt flumina fluctus ſuos á vocibus aquarum multarum. Vbi per flumina intelliguntur inſigniores, per aquas vulgus promiſcuum, populares. Eſt etiam aqua tribulationis & afflictionis ſymbolũ. 2.Reg.22.n.17. Extraxit me de aquis multis. Pſal.17.v.17. Pſa. 31.v.6. Pſal.67.v.12. Iſa.43.v.2. &c. Quare hic per aquas potiſſimum intelligũtur pauperes, & omnes afflicti, mæſti, ægroti, neceſsitatem aliquam patiẽtes. Ducitur ſimilitudo ab agricolis, qui libenter ſemina mandant terræ quæ habet prope aquas præterfluentes, vnde deduci poſsũt riuuli ad irrigandum; ita nos facere oportet, panem noſtrum mittamus non ſuper, id eſt iuxta aquas ſtagnãtes, putridas, infæcundas, quales ſunt ſcorta, paraſiti, adulatores, lenones, ſed ſuper aquas fluentes, ſuper afflictos & indigentes. Iſa. 58. Pané tuũ, ſicut Iſa.58. nu.7. frange eſurienti panem Ezech. 18. tuum, &c. Ezech.18 nu.16. Panem ſuũ eſurienti dederit &c. Nõ panem alienũ, Deus enim odio habet rapinã in holocauſtum. Iſai.61.8. Panem tuum, noli alium panem pauperi dare duriorem viliorem; hoc ad abundantem pertinet iuſtitiam, vbi etiã eſt magna frumenti copia, alioquin prudenter communis paratur panis ac vilior, vt pluribus ſufficiat, dummodo pauperis habeatur ratio, & perſonæ conſuetudo cõſideretur. Si ſincera eſt charitas facientis eleemoſynam proximi neceſsitatẽ in ſeipſo conſiderat, vt ſic erga illum ſe gerat, ſicut vellet ſibi ſubueniri ſi ſimili indigentia prçmeretur. Nefariç ſunt quorundam principum eleemoſynæ, qui paucos iuuant, & non raro indignos, cum plurimos pauperes exactionibus immodicis, grauibuſq. tributis ſpolient. Debemus dominis temporalibus tributa, vectigalia ſi iuſta ſint, ſi modum non excedant, talia ſunt panis principum, inde eleemoſynas recte facient. Rom.13.v.6

Item: mitte panem tuum ſuper aquas, id eſt, cum facis pœnitentiã, cum redimere vis peccata tua, laua illa lacrymis, & redime eleemoſynis: adiunge dolori & fletui opera miſericordiæ.

Si aliena calamitas te ad lacrymas compulit, eadem manus tuas aperiat ad ſubueniendum;

Aqua.

dum; cui donas aut donare debes lacrymas dona etiam panem, dona conſolationem.

Non minoris eſt meriti ſpiritualе alimentum quam corporale. Eſt etiam animæ fames & ſitis, quas mitigat doctrina ſalutaris, prædicatio veritatis, verbum Dei: de hac indigentia dicitur. Amos.8.num.11. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & mittam famem in terram, non famem panis, nec ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini. Amos 8.

Qui Hebraica ignorāt vim faciunt in nomine, Tranſeuntes, quod vulgatus commode appoſuit, ſed non neceſſario, quia non eſt in Hebræo. Super id eſt, iuxta apud &c. Hhal enim multa ſignificat, ſuper, paſsim, quod etiam pro iuxta, vel ſecus vſurpatur vt. Pſalm. 22. v.2. ſuper aquam refectionis. Pſalm.44 v.4. Pſalm. 136. v. 1. ſuper flumina. Iuxta Gen. 16. num.6. 2. Reg. 2. num. 13. Cant. 1. num.7. Secus Pſalm. 1. v. 3. Propter. Pſalm. 7 v. 8. Thren. 5. num. 18. Circa. Iud. 6 num 25 Contra. Iſa. 7. num. 1. &c.

Poteſt etiam hic eſſe ſenſus ſi ſumantur aquæ pro tribulationibus: Mitte panem tuum propter aquas, vel cōtra aquas, id eſt, fac eleemoſynam, eſto miſericors vt ſis tutus in die anguſtiæ, & cum tranſierit tribulatio inuenies panem tuum, ſequetur te miſericordia tua, & anteibit faciem tuam iuſtitia tua. Iſa. 58.

Poſt tempora multa, hoc eſt, etiamſi differatur præmiū boni operis non tamen peribit. Pſ. 111. v.5. Iucundus homo, qui miſeretur & commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio: quia in æternum non commouebitur. Sermones H. verba, quod non ſolum loquelam, ſed opera ſignificat. Vir bonus omnia in iudicio diſponit, & licet quandoq. tribulationem patiatur, commoueaturq. huius vitæ in commoditatibus, non tamen in æternū, quia æternitas quietis temporalem commotionē ſequetur: & panis periturus ſuper aquas miſſus æternū afferet fructum v.9 Diſperſi dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Pſal. 111.

Qui vim facit in verbo Mitto, vt putet ad abſentes miſſionem peruenire, ignorat vim verbi Salach .i. mitto, quod cōmune eſt ad præſentia & abſenti. Gen. 3. n. 22 Ne forte mittat manū &c. de re præſenti ſermo eſt. c. 19. n 10. Exod. 9. n. 14. Pſ. 77. v. 25 cibaria miſit eis. v. 45. v. 49. Pſ. 105. v. 15. &c.

Da partem ſeptem & etiā octo, quia non ſcit quid erit mali ſuper terram. V. 2. Hebr.

Da

Lat. *Da partem ſeptem nec nõ & octo, quia ignoras quid futurũ ſit mali ſuper terram.*

Liberalitas.

Eleemoſyna.

SEntentiam clariſsimã multitudo interpretationum & allegoriarũ obſcurauit, vnã & viginti expoſitiones huius loci refert Lorinus ex alijs interpretibus, cũ vnica ſit litteralis, latiſq. plana & cohærens. Eleemoſynã commendauerat, eius fructum certum promiſerat, nunc docet copioſe largiendũ eſſe vt tutior ſit theſaurus noſter in cælis. Diuitiæ in arca, vel in apotheca multis expoſitæ ſunt periculis, latronũ, animaliũ, corruptionis, litium, cõfiſcationis: ignoramus enim varios euẽtus, varia infortunia, ſiue pax vigeat, ſiue bellũ graſſetur. Vitæ ipſius terminus incertus eſt, ergo antequã mors nos occupet, præoccupemus nos locũ in regno cælorum, tãto illuſtriorẽ quãto copioſior fuerit eleemoſyna. Numeri ſeptenarij perfectio notiſsima eſt, conſtat ex primo numero impari, i. ternario, in quo eſt principiũ, mediũ finis, & ex primo numero quadrato, i. quatuor, qui cõſurgit ex primo numero, ſcilicet binario ducto in ſe ipſũ, bis enim duo, quatuor ſunt. Hoc ſeptenario numero clauditur humana vita, ita ſex dies pertinent ad laborem, ſeptimus ad quietẽ. Octauus numerus ſupra ſeptem addit vnitatẽ, quæ eſt omnis numeri principium, ab octauo incipit noua vita, & pertinet ad reſurrectionem & æternitatem: præſertim quia eſt primus numerus cubicus, qui ſtabilitatem ſignificat, cubus enim ſex latera habet æqualia ideo ſtabilis eſt. Primus numerus, ſcilicet duo per ſe multiplicatus quatuor conficit, rurſus ſi quatuor per eundem binarium multiplicentur, prodeunt octo. Hinc fit vt his duobus numeris octonario & ſeptenario, maxima ſignificetur multitudo. Hortatur igitur Eccleſ. vt nullũ excludamus pauperem, ſi facultates ſuppetunt, ſed liberaliſsime omnibus opẽ feramus. Quoniã per ſeptenariũ vita præſens, & vita actiua commode ſignificatur: per octonarium vita beata & vita contemplatiua, non eſt alienum à mente Salomonis: ſi dicamus commendari hic liberalitatem erga pauperes ſæculares & eccleſiaſticos: erga homines deditos rebus temporalibus, & his, qui vacant ſpiritualibus. expendantur diuitiæ in pauperes & eccleſias: in eos qui adhuc laborant in hoc ſæculo, & qui iam quieuerunt à laboribus ſuis ſiue ſint in cælo ſiue in purgatorio hos ſuffragijs & ſacrificijs, & eleemoſynis, & orationibus iuuemus: illos ſacrificijs & hymnis cele-

celebremus. His multitudiné interpretationũ complexi ſumus. Quidam per ſeptem intelligunt infideles: per octo vero fideles pauperes: charitas chriſtiana neminem excludit, quia omnes lucri facere ſtudet. Cur ego non benefaciam infideli in quo eſt Dei imago, & cui Deus bona multa largitur qué ignoro an ſit de numero prædeſtinatorum?

Numerorum aliam alij excogitant rationem, vt ternarius pertineat ad tres virtutes theologicas, & ad fidem Trinitatis: quaternarius vero ad quatuor mundi plagas, ad quatuor virtutes Cardinales &c. Adde tres animæ potentias, quatuor corporis humores.

v. 3. He. *Si repletæ fuerint nubes pluuiam ſuper terram euacuabunt: & ſi ceciderit lignum in Auſtrum, & ſi in Aquilonem: loco quo ceciderit lignũ ibi erit.*

Lat. *Si repletæ fuerint nubes imbrem ſuper terram effundent: & ſi ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocunq. loco ceciderit ibi erit.*

NVBIVM ſimilitudine ad copioſam miſericordiam ducto etiam argumento ex vitæ incertitudine; qua finita nullus amplius locus eſt ad promerendã æternam vitam. Nubes Deus replet aquis nõ propter nubiũ vtilitatem ſed propter terræ fæcunditatem: homines autẽ Deus replet bonis temporalibus & ſpiritualibus, diuitijs & ſapientia in propriã & in communem vtilitaté, qui quãto in communicatione bonorum fuerint largiores tanto erunt illuſtriores, & copioſiorem fructum reportabũt. Quare ſimiles eſſe debent nubibus plenis, quæ terram inebriant, & fæcundant, quæ id faciunt, vt Deo imperanti obtemperent. Homo autem diues aut ſapiens habet obedientiæ grãde præmium. Non eſſet hæc perſonarum & ingeniorum, & facultatum inæqualitas à Deo præordinata, niſi magna inde pulchritudo naſceretur, niſi ita humana concordia & charitas illuſtraretur, eſſetq. diuerſarũ virtutum mirabilis concẽtus. Diues liberalitate inſignis eſt, pauper patientia, vterq. charitate: in illo miſericordia fulget, in iſto gratitudo, vterque Deum auctorem bonorum cõfitetur. Diues ſi prudens eſt ſe à Deo diſpenſatorem bonorũ conſtitutum agnoſcit, pauper diuité benefactorem amat, & Deum ſibi prouidentem laudat. Si ergo nubes ſine vllo ſuo emolumento imbrẽ effundũt, cur

Charitas.
Eleemoſyna.
Diuerſitas perſonarum pulchra.

cur diuites parci erunt ac tardi ad benefaciendum cum illis Deus inſignem ſeruet in cœlis mercedem? meminiſſe ergo oportet vitam eſſe breuem, mortis horam incertam, & in ea cõditione, in qua nos mors inuenerit, in illa perpetuo manebimus: ſi in charitate è vita migrauerimus perpetuo erimus fœlices, tanto fœliciores quanto miſericordiæ operibus abundantiores. Si vero frigida mors frigidum cor inuenerit in illo peccati frigore perpetuo ſtridore dentium torquebimur: neque ignis ille infernalis hunc rigorem expellere valebit, qui ſolum ad torquendũ inſtitutus eſt.

Auſter calidus eſt, hic ſumitur pro Auſtrali ſiue meridionali regione quæ abundat calore & luce, ideo hic accipitur pro felicitatis loco. Aquilonaris regio frigida eſt, operta niuibus nebulis & caligine: hic ſignificat ſtatum decedentiũ in peccato mortali. Lignum ſiue arbor ſignificat hominem morte cadentem, ideo corpus mortuum cadauer vocatur: & Hebraice Naphal, id eſt, cadere: Maphalah, & in regimine Mapheleth, id eſt, cadauer: & Nephel, id eſt, abortiuus, quia ſtatim cadit mortuus. Cum ergo Miſericordia à Charitate promanet, quanto maior fuerit charitas copioſior erit miſericordia, & in Auſtro ſplendidiſsimum locũ obtinebit. Hæc omnia v. 7. magis illuſtrabuntur.

Miſericordia. Eccli. 35.

Miſericordia D. nubi comparatur Eccli. 35. num. 26. ſpecioſa, inquit, miſericordia Dei in tempore tribulationis, quaſi nubes pluuię in tempore ſiccitatis. Merito miſericordes nubes plenæ vocantur, nubes fœcũdæ, de quibus dicere poſſumus illud Iſa. 60. num. 8. qui ſunt iſti qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas. (Iſa. 60.) Homines calore ſe in altum tollentes, de fatigatos refrigerantes, ſiccitatem ſuo humore pellentes, terram aridã fœcundantes, ſimplices, ſine felle amaritudinis, ſimiles columbis gementes cõpaſsione. Hos cælos etiam vocare poſſumus illoſque ad beneficia exhortari illis verbis Iſa. 45. num. 8 Rorate cæli deſuper & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra & germinet Saluatorẽ. (Iſa. 45.) Pluunt iuſtum miſericordes, quia ſua charitate Chriſti amorem infundũt pectoribus eorũ, quos beneficijs deuincunt, & terra cordis illorum aperitur eleemoſyna quaſi aratro, & fœcundatur imbre beneficientiæ, & germinat Saluatorem. Eia prædicatores euangelici, Eia diuites Induite vos ſicut electi Dei, Sancti & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, (Coloſſ. 3. 12.) hu-

humilitatem, modeſtiam patientiam. Ad Auſtrum properate vbi perpetua luce fruamini.

v.4. He. *Obſeruans in ventum nõ ſeminat, & videns in nubes non metet.*

Lat. *Qui obſeruant ventum non ſeminat, & qui conſiderat nubes nunquam metet.*

Eleemoſyna. Beneficentia. Similes nubibus nos eſſe debere docuit Eccleſ. quæ à terra & præſertim à mari eleuatæ, ſi aquis plenæ ſunt aquas copioſe effundunt, quæ minus habẽt humoris tenuius pluũt: aſcendunt in altum vt emittãt imbrem: ſic diuites & potentes, quos Deus ſublimauit non debent ſibi retinere diuitias, aliaque bona ſed effundere, cõmunicare, diſpergere ad multorum vtilitatem.

Nunc docet cauendum eſſe ne imitemur auaros timidoſque agricolas, qui malunt retinere ſemen quam terræ committere, niſi ſigna viderint magnæ fertilitatis: quæ cum incerta ſint, fit vt nec ſeminent nec metant. Debet in ſpe qui arat, arare: & qui triturat in ſpe fructus percipiendi: auari vero ac diffidentes non triturant, quia non metunt, non metunt quia neque arant, neque ſeminant, ſemper dubij, & ad omnem aeris mutationem anxij. 1.Cor.9.10. Qui vero intra tempus opportunum ſemẽtis Deo fidens terræ ſemen mandat, fructum percipit. Poteſt aliquando ſeminis iacturam facere agricola, ſed eleemoſynarius numquam perdet mercedem ſuam, niſi mutet voluntatem, & à Dei amicitia ſpõte recedat. Poteſt agricola prudenter conſiderare ſementis opportunitatem, ſed non diffidenter, auare, anxie: verum qui facturus eſt eleemoſynam nõ debet timere vllũ detrimentum, maxime ſi eſt ſimilis nubi plenæ, ſi opulentus eſt. Omni petenti te, tribue, ait Chriſtus Lucæ.6.num.30.non ſicut agricolæ, qui certo tempore anni ſeminant, & terram prius colunt, ſpinis repurgant, neq. in ſaxa, in ſpinas, in terrã ſterilem & incultam ſemen proijciunt: non ſic curandum eſt ei, qui facit eleemoſynam, quia hæc numquam perire poteſt: ſed imitandus eſt cæleſtis agricola, qui exijt ſeminare ſemen ſuum, & aliud cecidit ſecus viam, aliud ſuper petram, aliud inter ſpinas, aliud in terram bonam: quia nulla eſt in hac ſeminandi ratione tellus, quæ non poſſit fructificare, nulla eſt ſua natura mala, ſed propria volũtate. Tota vita eſt tempus ſeminandi, in cælo metemus copioſum fructũ. Quid ſi benefacimus improbo & ingrato, numquid perit beneficium? Luc.6. Luc.8.

Li.7.c.29.de beneſi. cium? reſpondet Seneca. Num quid quæ conſecramus perdidiſſe nos dicimus? inter conſecrata beneficium eſt, etiã ſi male reſpondit bene collocatum eſt. Eleganter ſane dictum, ſed plus continet ſapientiæ noſtri Eccle. doctrina. Duo ſunt quæ auarum timidumque agricolam retardãt, ventus & nubes, ex his oriuntur imbres vehementes, grandines, tempeſtates: nihil horum eleemoſynam impedire debet, neque inimicitiam, neque perſecutio: bene facite (inquit veritatis Magiſter) his, qui oderunt vos. Matth.5.44 Vir miſericors Deum ſemper præſentem contemplatur, eius cauſa omnia facit, ſemper bene collocat beneficium, qui in Deo illud reponit, ſemper reſpondet ſemen cum fænore ei, qui cum Deo ſeminat, qui propter Deum pauperem iuuat. Non hic locum habet illa ſententia, Benefacta male locata male pereũt. Semper bene collocatur, quod charitas collocat, 1.Cor.13. quæ non agit perperam, non quærit quæ ſua ſunt. B. Hieronymus ſic hunc locum explicat: Qui conſiderat, cui benefaciat, & non omni petenti ſe tribuit, ſæpe prærerit eum, qui meretur accipere. Aliter, qui tantum eo tempore verbum Dei prædicat, quo populus libenter auſcultat, & ſecunda aſpirat aura, tumoris ſa-

tor negligens & ignauus agricola eſt, &c. Obſeruat igitur *Vana gloria.* ventum & nubes, qui vanã ſequitur gloriam, & humanam retributionem quærit, vel ingratitudinem, vel iacturã beneficij timet. Videtur iam dictis obſtare id quod dicitur Eccli. Eccli.12. c.12. Si benefeceris ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Bene fac iuſto & inuenies retributionem magnã, & ſi non ab ipſo certe à Domino. & nu. 4. Da miſericordi & ne ſuſcipias peccatorem &c. n. 5. Da bono & ne receperis peccatorẽ: bene fac humili & ne dederis impio &c. Ergo erimus ſcrutatores pauperũ? ergo erimus obſeruatores venti & nubis? ergo non erimus ſicut nubes plenæ, quæ ſine vllo diſcrimine effundunt aquam? *Pauperes quales reficiendi.* certe charitas prudens eſt, non cæca: & boni malis præferendi ſunt: Gal. 6. Paulus Gal.6.nu.10. Dũ tẽpus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. Ecce Doctor gẽtium præfert domeſticos fidei. Non eſt difficile iſta conciliare: & aduertere debemus ſimilitudinem nõ eſſe in omnibus ſcrupuloſe accommodandam. Sũt diuites & doctores ſimiles nubibus ad omnes irrigãdos, niſi aliud prudens charitas, & iuſtitia diſponat, non enim mittendæ ſunt margaritæ ante porcos, neque ſanctum dandum

Digitized by Google

dum eſt canibus. Animaduertendum quoque eſt, aliud eſſe cõmunem facere eleemoſynã, aliud beneficium peculiare cõferre, aut bona reipublicæ, quæ alicuius fideli diſpenſationi cõmiſſa ſunt, diſtribuere: in hoc iuſtitiæ diſtributiuæ ratio habenda eſt: in beneficio vero conſiderandum eſt perſonæ meritum, aut neceſsitas: cauendum etiam eſt ne ex beneficio aliquod detrimẽtum probabiliter naſci poſſe videatur. Deinde aut iuuamus eleemoſyna notos aut ignotos, aut neceſsitas nota eſt, aut ignota. His ſic conſtitutis reſpondeo, ad communem eleemoſynam, quæ fit pauperibus hoſtiatim mendicantibus nullum examen opus eſſe. Si vero aliquis iam notus eſſet, qui laborare non vult cum poſsit, & mendicat per diem, vt ſcortum nutriat, aut ebrietati indulgeat, hic repelli poteſt, vtrum autem debeat repelli prudens vir iudicabit. In beneficijs autem maioribus, quæ ad amicitiam & liberalitatem ſpectant locum habet conſilium Eccli. cum benefeceris ſcito cui feceris &c. Cũ autem maiorem aliquis petit eleemoſynam prætendens peculiarem neceſsitatem redimendi captiuum, aut iuuandi virum innocentem patientem iniuriam & calumniam, tunc ſi poſtulãs ſuſpectus eſt, prudentis erit certiorem fieri de re hac, maxime ſi ex tali eleemoſyna facultas iuuandi alios minuatur. Denique numquam dandum beneficiũ alicui, ſi deterior fit: ſunt enim qui alea bona conſumũt, qui meretricibus dãt operam, qui ſub prætextu nobilitatis nolunt ſeruire etiã regi in bello, ſed ſimiles fucis mel conſumunt, quod apes elaborarunt. Reſpondeat tandem huic quæſtioni ipſe. Eccleſ. v. 6. Bene fac humili & ne dederis impio, prohibe panes illi dari, ne in ipſis potentior te ſit, cum enim creuerit impiorum ſubſtantia, creſcit potentia, creſcit malitia. Eccli. 12.

Sicut non tu ſciens qua via ſpiritus, ſicut oſſa in ventre plenæ, ſic non ſcies opus Dei, qui facit omnia. v. 5. He.

Quomodo ignoras qua ſit via ſpiritus, & qua ratione compingantur oſſa in ventre prægnantis, ſic neſcis opera Dei, qui fabricator eſt omnium. Lat.

HÆC ſententia non ſolum præcedentibus, ſed etiam ſequenti cohæret. Adhortatur nos ad perſeuerantiam continuã boni operis, vt cum morte ceciderimus auſtralem plagã teneamus, vt requieſcamus in die tribulationis, vt requieſcamus *Perſeuerantia.* Abac. 3. 16. Apoc. 14 13

eamus à laboribus huius vitæ, & opera noſtra non peribunt, ſed ſequentur nos. Sicut Deus ſummus rerum opifex ſua ſapientia & potentia ſemen humanum in mulieris matrice quaſi lac coagulat, componit, viuificatque, & hoc opus mirabile ignorant genitores & genitus: ita in Dei poteſtate ſitum eſt auferre hominis ſpiritum, & ad illius prouidentiam pertinent momenta vitæ humanæ, ipſe nouit horam mortis opportunam vel morienti, vel pulchro rerum ordini. Noſtrum ergo eſt ſemper ad bene moriendum paratos eſſe, quod tunc fiet cum nos mors bonis operibus intentos inuenerit. Ruach, id eſt, ſpiritus, ventus &c. hic commodius accipitur pro ſpiritu vitali, quia de formatione hominis in vtero materno agit. De hac re vide Iob.c.10.v.8.&c.

℣.6. He. *In mane ſemina ſementuum, & ad veſperam ne quieſcere facias manũ tuam, quia non tu ſciens vbi hoc congruat, an hoc vel hoc & ſi ambo ipſa ſicut vnum bona.*

Lat. *Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere ne ceſſet manus tua, quia neſcis quid magis oriatur, hoc an illud, & ſi vtrumque ſimul melius erit.*

NVlla prætermittenda occaſio boni operis, ad bene faciendum omne tempus opportunum eſt dum viuimus: & ſicut agricola cui eſt ſeminis abundantia & agrorum lata poſſeſsio, mane & veſpere ſeminat, ita qui fructum æternæ vitæ expetit, omni tempore ſeminare debet. Nõ eſt differendum benefaciendi tempus, in adoleſcentia, in iuuentute, in omni ætate ſtrenui eſſe debemus ad opera pietatis: quis enim nouit qua ætate mors nos præoccupatura ſit? præterea neſcit homo an odio vel amore dignus ſit: quare ſemper conandum vt eleemoſynis peccata noſtra redimamus, in mane hoc eſt in prima ætate: in veſpere, hoc eſt, in ſenectute: in tẽpore fælicitatis & aduerſitatis: num quam procraſtinandum. *Perſeuerãtia. Eleemoſyna.*

Audiamus de hac re B. Petrũ. 2.Can.cap.1.num.5.&c. Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patiẽtiã, in patiẽtia autẽ pietatẽ, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim ſi vobiſcum adſint & ſuperent nõ vacuos nec ſine fructu vos con- 2.Petr.1.5.

Digitized by Google

conſtituent in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione. Cui enim non præſto ſunt hæc cæcus eſt, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum. Quapropter fratres magis ſatagite,vt per bona opera certã veſtram vocationem, & electionem faciatis: hæc enim facientes non peccabitis aliquãdo.Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum Regnum Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti. Multa in hac doctrina conſiderari poſſent accuratius, ſed nõ vacat, nec omnia ſimul ſunt miſcenda.Illud nota cæcos vocari, qui obliti præteritæ vitæ & ſcelerum non dant operam bonis operibus. Eſt etiam aduertendum,bona noſtra multis eſſe obnoxia periculis, ſunt enim delicatiſsima, & leuiſsima aura corrumpuntur:multa bona inficit vana gloria, aut mercenarius amor, qua propter enitendum eſt, vt ſemper inſiſtamus eleemoſynis,orationibus, ieiunijs, & pijs operibus,quia neſcimus quid oriatur, an illud quod mane, an quod veſpere ſeminatur:ſi autem Dei gratia tanta nobis cõtigerit fælicitas,vt vtrumq. ſimul fructificet, maior nobis gaudij materia continget,grãde reportabimus emolumẽtũ. Ne ceſſet manus tua: cæpiſti benefacere cur ceſſabis? An parui facis meritum bonorum operum? An iacturam bonorũ cæleſtium non times? An ſalutẽ tuã contemnis? Lapis tanto maiore fertur impetu quanto magis ad locũ naturalẽ appropinquat:iniquum ergo eſt nos tunc ſegniores fieri ad bonum quando magis ad vitæ terminũ propinquamus.Si nondum cæpiſti beneviuere,incipe, perge,non ceſſet manus tua,ne obliuiſcaris purgationis veterũ Supra. peccatorum, vt ait B. Petrus: ſed placeat tibi Danielis conſilium, Dan.4.24. peccata,inquit,tua eleemoſynis redime,& iniquitates tuas miſericordijs pauperum: forſitan ignoſcet Deus delictis tuis. Eccli.3. Ignem ardentem Eccli.3.33. extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis.

Caſar. i. Rectum eſſe, congruum,aptum,conueniens, & alia his ſimilia ſignificare poteſt.Vide ſup.c.4.v.4. Vulgatus hic vertit.Oriatur,non expreſsit propriã verbi ſignificationem, ſed ſenſum tenuit.

Et dulcis lux,& bonũ oculis videre ſolem.Quod ſi annis multis vixerit homo, in omnibus his lætatus fuerit,et recordetur dierum tenebrarum,quia multum erunt, omne quod venerat vanitas. v.7.8.H.

Dulce lumen & delecta- Latin.

bile eſt oculis videre ſolem. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierũ multorum, qui cum venerint vanitatis arguent præterita.

PErſeuerat in eadem doctrina, ne ceſſet manus noſtra, argumentum ducit ab amore vitæ & fælicitatis: cum autem temporalia omnia finiãtur, alia lux, alius ſol, alia vita, aliud gaudium quærẽdum eſt, quod ſempiternum ſit. Sed in quo tãta eſt vis, quid tam eſt potens, quod hominem poſsit in æternam vitam ducere? Charitas, quæ numquam excidit, quæ patiens eſt, & benigna eſt. Oportuit talem eſſe, vt hominẽ perfectum faceret, ſi enim omnes, qui pie volunt viuere in Chriſto perſecutionẽ patientur, neceſſe eſt, vt charitas patiens ſit. Si charitas hominẽ Deo facit ſimillimũ & conſortem Diuinæ naturæ, Deus autem cõmẽdat charitatem ſuam in nobis, quoniam cum inimici eſſemus Chriſtus pro impijs mortuus eſt, certe charitas benigna eſt, quæ diligit amicos in Deo, & inimicos propter Deum, quæ omnibus benefacit, cuius præcipua exercitatio eſt ſubueniredi indigenti, & omnem neceſſitatem corporalem & ſpiritualem remouere. Lucem pro vita vſurpari cõſtat ex illo, Iob c.3. qui concepti nõ viderunt lucem. i. non vixerunt nati. n. 20. quare miſero data eſt lux, (id eſt) & vita his, qui in amaritudine animæ ſunt. Lux etiam ſymbolum eſt fælicitatis & lætitiæ. Eſth. 8. n. 16. Iudæis noua lux oriri viſa eſt, gaudium & tripudium. c. 11. n. 11. Lux & ſol ortus eſt (i. magna fælicitas &c.) & humiles exaltati ſunt, & deuorauerunt inclytos. Iob 18. n. 5. Nonne lux impij extinguetur? &c. Itẽ. n. 6. n. 18. Omnes vitã & fælicitatẽ amamus, ſed dum iſta ſectamur ſine vera luce ad infælicitatẽ & æternã mortem properamus: verſamur in tenebris erroris & peccati, & à vana luce ad exteriores perpetuaſq. tenebras currimus. Sine charitate in tenebris ambulamus, quia à Deo, qui eſt vera lux, ſeiũcti ſumus. Deꝰ lux eſt (ait Ioãnes) & tenebræ in eo nõ ſunt vllæ: ſi dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur & veritatem non facimus: ſi autem in luce ambulamus ſicut & ipſe eſt in luce, ſocietatem habemus ad inuicem. c. 2. nu. 9 qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit in tenebris eſt vſq. ad huc: qui diligit fratrem ſuũ in lumine manet: & ſcandalum in eo non eſt. Deus lux eſt

Marginal notes: Charitas. Eleemoſyna. 1. Cor. 13. 2. Tim. 3. 12. Lux. 1. c. 1. nu. 5.

Digitized by Google

eſt, & Deus charitas eſt, charitas lux eſt. His adde illud cap. 3. num. 14. Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres, qui non diligit manet in morte. num. 16. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animã ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſsitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quo modo charitas Dei manet in illo? Ecce iam apetuimus lucis feneſtram, iam ſcimus quibus lux oriatur, lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia. Lux illa de qua dicitur Ioan. 1. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet. Qui claudit viſcera ſua à fratribus neceſsitatem patientibus, claudit oculos ſuos ne fruatur luce. Hanc lucem amemus, hanc quæramus, ad hanc appropinquemus. Sed oportet mũdare oculos cordis, nã beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt. Collyrium oculorum eſt eleemoſyna: cor noſtrum peccata coinquinant, qui miſericors eſt, & ex charitate indigenti, & afflicto compatitur, ac ſubuenit, longe ab illa miſeria recedit, quæ facit hominem Deo odibilem. Luc. 11. nu. 41. Date eleemoſynam & ecce omnia munda ſunt vobis. Vos Phariſæi mundatis quod deforis eſt, mundate cor, purificate animum, hoc faciet charitas cuius argumentũ eſt eleemoſyna. Vos mundos vultis apparere, idq. ambitioſe quæritis externis purificationibus: melius & efficacius puritatis argumentum eſt opus charitatis. Eſtis auari, rapinis ac fraudibus contaminati, cõtra morbos iſtos vnicum remedium eſt eleemoſyna, quę ex charitate procedit, ſi enim vos dilectio inuitauerit induxeritq. ad faciendam eleemoſynam, nulli malum facietis, quia charitas id non patitur. Si ob vanam gloriam facitis eleemoſynam certe vera eleemoſyna non eſt, non enim naſcitur à miſericordia, ſed ab ambitione, eleemoſyna miſericordiam & iuſtitiam ſignificat. Eleo ſignificat miſereri, vnde eleemoſyna deriuatur. Ambitioſus minime iuſtus, minime miſericors eſt, non confert beneficium, ſed mercatur vanã æſtimationẽ, vaniſsimus eſt. Magnifica ſunt illa, quę de eleemoſyna dicũtur à Tobia 4. &c. Ex ſubſtãtia tua fac eleemoſynã, & noli auertere faciẽ tuã ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini, quomodo poteris ita eſto miſericors, ſi multum tibi fuerit abundanter tribue:

Pſal. 96. 11.

Luc. 11. 41.

Tob. 4. n. 7.

ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude: præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſsitatis: quoniam eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animã ire in tenebras: fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus facientibus eã. Rogabis quomodo á morte liberat eleemoſyna nec patitur animam ire in tenebras
1.Cor.13.3. cum dicat Apoſtolus, ſi diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & tradidero corpus meum ita vt ardeã, charitatem autem non habuero nihil mihi prodeſt? Reſpondeo eleemoſynam non eſſe meritoriã vitæ æternæ ſi fiat abſq. charitate: & Tobias priuſquã de eleemoſyna verba faceret, dixit: Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum, & caue ne aliquando peccato conſentias, & prætermittas præcepta Domini Dei noſtri. Homini iuſto plurimum prodeſt eleemoſyna, eſt contra veneni peccatum antidotum, eſt contra diaboli inſidias munimentum, illuminat oculos, vt videant offendicula: expurgat reliquias peccatorum. Ideo dicitur ab omni peccato liberare, & à morte, & à tenebris. Si ergo dulce eſt lumẽ, & iucũdũ videre ſolẽ miſericordiæ opera demus. Cũ dixiſſet Iſai. Fran
Iſai.58.7.
ge eſurienti panẽ tuũ &c. ſubijt fructus miſericordiæ. Tũc, inquit, erũpet quaſi mane lumen tuũ, & ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciẽ tuam iuſtitia tua, & gloria Dñi colliget te. Iuſtitiã vocat miſericordiã, ſiue eleemoſynã. Matt. Matth.6 1.
6. Attendite ne iuſtitiam (Græce eleemoſynã) veſtrã faciatis, &c. Pſ 111. Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. i. eleemoſina, eleemoſinæ fructus. Et nomen Tſedaqah. l. Tſidqah. i. Iuſtitia *Tſedaqah.* ſignificat etiã clemẽtiam. Iud. 5. Prou. 11. & eleemoſinã, Danie. 4. Sed de his copioſius dixi alibi. Si vt dixit Paul. ſine charitate eleemoſyna nihil prodeſt, quorſum Daniel Regi Babylonis ſuadet, vt peccata ſua eleemoſynis redimat? Aduerte ideo dixiſſe Danielẽ: Forſitan ignoſcet delictis tuis: quia ſola eleemoſyna nõ ſufficit, ſed diſponit hominẽ ad pænitẽtiam, & cũ multorũ inopiam ſubleuat, inter tot pauperes aliquis erit iuſtus, qui ſuis precibus Deũ ad miſericordiã inclinet; vnde dicitur: Cõclude eleemo Eccli.29.15
ſynã in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo: ſuper ſcutum potentis, & ſuper lanceam aduerſus inimicum tuum pugnabit. Elegans ſane & valde notanda ſententia: claudenda eſt eleemoſyna, & in corde pauperis reponen-

Digitized by Google

reponenda,in quo duo videntur ſignificari,alterum eſt, vt ſit ſecreta, nam multi in labijs pauperũ illã ponunt, qui laudari cupiunt: vir autẽ miſericors hanc vanitatem fugit,ſolam attendit Dei gloriã & inopis remedium. Alterum eſt, vt hilari vultu,& cito detur beneficiũ, ſic erit gratiſsimum & incorde recipientis recondetur. Bis dat, qui cito dat:hilarem datorem diligit Deus. Si lumen amas,ſi tenebras fugis, ſi nunc lætam vitam ducis, recordare breuitatis huius fælicitatis, cõſidera rerum inconſtantiam & vanitatem, meminiſſe debes temporis tenebroſi aduerſitatis, perſecutionis, tribulationis & tandem mortis: tũc omnium rerũ vanitas apparebit, quia nihil recum auferre poteris. Vanum eſt quidquid finitur neq. ad fælicitatem æternæ vitæ confert: ne perpetuis innoluaris tenebris ac tormẽtis,ſed luce perfruaris ſempiterna,eſto miſericors, erũpet quaſi mane lumen tuũ &c. da eleemoſynã quæ à morte animã liberat, nec patitur illã ire in tenebras. Ba.i.venit,euenit: poteſt verti per pręſens &per pręteritũ perfectũ & imperfectũ, eſt verbũ Bo,defectiuũ. Quocũq. modo vertas idem ſenſus eſt.

v.9. He. *Lætare iuuenis in adoleſcentia tua,& bonũ ſit tibi cor tuũ in diebus iuuẽtutũ tuarum, & ambula in vijs cordis tui, & in aſpectu oculorum tuorum,& ſcito quod ſuper omnia iſta adducet te Deus in iudicium.*

Lætare iuuenis in adoleſcentia tua,& in bono ſit cor tuũ in diebus iuuẽtutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorũ tuorum, & ſcito quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Lat.

QVidam de moderata & honeſta lætitia præſentẽ ſententiã interpretantur, ſicut nos ſimiles in hoc libro interpretati ſumus:ratio huius videtur eſſe,quia difficile admodũ videtur iuuenem ab omni lætitia ac vitæ iucunditate abſtrahere: deinde quia tempora illa nõdum tãtã nouerant vitæ perfectionẽ & integritatẽ,vt mortificarent homines mẽbra ſua, & abnegarent ſemetipſos: quapropter cõcedit adoleſcẽtibus Eccleſ.lætitiã & iucunditatem à crimine alienã, talemq. vt à Deo iudice, ante cuius tribunal omnes ſtabimus,dãnari nõ debeat. Dei igitur iudiciũ ſemper præ oculis habendũ eſt, nã eius recordatio modum ponet lætitiæ noſtrę. Fauet huic interpretationi Chaldæus, lætare, D. Iudicium ob oculos ponę.

 in-

inquit, puer in diebus pueritię tuæ, & ſit cor tuū bonū ſuper te in diebus adoleſcentiæ tuæ, & ambula cum humilitate cū vijs cordis tui, & eſto cautus in viſu oculorū tuorū, vt non contēpleris malum, & notum ſit tibi quod propter omnia hæc futurū eſt, vt Dñs introducat te in iudicium. LXX. in Biblijs regijs habent: Ambula in vijs cordis tui irrepræhenſibilis &c. Vaticana editio habet: Ambula in vijs cordis tui immaculatus, & non in intuitu oculorum &c. ob hanc cauſam Gręci, & qui Gręca LXX. editione vſi ſunt, hāc interpretandi rationem ſecuti ſunt, vt Olympiodorus, Ambroſius, & alij.

Ironia. Probabilior mihi videtur contraria exponendi ratio, quæ in his verbis agnoſcit ironiā, quæ non eſt infrequens in S.S. vt Num. 16. n. 14. 3. Reg. 22. n. 15. 2. Paral. 18. n. 14. Prou. 19. Ne ceſſes fili mi audire doctrinam, nec ignores ſermones ſcientiæ. In H. eſt: Ceſſa fili mi audire doctrinā ad errandū ab eloquijs ſcientiæ. Vulgatus remouit ironiā vertens per negationē. Homini voraci ſolemus dicere, comede, ſaturare poſtea videbis quanti tibi ſtet voluptas. Ita in præſenti Salomō propoſita conſideratione D. iudicij iuueniles impetus reprimere conatur. Si enim licentiā *Prou. 19. 27.*

concedat iuueni ſequendi cordis ſui deſideria, & oculorum voluptatē, debuiſſet ei concedere miraculoſam quandam prudētiam ac fortitudinē qualis numquam conceſſa eſt mortalibus. *Iuuentus procliuis.* Ioannes Baptiſta fuit modeſtiſsimus, ſed iuuentutis illecebras penitus ablegauit: B. Benedictum nulli animum voluptati dediſſe prodit B. Gregorius. *Occaſio peccati remouēda.* Da mihi aliquē in iuuētute ſequērem cordis ſui vias, qui mediocritatem ſeruauerit: Quiſquis in ea ætate recte vixit penitus à ſe omnem voluptatē abdicare conat⁹ eſt. Qui ſe vult intra rationis, & virtutis limites continere, ita intra conſiſtat, vt non audeat extremum limitem contingere, ne leui aliqua occaſione vltra progrediatur, & in vitium pręceps ruat. Facilè lapidē in culmine montis immotum continere poſſumus: ſi forte inde cadat, quis eſt tam ſtrenuus qui illū ſiſtere poſsit ruentē? Quæ magno feruntur impetu difficilius retinentur. Iuuentus & adoleſcentia effrænis eſt, in hac ætate vigent ſenſus, concupiſcentia, & ita ſunt vehementiores, difficillimum eſt domare immoderatos ſenſualitatis ſtimulos. Qui modū tenere voluerit in contrarium aliquantulum declinet, omnis voluptatis illecebra reſecanda. *Prou. 30.* Prou. 30. nu. 18. Tria ſunt difficilia mihi, &

quar-

quartum penitus ignoro: viam aquilæ in cælo, viam colubri ſuper petram, & viam viri in adoleſcẽtia. Vicina eſt lapſibus adoleſcẽtia, inquit Ambroſiꝰ, quia variarum actus cupiditatum feruore calentis inflamatur ætatis. Idẽ alijs verbis aſſerit Hieronymus epiſto. ad Nepotianum. Gen. 8. Gen. 8. n. 21. Senſus enim & cogitatio humani cordes pronæ ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua. Neque refert vtrum ſit idẽ nomen Hebræorum in his locis, quia ſenſus non variatur. Quapropter adoleſcentes & iuuenes D. iudicij recordatione, & amore cæleſtis beatitudinis poſſunt quidem optimam vitæ rationem ſequi, ſed nõ ambulare in vijs cordis ſui, neq. in intuitu oculorum ſuorum: imo cum Dauide Dominum deprecari vnuſquiſq. noſtrum debet, ac dicere: Pſal. 118. 37 Auerte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua viuifica me. In via Dei viuit homo, in via ſua moritur. Beati enim in via immaculati non in via ſua, ſed qui ambulant in lege Domini. Quoniam facile cor ſequitur oculorum intuitum, & quæ per oculos intrãt animum vehementer conturbant, *Oculi cuſtodiendi.* difficillimumq. eſt oculos à vanitate & iniquitate auertere, niſi aliquid ſemper habeant præſens, quod contemplentur, ideo præcipiebat. Nume. 15. nu. 38. Vt facerent fimbrias per angulos palliorum, in quibus ponerent vittas hyacinthinas, quæ ſunt coloris cæleſtis, quas cum viderint, inquit, recordentur omnium mãdatorum Domini, ne ſequantur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes. Ergo relinquamus vias cordis noſtri: Pſal. 118. 59 dicat vir prudens: cogitaui vias meas & conuerti pedes meos in teſtimonia tua. Attende, qui vias ſuas cogitat ab illis auertit pedes, & cõuertit in teſtimonia Domini. Huiuſmodi viæ ſunt pulchræ, & Prou. 23. ſecuræ. Prou. 23. nu. 26. Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas cuſtodiant. Alexander Magnus cum inuiſeret Darij filias, demiſsis oculis illas ſalutabat. Dicere ſolebat inter familiares, Perſicas puellas eſſe oculorum dolores. Fortiſsimus Imperator metuebat vim concupiſcentiæ, & occaſionem declinabat libidinis, nolebat ambulare in intuitu oculorum ſuorum, hic tamen nihil de iudicio. D. cogitabat. Nos vero qui certo ſcimus poſt mortem futurum iudicium, libere ſequimur cogitationes prauas, & oculos poſt res varias fornicantes. Mirum ſane eſt hominem Chriſtianum ſic Diuini iudicij obliuiſci, vt videatur tacite negare quod aperte fatetur, &

Ll 4 ſub

ſub publica fidei confeſsione occultare infidelitatem: Horrēdum eſt enim incidere in manus Dei, & nos hominum formidamus furorem, qui ſolum corpus poſſunt occidere, cum magis deberemus timere Deū, qui poſtquam occiderit poteſt mittere in gehenā. Metu pœnæ temporalis ſæpe retrahimur à peccando, & pœnā æternā videmur contemnere: veremur hominū oculos, & corā Deo qui vbiq. eſt, & cuius oculi omnia contemplātur audacter & impudēter peccamus. Summum iudicē non timemus nec veremur, qui eſt teſtis oculatus cogitationū noſtrarum. Deus iudex iuſtus fortis & patiens, nū quid iraſcitur per ſingulos dies? Niſi cōuerſi fueritis gladiū ſuū vibrabit: arcū ſuum tetēdit & parauit illud: & in eo parauit vaſa mortis ſagittas ſuas ardentibus effecit. Quid faciet imbellis homo coram fortiſsimo Deo; iniquus corā iuſto iudice? qui quanto fuit indulgentior veniā offerens, & patientior ad pænitentiā expectans, tanto erit ſeuerior contumacē ac rebellem, contemptoremque diuinorum munerum puniens.

Pſa.7.12.

V. 10. H. *Et aufer iram a corde tuo, & tranſire fac malitiam a carne tua, quia adoleſcentia & voluptas vanitas.*

Lat. *Aufer iram a corde tuo, & amoue malitiam a carne tua: adoleſcentia enim & voluptas vana ſunt.*

Ira. IRA & concupiſcentia ætati iuuenili dominantur, ira à corde oritur concupiſcentia in carne ſedem habet. Iam c.7. v. 10. De ira dixi, quæ in ſinu ſtulti requieſcit. Adoleſcens caret rerum experientia, abundat bili, facile commouetur, non rectum habet de rebus iudicium, eſt gloriæ cupidus, indigne fert contēptus leuē ſuſpitionem, ideo ad iraſcendū facilis eſt: id circo ſapiens ſuadet illi, vt iram auferat à corde: ne ſinat illam ibi requieſcere ne vertatur in odium. Sol, inquit Apoſtolus, non occidat ſuper iracundiā veſtrā, ne odij tenebris operiatur animus. Iratus à furioſo ſola mora differt. Ira furor breuis eſt. Inſania eſt diuturnior, quod ſi ira diutius perſeueret inſania fit. Fugienda eſt adoleſcenti omnis iraſcendi occaſio, quia facile excandeſcit, ſicut is, qui defert materiam facile inflammabilem ab igne recedit: non bene ponitur ignis iuxta ſtuppam, neq. iuxta picem, aut ſimilem materiam. Prudentiſsime in fine capitis memoriam facit D. iudicij, & iram à corde remouendā docet, qui ab initio capitis cępit cōmēdare miſericordiam,

Ephes.4.25.

diam, quia iudicium fiet ſine miſericordia ei, qui non fecit miſericordiam: & vt dicitur. Prou.27.num.4.ita non habet miſericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ferre quis poterit? Dixerat.v.3. iram ſtulti eſſe grauiorem ſaxo & arena, nunc dicit eſſe crudelem. Qui mala iræ immodicæ vult cognoſcere conferat illam cum virtutibus, quibus aduerſatur ſcilicet cum concordia, charitate, pace, mãſuetudine, patientia, clementia, de quibus longum foret nunc verba facere. Fortiſsimus eſt qui iram vincit, fortior illo qui vrbes expugnat. Prou. 16. numer. 32. Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium. Bellica fortitudo ſæpe vitioſa eſt, illa vero, quæ iram compeſcit, & inquietos animi motus ſedat virtus eſt præclariſsima. Quid iuuat multis imperare illum, qui ſeruus eſt vitiorum? inſignem infamiæ notam contraxit Alexander, qui cum tot reges vicerit, ab ira ac temulentia victus amicis fideliſsimis necem intulit.

Prou.17.

Horat. li.1. Epiſt.2.

Qui non moderabitur iræ,
Infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit, & mens,
Dum pœnas odio per vim feſtinat inulto.
Ira furor breuis eſt: animum rege, qui niſi paret,
Imperat: hunc frænis hunc tu cõpeſce catena.

Amoue malitiam à carne tua. Malitiam vocat concupiſcentiam, & omne ipſius fomentum: quis autem hanc amouere poterit niſi vitã abrumpat? Quis vnquã carnem ſuã odio habuit, imo nutrit & fouet eã. Non extinguenda caro eſt ſed mortificanda: neque mortificatio carnem lædit, ſed maius illi bonum tribuit, nam abſtinentia & ſobrietate caro à corruptione & morbis ſeruatur immunis. Gaudet ouis herba viridi ac rore madenti, ſed grãde in detrahit detrimentum. Quis neſcit mala, quibus implicantur epulones & ebrij, atque carnales homines? Intemperantia morborum mater eſt, & medicorum emolumẽtum. Longus eſſet concinnãdus tractatus, ſi nunc de gula & luxuria, atque voluptate diſſerere vellem, & de damnis, quæ ex his proueniunt. Dicẽdum etiã foret de abſtinentia, ſobrietate, modeſtia quibus carnis malitia amouetur. Non poſſumus iure carnem noſtram conſumere, ſed debemus illam ita moderari vt ſeruiat ſpiritui: non poſſumus dum viuimus omnẽ concupiſcentiam delere, ſed frænum illi adhibere, & eius motus compeſcere. Scio (inquit Paulus) quod non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bo-

Concupiſcentia.

Eph.5.29.

Rom.7.18.

Digitized by Google

bonum &c. nu. 21. Inuenio, in quit, legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet: condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem: video autẽ aliã legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. In fęlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrum. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei: carne autem, legi peccati. & ca. 8. nihil ergo damnationis eſt ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulãt. Vides carnis ſtimulos etiã amicis Dei moleſtos eſſe, ſed ſi reprimuntur nihil afferunt dãnationis, imo ſtrenue pugnãti materiã præbent illuſtrioris coronæ. Adiunge his illa, quæ idẽ Apoſtolus dixit. c. 6. nu. 11. Ita & vos exiſtimate, vos mortuos quidẽ eſſe peccato, viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu Dño noſtro. Non ergo regnet peccatũ in veſtro mortali corpore, vt obediatis cõcupiſcẽtijs ei⁹. Sed neq exhibeatis mẽbra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo tãquã ex mortuis viuentes: & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. ca. 8. nu. 13. fratres debitores ſumus non carni vt ſecũdum carnem viuamus: ſi enim ſecũdum carnem vixeritis moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Nũquid nõ eſt ſtatutũ omnibus ſemel mori? quid ergo mors carnalibus denunciatur, vita autem ſpiritualibus? alia mors formidabilior manet impios: aliam vitã incõparabiliter fęliciorem ſperant pij. Denique ad Coloſſ. 3. num. 5. Mortificate, inquit, membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram: fornicationem, immũditiam, libidinem, concupiſcẽtiam malam &c. & ad Epheſ. 5. num. 3. fornicatio autem, & omnis immũditia, auaritia nec nominetur in vobis ſicut decet Sanctos, aut turpitudo, aut ſtulti loquium &c. Hac ratione à mouebitur malitia à carne, ſi omnis illi, quoad fieri poſsit, occaſio detrahatur.

Rom. 6. — Ca. 8. — Coloſſ. 3. — Epheſ. 5.

Adoleſcẽtia & voluptas vana ſunt: imo niſi illa magna prouidẽtia gubernetur, iſta vero refutetur, repellaturq inſignem afferunt homini detrimẽtũ. Nihil magis rationi inimicum quam corporis voluptas, quæ in animi perniciem non timiſsillabitur, ſed patentiſsimis irruit oſtijs, quæ claudere nõ poſſumus penitus dũ viuimus. Quinq. ſenſus oſtia ſunt, quæ vtile, ab inutili honeſtũ à turpi nõ diſcernunt, id libẽtius admittunt, quod magis blãditur, & ſæpe quod magis eſt inimicum. Oculi luce delectãtur,

pulchritudinē amant corpora lem, quæ ſi veneno cõcupiſcētiæ infecta ſit, hominē turbat, rationem de ſuo gradu deijcere tentat. Aures amant dulces ſonos, ſuaues armonias, quibus ſi quid laſciuum miſceatur aut ex ore fęmineo procedant, animus commouetur, corpus praua libidine impugnatur, plericlitaturq. hominis ſalus. Quid dicam de odoribus & ſapotibus, in quibus multorũ ſtudium tantum elaborauit, vt iā grandia volumina de condimētis ciborum ſcripta ſint. Nõ eſt contenta humana gula & luxuria naturalibus ſaporibus, quos ſuauiſsimos ac numeroſiſsimos natura liberaliſsima indulgentiſsimaq. hominis parens ſuppeditauit deprauata gula naturalia cœpit faſtidire: multa arte magniſque impendijs gulæ & ventris voluptati ſeruitur. Illius ſenſus, qui omnibus eſt animantibus communis, & maxime neceſſarius, ſ. tactus vis magna eſt, qui niſi magna diligētia cuſtodiatur ac mortificetur, hominē facit beſtijs ſimilē, viliſsimũq In omnibus vna eſt cõmunis voluptas, ſed non æqualis voluptatis gradus, non par periculum. Illa voluptas nocētiſsima eſt, quæ aduerſatur D legi, aut quæ paulatim hominem trahit in ruinam. Nihil autem eſt ſenſibile, quod homini inſipienti non

Ciborum condimenta & apparatus.

Gula.

poſsit eſſe offendiculum: ſed multa ſunt aperte nocentia, multa manifeſtum afferunt detrimentum. Qua propter viri ſanctimonia præſtantes etiam honeſtas voluptates repudiabant, ne caro illarum illecebris attracta plus poſceret quam ſibi dari æquum eſſet. Hinc ieiunia ſanctorum, veſtium aſperitas, ſtrati duritia, ſermonis parſimonia, ſolitudinis ſtudium, ciborũ ſimplicitas, quos mirifice cõdiret comedētiũ fames: timebant animi mortem, ideo mortificabant membra carnis. Nos qui carnalem vitā amamus vndiq. voluptatis irritamenta quærimus: non multum curamus quam bene valeat animus, de corporis ſanitate ſoliciti in voluptatem magno ſtudio incumbimus: cõmunes cibos reſpuimus, condimētorũ artem accerſimus, cauſamur ſtomachi imbecillitatem, aut deiectā appetētiā, quæ excitāda eſt artificioſa victus præparatione, cũ huiuſmodi faſtidia ingluuies ſæpe pepetit, rolliq. facile poſſet abſtinētia. Sed eſto cibo delicato & artificioſo opus ſit homini ęgrotāti, aut praue aſſueto, quid neceſſe eſt grandem ciborum apparatum menſis inferre? pudet referre, ſed tamen referēdũ eſt. Prælatus quidam prophanus, qui in domo parētum pane cibario, & communi pulmento fuiſſet conten-

Digitized by Google

contentus,vt etiam hac via falſam nobilitatem prædicaret, magnifico vtebatur ciborum apparatu.Cum cæna magna ciborum copia,& multa arte parata eſſet,& qui accumbebant omnes é prādio meridiano eſſent repleti, cibi fere intacti de menſa tollebantur: aſsidentiū vnus dixit, vt quid perditio hæc? tunc indignatus prælatus oſtenſis famulis viliſsimis ait, numquid non iſti comeſturi ſunt? tales autem erant famuli vt viliſsimo cibo contenti eſſe debuiſſent, ſed homines ambitioſi,luxurioſi,vani atque prophani magnifici haberi ſtudēt diſpendio bonorum quæ iuſtius eſſet pauperibus diſtribui.

Voluptas. Sed ad rem redeamus. Voluptas per ſe mala non eſt, alio-

Gen. 2. quin Deus non plātaſſet à principio paradiſum voluptatis, in quo poſuit hominem, quem formauerat. Tūc cæpit eſſe noxia voluptas cum mens hominis à creatore & Domino ſuo defecit, remota iuſtitia originali:ſic omnia diſſoluta,turbataque ſunt,vt ſenſus à rationis imperio reſiliant,omniaque in homine confuſa inordinataq. ſint, tunc ſerpens decipiendi mulierem nacta occaſionem

Gen. 3. ait, nequaquam moriemini, ſed eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum. Viditque mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius & comedit.Ecce mulieris oculi pulchritudinis voluptate capti, aliā voluptatem promittunt, nec illa voluptate coloris contenta mulier, guſtus voluptatem ſiue ſuauitatem quærit.Attende quam antiquum malum ſit voluptas vnde omnia mala oriuntur,nemo enim dum peccat aliud quærit niſi voluptatem,turpis ob carnis voluptatem inſanit. Auaro lucrum voluptatem affert:ambitioſo honor:vano laus: inuido alterius calamitas: crudeli vltio: alij fraudibus,alij rapinis, alij ciborum copia delectantur, trahit ſua quemque voluptas.Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas.Dum malis affectibus laxamus habenas, & vitia capiunt incrementum, nouæ excogitantur voluptatis artes, indulgemus gulæ, venter plenus deſpumat libidinem à fornicatione ad inceſtum,ad adulterium,ad nefandum ſcelus fit tranſitus. *Diuitiæ.* Appetimus diuitias, ſi adipiſcimur ſequitur arrogantia, oſtentatio, huius argumenta ſunt pompa, apparatus,luxus,hęc ſequitur manifeſta pernicies.Namq.

Vt opes nimias mundo fortuna ſubacto Lucanus.li. 1.
Intulit, & rebus mores ceſſere ſecundis

Præ

Prædaq. & hoſtiles luxum ſuaſere rapina:
Non auro tectiſue modus menſaſq. priores
Aſpernata fames, cultus geſtare decoros
Vix nuribus, rapuere mares: facūda virorum
Paupertas fugitur, totoq. accerſitur orbe
Quo gens queq. perit.

Saty. 6. Iuuenalis vero ait.
Sæuior armis
Luxuria incubuit, victumq. vlciſcitur orbem.

Adiungamus his Silium Italicum dicentem:
Lib. 15. *Aſpice late*
Florentes quondam luxus quas verterit vrbes:
Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hoſtes,
Quantum ſola noces animis, illapſa voluptas,
Ebrietas tibi fida comes, tibi luctus, & atris
Circa te ſemper volitans infamia pennis.

Ergo non ſolum vana, ſed nimium nocens eſt voluptas.

Sacharuth, id eſt, voluptas. LXX. Amentia ſiue ſtultitia: Chaldæus. Dies nigredinis capillorum: alij pubertatem vel iuuentutem. Sachar. Sachar, id eſt, de nigro. Iob. 30. nu. 30 Sachor, id eſt, niger. Leuit. 13. num. 31. 37. Sechorah, id eſt, nigra. Cāt. 1. num. 4. & nomen Sachar, id eſt mane, aurora, diluculum, & verbum Sachar, id eſt, vigilo, de luce vigilo, diluculo conſurgo. Iob. 8. num. 7. Prou. 11. 27. diluculo venio Pſ. 77. v. 34. &c. Mane quæro Iob. 7. nu. 21. illa autem quæ ardenter amamus diligenter quærimus, ad illa diluculo vigilamus: amoris magnitudinem ſequitur voluptas fruitionis rei concupitę cum tenetur: voluptatis ſpes accendit deſiderium hinc fit vt verbum hoc etiam deſiderare ſignificet, Prou 7. v. 15. Deſiderans te videre H. deſiderando faciem tuam. Arias Montanus vertit, ad quærendum mane facies tuas. Forſterus, vt Auroram faciem tuam. LXX Deſiderans tuam faciem. Certe hoc loco non videtur quadrare illa ſignificatio, ſcilicet, mane quęro, quoniam hæc veſperi contigiſſe narrantur. num. 9. In obſcuro adueſperaſcēte die in noctis tenebris & caligine. Neque videtur conſentaneum vt meretrix dicat ſe iam à primo mane egreſſam fuiſſe in occurſum iuuenis væcordis, vt tota die illum quæſierit. Cum interpretes ducta ſimilitudine ab aurora, aut nigredine hoc nomen Sacharuth varie interpretentur: cur eadem licentia non potuit vulgatus voluptatem vertere, quæ mentem adoleſcentis turbat? Sichor Turbidum ſignificat Ioſue 13. nu. 3. Ierem. 2. numer. 18. & ideo

Nilum

Nilum ſignificat Iſa. 23. num. 3. Obfuſcat mentem voluptas, denigrat famam vt dicebat. Silius Italicus, caligine inuoluit animum: merito igitur ſic vertit vulgatus.

CAP. DVODECIMVM.

V. 1. He. *Et memento creatoris tui in diebus iuuentutum tuarum, vſquequo non veniant dies malitiæ, & attingant anni, quibus dicas, non mihi in eis voluntas.*

Lat. *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, ante quã veniant dies afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent.*

Memoria beneficiorum. Gratitudo.

COmmẽdauerat capite præcedenti eleemoſynam & bonorum operũ exercitationẽ: iuuenum intemperantiam reprimere tentauit memoria D. iudicij: Nunc eoſdem alloquitur illis ante oculos ponens memoriam primi beneficij, quod à Deo acceperunt, ſuadetque gratitudinem, quæ tunc maxime declaranda eſt cum vigent ſenſus, quãdo vires ſuperſunt ad bene agendum, quando ſeruitus noſtra libera eſſe videbitur: quando mens nõdum praua conſuetudine corrupta eſt. Si enim quæ Deo debetur ſeruitus in aliud tempus differatur, fortaſsis animus malorum mole oppreſſus, & iniqua conſuetudine deprauatus legitimę pænitentiæ tempus non inueniet, neq. tunc dolebit eo quod Dei maieſtatem impijs factis offenderit, ſed ſeruili timore à pænis liberari exoptabit: ſicut in fælix ille Antiochus de quo 2. Mach. 9. 13.
ſic ſcriptum eſt: Orabat autem hic ſceleſtus Deum, à quo non erat miſericordiam conſecuturus. Mira ſane ac formidanda ſententia, quæ tantum nobis debet terroris incutere, quantũ ſpei ingerit illa Ezech. Ezech. 33.
33. n. 11. Viuo ego dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, ſed vt cõuertatur impius à via ſua & viuat. Cõuertimini, conuertimini á vijs veſtris peſſimis, & quare moriemini domus

mus Iſrael? Vide plura de hac
Ca. 18. re ca. 18. nu. 21. &c. Reuera ita
eſt, Deus pænitentem non abij
cit, neque vult animam perire,
ſed ſicut miſericordia veniam
offert, & expectat vt miſerea-
tur, ita iuſtitia deſerit ingratũ,
& indurat cor rebelle ac contu
max Dei gratiã parui pendens.
Nemo igitur ſibi promittere po-
teſt verã contritionem, legiti-
mãque pœnitentiã, quæ à Dei
miſericordia pendet, hæc autẽ,
vt iã alias dixi, libera eſt, nulli-
que legi ſubiecta. Ergo conẽ-
mur præuenire dies malos, ſa-
nitatem animi conſeruemus,
benigni medici documenta ne
forte iratus contemnat ægro-
tũ. Si Dei bonitas amore ſum-
mo digna eſt, cur illã in iuuen-
tute non amabimus, quãdo ap
tiſsime nos componere poſſu-
mus ad dilecti beneuolentiã,
complacentiãque? conſidere-
mus attente illã ſapientis ſen-
Prou. 22. tentiã Prou. 22. num. 6. Ado-
leſcens iuxta viam ſuam etiam
cum ſenuerit nõ recedet ab ea.
H. Initia puerum ſuper os viæ
ſuę &c. Inſtrue, informa ſtatim
Thren. 3. 27 à pueritia, bonum enim eſt vi-
ro cum portauerit iugum ab
Lib. 3. Ode. 24. adoleſcentia ſua. Eleganter Ly
ricus dixit.

Eradenda cupi ìinis
Praui ſunt elementa: & teneræ ni
mis
Mentes aſperioribus
Formanda ſtudijs

Et Epiſt. 2. ducta ſimilitudine
equi & canis venatici idem do
cet:

Fingit equum tenera docilem cer
uice magiſter
Ire viam, quam monſtrat eques.
Venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latra-
uit in aula,
Militat in ſiluis catulus: Nũc
adhibe puro
Pectore verba puer, nunc te me-
lioribus offer:
Quo ſemel eſt imbuta recens ſer-
uabit odorem
Teſta diu.

Memento creatoris tui: memẽ
to iudicis, ſed iſta memoria ter
rorem affert, à peccatis retra-
hit. Bona profecto memoria,
quę præſeruat animũ à corru-
ptione vitiorum, ſed perfecta
iuſtitia non ſolum declinare à
malo præcipit, ſed etiam face-
re bonum. Memẽto igitur crea Pſ. 33. v. 15.
toris tui, vt illum non tamquã
ſeruus timeas, ſed tamquã om
nium bonorũ fontem diligas,
qui dignus eſt amari etiãſi ni-
hil ab illo ſperandum foret. Fi-
lij parentes pauperes honora-
re ac tueri ius naturæ pręcipit,
Deo plus debemus, quoniam
pater eſt ſpirituũ. Ad Hebræ. Hebr. 12.
12. num. 9. Patres quidem car-
nis noſtræ eruditores habui-
mus, & reuerebamur eos: non
multo magis ob temperabi-
mus Patri ſpirituum & viue-
mus? & illi quidem in tempore
pauco-

paucorum dierum ſecundum voluntatem ſuam erudiebant nos: hic autem ad id, quod vtile eſt in recipiendo ſanctificationem eius. Nil nobis conferre poſſunt parentes noſtri niſi temporale, & mundanum, verum Pater, ſpirituum creator, animorum plaſmator, bona cōfert ſpiritualia, quę nomine ſanctificationis cōtinentur. Æquū eſt vt beneficij maximi memoria maximum in nobis generet amorem: quid ſi meminerimus Dei conſeruatoris Redemptoris, glorificatoris? Acceptorum beneficiorum delectus habendi, inquit Cicero, & in primis quo quiſque ſtudio, vel beneuolentia fecerit &c. Quod cum ita ſit, nullum magis beneficiū memoriæ præſens eſſe debet, quam quod à Deo accipimus, quoniam eius munera præclariſsima eximiaque ſunt: & liberaliſsima beneuolentia facit nobiſcum miſericordiam, & quod magis veneratione & gratitudine dignū eſt, quia ingratis non ceſſat benefacere, & eos beneficijs proſequitur, qui ſupplicio erant digniſsimi. Homo homini benefacit, à quo etiam aliquid emolumenti recipere poteſt, nō talis eſt Deus cui Dauid ait: Dixi Domino Deus meus es tu quoniam bonorum meorū non eges. & Lucretius alias impius de Diuina natura dixit,

1. Offic.

Pſal. 16.

Lucretius.

Ipſa ſuis pollens opibus nil indiga noſtri.

Accepimus à Deo eſſe, viuere, ſentire intelligere, & plurima alia bona, numquid aliquid talle ei conferre poſſumus? cui gratia referri non poteſt, inquit Cicero, quanta debetur, habenda tamen eſt quantam maximam animi noſtri capere poſsint. Quid ergo pro tantis beneficijs à nobis exigitur? Memento, inquit, creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ. Antequam noſſe poſſes beneficij magnitudinem, & benefactoris beneuolentiam ac liberalitatem, multis es beneficijs cumulatus, pręuenit te Deus ſuis donis: ergo cum iam tempus ad eſt, quo poſsis beneficia cogitare Memento creatoris tui. Vide quanta bona quam facili negotio recompenſes, dummodo id facias in diebus iuuentutis tuæ.

Philip. 3.

Deus noſtri memor.

Gratia quæ tarda eſt ingrata eſt, gratia namq.
Cum fieri properat, gratia grata magis.

Auſonius.

Valde deteſtamur ingratitudinem: ergo in nobis illam deteſtemur, cum erga Deum ſit maxime deteſtabilis. Plurimi facimus alicuius viri boni recordationem, cum ſumus certiores illum memoriam habere noſtri: quis non gaudet cum ſibi offertur ſalutatio ex nomine amici abſentis? Ergo plurimi

rimi faciamus Dei memoriam; quid eſt homo, inquit Dauid, Pſal. 143. 3. quod memor es eius, aut filius hominis quia reputas eū? Nefarium ſane eſt eius obliuiſci qui noſtri memor eſt, & creator noſter eſt. Iſai. 44. Iſa. 44. nu. 21. formaui te, ſeruus meus es tu Iſrael, ne obliuiſcaris mei. &c. Iſa. 49. Iſa 49. nu. 14 Dixit Sion dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus eſt mei. Huic ſ. ttæ querimoniæ reſpondet Dominus, nu. 15 Numquid poterit obliuiſci mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te. O infinitam Dei clementiam, ô ſuauiſsimā ſaluberrimamq. memoriam. Ergo memento creatoris tui, defenſoris tui, redemptoris tui. Antequam veniant dies afflictionis, ne forte tunc Dei tui meminiſſe non poſsis, quoniam nō eſt in morte qui memor ſit tui, inquit Dauid. Pſal. 6. 6. Quod licet intelligatur de ſalutari recordatione hominis morientis in peccato, & iam extra vitam poſiti, tamen de ipſo mortis articulo commode intelligi poteſt, non quia non poſsit tunc conuerti homo, ſed quia rariſsime contingit, *Sera penitētia* vt qui totam vitam in peccatis conſumpſit, & Dei patientiam & miſericordiam contempſit, in morte dignā faciat pænitētiam, Deiq. memoriam habeat ſalutarem, vt de Antiocho dicebamus. Si huius memoriæ vtilitates recenſere vellem nimiam moram facerem. Memores ergo ſimus Dei dum bene nobis fuerit vt ipſe noſtri memoriam habeat in die afflictionis. Si creationis memoria non tam efficax eſt eo quod nobis creatio cum cæteris rebus communis videtur, meminiſſe debemus nos ad imaginem Dei factos eſſe, & omnia viſibilia propter nos creata eſſe. Si adhuc hoc parū mouet quia Deus ſolo verbo ſine vlla difficultate omnia creauit, cōſideremus beneficij magnitudinem, non tam ex re ipſa, quæ datur quam ex voluntate dantis & ex neceſsitate accipientis penſandam eſſe. Eia ne vlla tibi ingrato ſit excuſatio. Memento Redemptores tui tibi dicentis. Recordare paupertatis meæ & tranſgreſsionis meæ abſynthij & fellis. Thren. 3. 19 Vel vt eſt in. H. Recordare afflictionis (vel paupertatis) meæ & rebellionis meæ &c. Recordare quia propter te pauper & afflictus eſſe volui, cum ſim Dominus omnium: recordare rebellionis contra me, recordare quod pater meus poſuit ſuper me omnes trāſgreſsiones tuas, Iſai. 53. omnia ſcelera tua, recordare illorum verborū quæ in cruce dixi, Deus Deus meus reſpice

in me quare me dereliquiſti, lõge à ſalute mea verba delictorum meorum &c. Reſponde, ô Chriſtiane & dic, memoria me mor ero & tabeſcet in me anima mea. Caue ne dicatur tibi, Deum qui te genuit dereliquiſti & oblitus es Domini creatoris tui. H. Petræ gignentis te obliuiſceris (vel, Petram gignentem te obliuiſceris?) & obliuioni trades Deum parturientem te. In quibus verbis mihi videtur Moyſen ad Chriſti paſsionem reſpexiſſe, & in rebelles perfidoſq. Iudæos, qui contra Chriſtum conſpirarunt inuectum fuiſſe: quamquam ſermo ad omnes pertinet, maxime ad Chriſtianos, qui ex aqua & Spiritu ſancto regenerati ſunt, vt ſint noua creatura per ſanguinem Chriſti recreati. Chul, quod ſignificat hoc loco Deut. Creare ſignificat formare Iob.15.nu.7. Pſal.89. v. 2. Gemere Iob.26.num.5. Dolere Iſa.23.n.8.c.23.n.5.c.26.n.17. Ierem.4.n.19.ca.5.nu.3.nu.22. Ezech.30.n.16. Mich.4.nu.10. Habac.3.nu.10. Zach.9.nu.5. Concipere Pſal.50 v.7. in iniquitatibus conceptus ſũ. Prou. 8.n.24. Parturio Iob.39. nu.1. Iſa.23.nu.4.c.26 nu.18.c.45.n. 10.c.66.n.7.n.8. Ierem.4.n. 31. Ezech.30.n.16. Aduerte Deum vocari Petram ſed hoc nomen peculiari ratione Chriſto tribuitur, vt dixi libro de D. Nominibus, quot autẽ doloribus nos parturiuerit Chriſtus quis non nouit? Memento ergo Redemptoris, formatoris, genitoris, parturiẽtis te, dolẽtis propter te, ac dicentis, ô vos omnes qui tranſitis per viam attendite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Nunc eſt opportunum tempus huius memoriæ, antequam veniant dies malitiæ, dies tribulationis, præſertim dies iudicij, & qui proxime antecedunt diem illum, quando areſcent homines præ expectatione & timore eorũ, quæ ſuperuenient.

Thren.3.20 · Deut.32.18 · *Chul.* · Thren.1.12 · Lucæ 21.

V. 2. H. *Vſquequo non tenebreſcat ſol, & lux, & luna, & ſtellæ, & reuertantur nubes poſt pluuiam.*

Lat. *Antequã tenebreſcat ſol &c.*

Dies Iudicij. QVidam hęc nomina pro prie vſurpant, & ad vltimũ mũdi tẽpus referunt hanc ſentẽtiã; alij ad mortẽ cuiuſq., qñ omnia homini videtur mutari, & cũ vis oculorũ & aliorũ ſenſuũ illum deficiat exiſtimat omnia tenebreſcere. In fine mũdi quaſi in morte magni principis omnia turbanda ſcimus, huius mortem omnia mærore & lacrymis proſequentur, cælum commouebitur, & pullatum incedet, ſol & luna retrahent lumen, vel amicient, hi ſunt mundi oculi caligantes præ mærore; & quemadmodum

dum in multorum morte videmus inordinatos quoſdam motus, & caloris efferueſcentiam,ſic,vt dicit B.Petrus, cæli magno impetu tranſient,& elementa calore ſoluentur &c. Vide ibi plura quibus diei illius horribilis accidentia deſcribuntur.Math.24.nu.29.Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur &c.Vide etiam Lucæ c.21.nu.25.Marci 13.nu.24 Iſa. 13. n 10.Ecce dies Domini veniet crudelis & indignationis plenus &c. Quoniam ſtellæ cæli, & ſplendor earum non expandent lumen ſuum, obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, & luna non ſplendebit in lumine ſuo &c.Item Ioel.3.n.15.& ca.2.n.31.Huic expoſitioni,& illi quę de morte cuiuſq. locum hunc intelligit,videtur obſtare illud quod dicitur, & reuertentur nubes poſt pluuiam.Verũ non eſt neceſſe vt omnia accipiantur in propria ſignificatione; neq. ad idem tempus pertinere, quare nubes poſt pluuiam reuerti, ad antecedentia diem vltimum & ſolis laborem pertinere poterit, vt ſignificetur inundatio aquarum & fames quæ nimiam pluuiam & aeris inæqualitatem ſequitur.

2.ca.3.n.18.

Math.24.

Iſai.13.

Alij de ſenio iſta intelligũt quando omnes ſenſus torpeſcunt,viſus hebetatur,& abundant crudi humores, lacrymæ ſpontaneæ,& humores ex oculis fluunt.Huic obſtat iſta enumeratio ſolis, lunæ, ſtellarũq. ſed dicemus id fieri ad incrementum orationis.

Mortis comites.

Si vero iſta nomina figurate accipiantur,certum eſt vt ſupra indicauimus per ſolem & lucem &c. ſignificari res lętas, proſperitatemq. Item luminaria vocantur iuſti.Philip.2.nu. 15.& Dan.12.nu.3.qui autem docti fuerint fulgebunt quaſi ſtellæ firmamenti:& qui ad iuſtitiam erudiunt multos quaſi ſtellę in perpetuas ęternitates. Vt ſignificaret tẽpus illud afflictionis,& dies, qui non placebũt ſolis & luminis &c.obſcuritatem proponit,& tempeſtatem ac nubium frequentiã, quæ non reſoluantur poſt pluuiam ſed continuo perſeuerent. Præterea quando Deus maxime iraſcitur contra aliquam gentem, quam pro meritis ſeuere punire decreuit:aufert iuſtos ab illorum conſortio, ſic deleturus Sodomã eduxit iuſtum Lot; & aufert viros inſignes virtute & eruditione de medio ſceleratorum qui monita ſalutis contẽnunt. Iſa. cap.3.Ecce dominator Dominus exercituum aufert à Ieruſalem & Iuda validum & fortem,omne robur panis,& omne robur aquæ,fortem & virũ bellatorem,iudicem & Prophetam &c.

Philip.2.
Dan.12.3.

Gen.19.

Iſa.3.

v.3. H. *In die qua commouebuntur cuſtodes domus, & ſubuertentur viri virtutis & ceſſabunt molentes, quia diminutæ ſunt, & tenebreſcent videntes in foraminibus.*

Latin. *Quando commouebuntur cuſtodes domus, & nutabunt viri fortiſsimi, & otioſæ erũt molentes in minuto numero, & tenebreſcent videntes per foramina.*

DVPLEX eſt potiſsimũ ſenſus horum verborum, ſcilicet de tempore afflictionis, quam afferre ſolet bellum, quando obſidetur vel expugnatur ciuitas, & omnium rerũ eſt penuria, & plurima deſperatio, vel, de tempore, quo peſtilentia graſſatur, quando omnes trepidatione correpti diffugiunt, vaganturq. & chariſsimum quemque deſtituunt. Tunc non ſunt domi ancillæ ad molendum triticum. Neq. puellæ tunc reſpiciunt per cancellos, aut per foramina retis ligneæ. Nota in Paleſthina erat frequens vſus molarum portatilium, ſicut etiam nũc in exercitu. Pluribus germanior ſenſus videtur de ſenio & per cuſtodes domus intelligunt brachia & manus, per viros fortiſsimos tibias & coxas. Per molentes in minuto numero dentes, qui aut deſunt aut minuũtur, aut infirmi ſunt ad maſticandum cibum. Videntes per foramina ſunt oculi, qui ſedem habent in caluaria intra foramina. Alij aliter iſta accommodant, oſsibus, ſenſibus, ſpiritibus vitalibus & animalibus. Tropologice etiam per cuſtodes domus intelligunt prælatos; viri fortiſsimi ſunt doctores, iudices, viri illuſtres.

Aduerte duo priora nomina in Hebræo eſſe maſculina; duo poſteriora eſſe fæminina. Zuahh, id eſt commoueo, hic. *Zuahh.* Moueo Eſth. 5. num. 9. Tremo Dan. cap. 5. num. 19. Lacero. Habac. ca. 2. num 7. Eſt hic verbum geminatum *Hinc* nomen Zeuahhah, id eſt commotio 2. Paral. cap. 29. num 8. Ierem. 34. num 17. Vexatio. Iſai. 28. num. 19. Ierem. 29. num. 18. cap 24. nu. 9 Feruor. Ierem. 15. nu. 4. Tumultus. Ezech. 23. nu. 46. Deut. 28. nu. 25. & diſpergatis. H. & eris in commotionem. Hhauath, id eſt nuto. hic. Deſpicio c. 7 n. 14. Supplanto, ſubuerto. Iob 8. nu. 3. Peruerto Thren. 3. n. 36. Lædo Eſth. 1. n. 16. Diſperdo Pſ. 145. v. 9. Iniquitatem facio. Pſa. 118 v. 78. Habet contrariam ſignificationẽ, ſcilicet ſuſtento. Iſa c. 50. nu. 4. Batal. i. otioſum eſſe, hic, Prohibeo 1 Eſd. c. 4. n. 21. n. 23 Intermitto, nõ facio. n. 24. Inhibeo. *Batal.*

cap. 5.

Digitized by Google

cap. 5. num. 5. Impedio. c. 6. nu. 8. Tochanoth, id eſt, molentes, alij: molares ſcilicet dentes. Vide v. 4. ſequenti. Arubah, id eſt foramen, hic. Feneſtra. Iſa. c. 60 n. 8. Cataracta. Gen. 7. n. 11.

Arubah.

v. 4. H. *Et claudentur fores in platea in humilitate vocis molæ & conſurget ad vocem volucris, & humiliabuntur omnes filiæ carminis (vel cantici.)*

Latin. *Et claudent oſtia in platea in humilitate vocis molentis, & conſurgent ad vocem volucris & obſurdeſcēt omnes filiæ carminis.*

Triſtitia. Tribulatio.

IN rerum perturbatione, tumultu, difficultate; cùm tyrannide vexantur ciues: in fame, in tempore, quo palam latrones graſſantur magna omnes inuadit triſtitia, grãdis animos occupat timor. Prou. 28. nu. 12. regnantibus impijs ruinæ hominum. ca. 28. n. 2. Cum impij ſumpſerint principatum gemet populus. nu. 16. in multiplicatione impiorum multiplicabũtur ſcelera ca. 28. num. 28. Cum ſurrexerint impij abſcondentur homines. Ergo ſiue metu hoſtium, ſiue latronum, ſiue ob famen oſtia exteriora domus, quæ reſpiciunt plateam claudentur, & quæ intus molet ſ[illegible]umentum id faciet ſine ſtrepitu, ſono exili, tenuique; & minimo terrore expaueſcent, ita vt vox paſſeris putetur clamor hoſtis, aut latronis ſtrepitus, nullus tunc cantilenis operam dabit, ſilebunt organa, non audientur muſica inſtrumenta, hoc eſt, omnis lætitiæ materia remouebitur, & moleſta erunt, quæ aliquando fuerant gratiſsima. Quod leuis ſonus terrorem incutiat homini in anguſtia rerum viuenti, dicitur Leuit. 26. n. 36. Qui de vobis remanſerit dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hoſtium, terrebit eos ſonitus folij volantis &c. Sap. 17. num. 17. multa numerantur, quibus terrebantur Ægyptij toto tempore, quo illos tenebrarum catena conſtrinxit, inter hæc ſunt ſpiritus ſibilans, ſonus auium ſuauis, &c. Omnia illa deficientes, inquit, faciebant illos præ timore. Quis autem in magna calamitate libenter audiet dulces modos, & ſuaues cantilenas? Muſica in luctu importuna narratio Eccleſiaſt. 22. num. 6. Vbi multæ & magnæ ſunt cauſæ mæroris & luctus non admittitur carmen lætum. Iudæi captiui dicunt, ſuper flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus dum recordaremur Sion, in ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra, &c.

Prou. 28. Ca. 29. Cap. 28. Leuit 26. Sap. 17. Eccl. 22. Pſalm. 136.

Si hæc ita ſe habent in commu
Mors. ni calamitate, quid in morte,
quando omnes ſenſus pertur-
bantur, animus mærore obrui
tur? quid fiet tempore illo quo
cæperint vniuerſalis judicij ſig
na prodire areſcentibus homi-
nibus, præ expectatione & ti-
Luc.21. more rerum futurarum?

Hæc autem in hoc verſu cõ
tenta plures de ſenio interpre-
tantur. Oſtia in platea ſunt la-
bia, os ipſum cum dẽtibus mo
læ aſsimilatur, ſenibus ſomnus
leuis, facile excitantur ſiue ad
galli cantum, ſiue minoris vo-
lucris garritu. Filiæ carminis,
id eſt aures obſurdeſcunt, diffi
culter audiunt, ideo inclinan
tur ad audiendum loquentem.
Quoniam ſimilitudines multis
modis accommodari ſolent
ideo, aliqui diuerſimode iſta
interpretantur. Sed vanum eſt
de cuiuſuis opinione eſſe ſoli-
citum. Senex ineptus iam re-
bus agendis, edentulus, tremẽs
voce, in platea loqui non po-
teſt. Lente comedit, parum dor
Satyr.10. mit, Iuuenalis Satyra 10.

Vna ſenum facies, cum voce tre-
mentia labra,
Et iam leue caput, madidiq. in-
fantia naſi:
Frangendus miſero gingiua panis
inermi.

Tachan. Tachanah, id eſt mola, ſiue mo
lens. Tachan, id eſt molo. Iud.
16. num. 21. Iſa. 47. inde nomẽ
illud quod ſignificat molã, &
mutatis puncti Tochanah, id
eſt molens ſiue molaris. Item
commolo. Iſa. 3. n. 15. Exod. 32.
n. 20 Sachach, id eſt obſurdeſ- *Sachach.*
co hic. Tabeſco Thren. 3. n. 20
Triſtis ſum Pſal. 41. v. 6. Curuo
Iob. 9. num. 13. Inclino. Pſal. 9.
h. 10. v. 10. Humilio. Pſal. 34. v.
14 Incuruo Iſa. 5. n. 15. Curuor.
Miſerſio. Pſal. 37. v. 7. ſæpe cõ-
funditur hoc verbum cum ver
bo Sachah eiuſdem fere ſigni-
ficationis.

Filiæ carminis id eſt Aures,
quæ muſica delectantur, ita vi-
detur hic accepiſſe vulgatus
ideo vertit, verbum Sachach,
ſiue, Sachah per verbum ob-
ſurdeſco. Aliqui intelligũt mu
lieres cantatrices, vel inſtrumẽ
ta muſicorum. De nomine fi-
lius alibi diximus. De nomine
Bath, id eſt filia idem fere dici *Filia.*
poteſt, ſed in S.S. hæc peculia-
riter obſeruari poſſunt, filiæ Ba
bylonis, Sion, Ieruſalem, Cha-
naan &c. dicuntur fæminæ ha-
rum ciuitatum ſiue regionum.
Dicuntur filiæ alicuius ciuita-
tis villæ & oppida vicina, illiq.
ſubiecta vt, 1. Paral. c. 7. n. 28. 29
c. 18. n. 1 Nehem. 11. n. 25. 27. 28
31 &c. Ierem. 49 n. 2. Cant. 7.
nu. 4. Filia multitudinis, id eſt
vrbs frequentiæ magnæ, vrbs
populoſa. Thren. 3. n. 13. Filiæ
Pharetræ i. ſagittæ in H. eſt, fi-
lij Pharetræ. Ezec. 17 1. 6. Præ-
toriola H. filia Aſſuryrn. Aſſu-
rym alij buxum, alij abietem
inter-

interpretantur: certum eſt eſſe nomen arboris, & res facta ex tali materia dicitur filia illius. Malach. 2. n. 11. Filia Dei alieni, id eſt idolum colens. Fruſtra laborant, qui ad certam regulam huiuſmodi nomina reducere volunt. Si quæ tamen ſtatui poteſt hæc eſt, quæ ducitur ex cōueniētia inter matrem & filiā, mater concipit, parit, nutrit, filiam, & in delicijs habet; filia aſsimilatur matri moribus, illā imitatur, illi ſubiecta eſt, pater filium inſtruit, caſtigat, coercet, &c. Hinc non erit difficile plures locutiones explicare, nam terra natiuitatis eſt veluti parens hominis, hinc dicuntur filij orientis, filij ſuperbiæ, filij iræ, &c.

v. 5. He. *Etiam de excelſo timebūt, & formidantes in via: & florebit amygdalus, onuſta erit locuſta: diſsipabitur appetentia, quia vadens homo ad domum ſæculi ſui, & circuibunt in platea plangentes.*

Lat. *Excelſa quoq. timebunt & formidabunt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locuſta & diſsipabitur Capparis: quoniam ibit homo ad domum æternitatis ſuæ, & circuibunt in platea plangentes.*

VLTIMA verba huius ſententiæ fauent cōmuni intelligentiæ de ſenio ac tēpore morti vicino; quanquā de vltimo mundi tempore quo antichriſtus regnabit intelligi etiam poſsit, tunc enim homines timebunt ſigna & prodigia de cœlo apparentia, &c. Sed præſtat de ſenio iſta explanare. Senectus calore natiuo deſtituta timida eſt. Audito tonitruo conſternatur, putat etiam de cœlo aliquid caſurum quod caput lædat. Ab excelſo timet ſenex, quia ſe iam morti & iudicio propinquum eſſe conſiderat, ambulans per viam malorum ſuſpicione terretur. Excelſa in noſtra editione eſt quarti caſus, in Hebræo eſt Mihaboah, id eſt de ſublimi, vel, ab excelſo, ab alto.

Florebit amygdalus &c. Figuratæ ſunt locutiones, ideo varijs exponendi modis obnoxiæ ſunt. B. Hieronymus, inquit, quidam ſacram ſpinam interpretantur, quod decreſcētibus natium carnibus, ſpina ſuccreſcat & floreat: quod etiam poſteriores Iudæi quidā ſecuti ſunt, alij tamē membrū virile intelligunt, de qua re vide Pagninum in verbo Nuts. Communis & germana ſententia capitis canitiem interpretatur, ſed non redditur ratio cur caput amygdalo comparetur. Aduerte Saqed .i. Amygdalus

 hic,

hic,& Gen. 43.n.11.Nnm. 17. n.8.Saqad,id eſt vigilo 1.Eſdr. 8.nu.29.Iob.21.n.32.Pſa.101.v. 26.Pſal.126.v.1.Prou.8.n. 34. Ierem.1.num.11.12.ca.5.nu. 6. ca.31.n.28.ca.44.nu.27.Iſa.29. num.20.Thren.1.nu. 14. Dan. ca.9 num.14.Quoniam vigilia ad caput pertinet,& in ſenibus creſcit,ſæpe enim à ſomno excitantur vel ob dolores,& vrinæ moleſtiam,vel ob cruditates,ideo caput amygdalo comparatur, quæ citiſsime floret, & maturitas acceleratioq. vigilia vocatur. *Saqad.*

Impinguabitur locuſta &c. Quidam de pedum tumore,& crurum inflatione interpretantur:alij de grauitate narium,cuius cauſa difficulter aſſurgunt ſenes:ſed mihi probabilior videtur illorum explanatio, qui ad ventris grauitatem, onus, pinguedinemq.iſtam referunt: nam locuſta tota venter videtur, qui pro ratione aliarum partiũ corporis maximus eſt, ſenibus autem humorum craſſitudine venter tumeſcit graueſcitq. çabal,id eſt porto,ſupporto,geſto. çebel,id eſt onus Nehem.4.nu. 17. Iram çabal. id eſt onus. 3.Reg.5.num. 15. 2.Paral.12.nu.18. &c. çbolth, id eſt onera Exod.1.num.11. ca. 5.num.4.&c. & quoniam pinguedo & craſsitudo grauat, oneratq.ideo ſignificat in pinguare, & craſſum eſſe. Pſalm. *çebel.* 143.v.14.boues eorum craſſæ H.Meçubalym, id eſt onuſtæ, grauatæ.

Diſsipabitur capparis. Abijonach,id eſt auiditas,appetentia,deſiderium voluntas,intentio à verbo Abah,id eſt deſidero.Pſalm.118.v.131. Thaabah, id eſt deſiderium v.20. deſiderare. H. pro deſiderio: quanquam poteſt eſſe verbum vt ibi dictum eſt.Volo. Leuit. 26. num.1.Iob.39.nu.9.Iſa.1.num. 19. ſæpe vbi vulgatus vertit, Nolo.H.eſt,non volo, vt Gen. 24 nu.5.nu.8.Deut.1 nu.25. c. 2.nu.30 &c.Intendo. Pſal. 80. v.12.Acquieſco.Prou.1.nu.10. nu.30.Deut.13. nu. 8. 3 Reg. 20. num. 8. &c. Inde Abijon, id eſt pauper, qui deſiderijs abundat, cum vacuus ſit rebus deſideratis.Hinc fit vt locus iſte varie intelligatur pro appetentiæ diuerſitate. Alij ad ſtomachi faſtidium referunt, alij ad veneream cõcupiſcentiam; Hebræorum quidam membrũ genitale interpretantur. Vulgatus Capparim vertit, quæ cibi appetentiam ſolet excitare, vel quia reuera nomen id etiam ſignificat, vel vnam metaphoram per aliam declarauit, ſed probabilius eſt nomen ſignificare Capparim vt tranſtulerunt Lxx. quos omnes Græci interpretes ſecuti ſunt. *Abah.*

Phur,id eſt diſsipo,diſpergo, diſſoluo,deſtruo,euacuo,con-

tero

Digitized by Google

tero, irritum facio &c. His modis & ſimilibus ſolet vertere vulgatus. Inepte Lorinus hoc verbum ponit ſicut eſt in Hebræo in futuro: quoniam poteſt inducere in errorem lectorem minus cautum minuſque eruditum, putabit enim verbum eſſe Thaphar, id eſt, confuo. Thapher autem eſt tertia perſona fœminina futuri, id eſt, diſsipabit, vel diſsipabitur &c. Qui conſulit lectoris vtilitati ipſas radices verborum ponere debet, vt poſsit dictionaria lector conſulere.

Sepulchrum. Mors. Planctus. In domum æternitatis &c. Sic vocatur ſepulchrum, vel manſio animæ poſt hanc vitã. *Hholam.* Hholam, id eſt, æternitas, ſæculum, perpetuum, antiquũ &c. & eſt indifferens ad durationem longam finitam tamen, & ad durationem carentẽ fine. Sepulchrũ dicitur domus æternitatis, quia corpus ibi manet vſque ad finem ſæculi, maneretque perpetuo ſi naturæ vires expectaret: ſed Dei omnipotentia in vitam reuocabuntur mortui ad iudicium finale. Status autem animarum poſt hanc vitam eſt æternus quoad gratiam & gloriã ſanctorum: & quo ad pænam ſenſus & dãni impiorum: & quoad pęnam damni paruulorum, quos ſolum originale peccatum infecit. Significat etiam Hholam, id eſt, ſæculum hunc mundum vt viſum eſt cap. 3. nu. 11. Vbi vulgatus vertit, mundum. Vide ibi. & cap. 9. num. 6. ſæculum pro mundo, præſentiq. duratione rerum vſurpatur. Ex quo ſequitur ſepulchrum vocari domum hominis, domum inquam ſæculi ſui, quia hæc eſt certiſsima illius habitatio, aliæ domus ſunt in certæ in quibus non ſemper manet homo, ſed per interualla, nec omnes homines in eadem ſemper domo morantur, ſed ex vna in aliam migrant. Sepultura eſt domus omnium hominum, domus ſæculi huius, ſæculi humani. In hac domo ab omni labore vacat corpus, ibi ſomnum dormit ſempiternum. Huc tandem curæ noſtræ perueniunt, hic omnis ambitus finitur, ceſſat contentio, ſolicitudo: euaneſcũt omnia humana ſtudia, quibus mundanis rebus incubuimus: & ne ſine vanitate aliqua recedatur à ſæculo, ante mortem quærũtur ab ipſo morituro, vel ab eius propinquis, in morte qui illum vel ficte luctu & artificioſe plangant: & tanta eſt hominum vanitas & inſania, vt in morte carere lamentis miſerum putetur. Etiã in planctu faſtum excogitauit humana curioſitas, ne dicam inſana vanitas. Solennis etiam planctus in vſu fuit viris probis, credo ideo factũ ne in re, quæ per ſe praua non eſt à commu-

muni vulgi conſuetudine abhorrere videtétur. Plãct⁹ mortis Iacob durauit ſeptuaginta diebus Gen. 50. nu. 3. Hoc in Ægypto factum eſt. Deinde in terra Chanaan ſeptem dies planctus durauit. nu. 10. Quis credat extraneos qui officium funeris faciebãt lacrymas ſemper fudiſſe aut dolore tactos fuiſſe? ſed planctus erat artificioſus. Planctus ſolennitas indicatur Leuit. 10. num. 6. ſcilicet capitis nudatio, & veſtimentorum laceratio. Hæc nudatio capitis niſallor erat capillorum abraſio. 2. Reg. 3. num. 31. Iubentur ſerui Dauid ſcindere veſtimenta, & indui ſaccis in funere Abner. Deuter. 34. num. 8. triginta diebus planxerunt filij Iſrael Moyſen. Ierem. 16. num. 4. Minatur Deus grande ſupplicium impijs. Mortibus, inquit, ægrotantium morientur, non plangentur & non ſepelientur &c. Vide hic morem plangentium ca. 22. n. 18. Non plangent eũ, inquit, væ frater, & væ ſoror &c. Quod autem eſſent aliqui docti ad planctum conſtat ex Amos. c. 5. nu. 16. In omnibus plateis planctus, & in cunctis, quæ foris ſũt dicetur, væ væ, & vocabunt agricolã ad luctum, & ad plãctum eos, qui ſciunt plangere.

Planctus mortuorum. Gen. 50. n. 3. 2. Reg. 3. Ierem. 16. Ierem. 22. Amos. 5.

Poſſemus etiã præſentẽ ſententiã de magna aliqua calamitate belli aut famis interpretari: tunc per flores amygdali ſignificabitur fructuum magna ſpes, ſed quæ fruſtrabitur vel aduentu hoſtium, vel copia locuſtarum omnia vaſtãtium, vt cogantur homines capparim diſsipare, & illã pro pane ſumere: vel quia hoſtes omnia demoliẽtur etiã parietinas & muros hortorum & vineatũ & loca vbi capparis naſcitur. Aduerte amygdalum eſſe frugũ prænunciam, vt dixit Poëta,

Contemplator item cum ſe nux plurima ſiluis Georgic.
Induit in florem, & ramos curuabit olentes,
Si ſuperant fœtus pariter frumẽta ſequentur,
Magnaq. cum magno veniet tritura calore.

Item Amygdalus in S. S. ſignificat celeritatem ſupplicij & calamitatis Ierem. 1. n. 11. Quid tu vides Ieremia? & dixi: virgã vigilantem ego video &c. Sermo eſt de feſtinatione hoſtium ad euertendam Ieruſalem. Pro, vigilãtem hoc loco eſt Saqed. i. Amygdalus, ideo alij vertunt virgã amygdali, & ſtatim ponitur verbũ Saqad. i. vigilo. n. 12. Tot calamitates belli & famis mors excipiet: ſed quia tunc ſolennis planctus non eſt in vſu, vnuſquiſq. enim ſuam calamitatem planget, nec vacabit plãgere alienam, id circo melius de ſenio & morte ſenis hæc ſenten-

Ierem. 1.

ſententia intelligitur, quando planctus eſt fictitius, & ad oſtentationem inductus: nã cognati etiã coactè non ſponte plã gunt ſenem, cuius vita iam erat moleſtiſsima:

Iuuen. Saty. 10. *Vſq. adeo grauis vxori natiſq. ſibique,* (*ſo*
Vt captatori moueat faſtidia coſ-

Audi quid idem Poëta dicat de vero & ficto planctu,

Saty. 13. *Et maiore domus gemitu, maiore tumultu*
Planguntur nummi nemo dolorem
Fingit, in occaſu veſtem diducere ſummam
Contentus vexare oculos humore coacto
Ploratur lacrymis amiſſa pecunia veris.

Ergo nos ante mortem plangamus iniquitates noſtras, nã alienæ lacrymæ poſt mortẽ nihil nos iuuabunt: ſi tamen inueniatur, qui veris nos lacrymis proſequatur.

v. 6. He. *Vſqueque non rũpatur funis argenti, & confringatur vitta auri, & cõteratur hydria ſuper fontem, & cõfringatur rota ad ciſternam.*

Lat. *Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria ſuper fontem, & conteratur rota ſuper ciſternam.*

REpetenda ſunt primi verſus verba. Memento creatoris tui &c. antequã rũpatur funiculus argẽti &c. Vnuſquiſque in ſuo abundans ſenſu has metaphoras interpretatur, nolo auctores cuiuſq. referre quia res eſt parui momenti, & nos etiã alias excogitare poſſumus applicationes, neq. eſt neceſſe omnes expoſitiones in mediũ adducere, quia minus aptę quę dam ſunt. Per funiculum argẽteum intelligunt ſpinalem medullã, à qua nerui omnes originẽ habent & per corpus diffunduntur, qui ſunt inſtrumenta ſenſus & motus. Et per vittã auream cerebri inuolucrum, quod eſt duplex, ſ. Menynx craſſa & tenuis à barbaris dicũtur, dura mater & pia mater. Alij vitam præſentẽ intelligunt homini charam ſicut argẽtum & aurũ, vita autem noſtra ex diebus multis, quaſi ex filis contortis, conſtat. Vita omnibus chara, ſed diuitibus & fęlicibus charior, illis eſt argenteus funis: his aurea vitta. Alij elementorum connexionem, humorum concentũ & armoniã, quę morte diſſoluũtur: vis vero animæ omnia cõtinentis eſt vitta aurea. Chaldæus per funiculũ intelligit linguã: rumpitur funiculus, quia homo priuatur loquẽdi facultate ante mortem, eſtq. hoc mortis ſignum. Poſſunt etiam funiculus, & vitta

vitta

Digitized by Google

vitta referri ad eloquentiam prophanam ac ſactam.

Item diuitiarum amor & cupiditas, quæ animum auari implicant curis, & ligant multis vitijs, in morte rumpentur.

Diuitia. Funiculus argenti poteſt ſignificare ligamen, quo ſaccus argenti conſtringitur: idem de uitta auri dicendum. Quid ſi iſta ad mulierum ornamenta referamus? quidquid in vita charum & pretioſum rumpi dicitur, ac recurrere, quia ab homine moriente relinquuntur, & in aliorum poſſeſsionẽ deueniunt. Hæc quaſi funiculi ligabant hominem, & illorum amore trahebatur. Argentum & aurum omnia ad ſe trahunt,

Iſa. 5. & ſunt peccatorum funes. Iſa. 5. num. 18. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vincula plauſtri peccatum. Rumpetur funiculus, vincula diſſoluentur, finietur omnis voluptas peccati, recedet gloria quæ diuitias comitabatur, hæ ad alios tranſibunt. Anima recurrit ad Deũ, redit ad principium ſuum, quę vittæ aureę aſsimilatur ob ſui pretium, ac pręſtãtiã hęc quaſi vitta colligabat humores & elemenra, omnẽ corporis fabricam, & armoniam.

Conteretur hydria &c. Hydria, id eſt, cor, fons, id eſt, Iecur: Iecur eſt ſanguinis fons vnde omnia membra alimentum ſumunt Cor eſt fons vitę. Cerebri receptaculum, id eſt, caluaria hydria dici poteſt, vtrumque ſimul conteritur in morte: conteri autem dicuntur, quia ceſſat ſenſus & motus, qui à cerebro dimanabãt, & finitur vita, cuius origo erat cor. Alij per hydriam intelligunt folliculum fellis, ſuper gibbum iecoris. Alij veſicam vbi vrina recipitur. Alij aliter. Cum audis hoc ſuper illud frãgi, non intelligas ſitus diuerſitatem, ſed rerum ſimultatem, vt ita dicã, id eſt hoc cum illo, ambo ſimul.

Rota ſuper ciſternam frangitur, quando omnis vitæ reuolutio, omnis curarum & ſtudiorum rotatio ad ſepulchrũ deuenit. Vel anima cum à corpore recedit dicitur frangi rota ſuper ciſternam Poteſt tam anima quam corpus rota vocari; alij reſpirationem quaſi rotam conſiderant: alij appetitum, qui ex corpore quaſi ex ciſterna educit voluptates: alij rotam caput: ciſternam cor vocant. Poſſumus etiam has metaphoras ſic intelligere, vt per aquam, quæ è fonte vel è ciſterna hydria, & non ſolum vaſe, ſed etiã totæ beneficio hauritur, intelligamus rerum humanarum vſum, neceſsitatem, & commoditatem, quæ morte finiuntur, & euaneſcit omnis ſpes vitæ, ſicut cum fran-

gitur hydria & rota, ſitim pati neceſſe eſt, & aquæ vſibus multis priuari.

Rumpatur. In Hæbræo eſt duplex lectio, nam in textu eſt Rachaq, quod proprie ſignificat elongare, longe eſſe, longe recedere procul eſſe In margine eſt Rathaq. id eſt, configo Nahum. 3. num. 10. inde nomen Rathoq, quod vulgatus vertit, concluſio Ezech. 7. nu. 23. Alij, catena Rethuqoth ſiue Rethyqoth laminas ſignificat apud vulgarum. 3. Reg. 6. num. 21. Iſa. 40. num. 19 alij, clauſtrum, vel catenam. Cum aliquid rumpitur partes è longantur.

Rachaq.

Rathaq.

Recurrat. Ex radicis diuerſitate naſcitur diuerſa interpretatio, nam Ruts ſignificat currere, recurrere, feſtino &c. Recurrere autem eſt redite, retro cedere, iterum currere: in præſenti vulgatus accepit pro reuerti, ſeu retro auerti, retrocedere. Retrocedit vitta aurea cũ vis humana deficit, cum anima corpus deſerit &c. Ratſats, id eſt, frango, confringo contero ideo alij vertunt confringatur, &c.

Gulath, id eſt, vitta, à reuolutione ſic dicta, à Galal, id eſt, voluo Ioſue 10. num. 18. Deuoluo Gen. 29 num. 3. Compli co Iſa. 34. num. 4. inde Guloth, id eſt, funiculi 3. Reg 7. num. 41. 42. Gelylym, id eſt, circuli. Eſth. 1. num. 6. Tornatiles Cãt. 5. num. 1. Megylah, id eſt volumen Eſth. 1. in titulo. Zach. 5. num. 2. Ierem. 36. num. 2. Megilath çepher, id eſt inuolutus liber. Ezech. 2. num. 9. Alij volumen libri Gulgoleth, id eſt, caput (ſic dicunt à rotunditate) Exodi. 16. num. 16. Gulah, id eſt, lampas. Zach 4. num. 2. à rotunditate ſic dicta. Ideo aliqui hic vertunt frangatur lenticula aurea. Pueriliter hic errat Lorinus dum hæret Pagnino quem tamen non rite inſpexit, qui mẽtionem facit Gol non tamquam nominis ſed tã quam verbi ſiue radicis, quæ eſt Gol ſiue Gul ſiue Gyl. Vide Pagninum in Galal ad finem. Lorinus autem, fons, inquit, eſt non Gulah ſed Gol &c. Gol in tota ſcriptura nõ reperitur: quærat qui defendere voluerit Lorinum, & me condemnet. Item errat cum dicit. Alioqui neque Hebræa, neque Græca vox vt vidimus proprie vittam ſignificat. Hoc falſum eſt, nam eadem proprietate ſignificat vittam qua poteſt ſignificare circulum, funiculum, aut quid quid in rotundum voluitur, aut formam habet rotundam. Galgal. i. rota ab eodem verbo deriuatur, & à rotunditate ſic vocatur.

Galal.

Et reuertatur puluis ſuper terram ſicut quod fuit, & ſpiri- v. 7. He.

ſpiritus reuertatur ad Deum, qui dedit illum.

Lat. *Et reuertatur puluis in terram ſuam vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.*

INduxerat Eccleſ. c. 3. nu. 21. dubitationem, quæ multorum, animos ſolet pulſare inquiens, *Animus immortalis.* quis nouit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum &c. Nũc aſſertione certiſſima affirmat animum eſſe immortalem & à Deo per creationem formatum, ad ſuum redire principiũ: quod intelligitur de intimo appetitu, quo omnes appetunt fælicitatem, beatamq. quietem quæ in ſola Dei fruitione eſſe poteſt. Cũ ſpiritus egreditur à corpore ad Deũ iudicem redit, cum quo ſi nihil habet purgãdum perpetuo manet, ſi quid purgandum eſt in purgatorio defæcatur, vt inde ad optatam beatitudinis quietem admittatur: ſi vero peccatorum mole grauatus in infernum præcipitatus fuerit à Deo in æternũ exulabit. Corpus vero in puluerem reuertitur, quia de puluere formatum eſt, niſi peculiari priuilegio præſeruetur. Quę igitur inſania corripit tot hominum millia, vt ſic corpori ſeruiant ac ſi animus cum
Sap. 2. illo extingueretur? Dixerũt impij cogitãtes apud ſe nõ recte, Exiguum & cum tædio eſt tẽpus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis, & non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis: quia ex nihilo nati ſumus & poſt hæc erimus tamquam non fuerimus &c. Quãta vitæ deprauatio, quot mala hinc ſequantur ſtatim indicat ſapiens, & nos in hoc libro diximus. Relicto ergo errore inſanientium, audiamus Apoſtolum. Nolite, inquit, errare: Gala. 6. n. 7.
Deus non irridetur: quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. Corpus in puluerem reuertetur, ſpiritus ad Deum redibit, quam grandis illum confuſio operiet cum vilisſimam, quam ſeruiuit ſeruitutem, ibi coram iudice agnouerat? Quam iuſta erit tunc damnatio æterna illius, qui vitam præſentem æternam eſſe optabat, vt corporis voluptatibus ſeruiret? non fuit æterna delectatio ſed fuit æterna delectationis voluntas. Moritur peccator & dolet quia præſens vita finitur quia voluptas euaneſcit, quia præciditur peccãdi occaſio. Quod autem Dei creatoris ſui maieſtatem offenderit, quod Redemptoris ſanguinem ſpreuerit, quod benefactori Deo ingratus fuerit, hoc non dolet. Er-

go

go memento creatoris tui in diebus iuuẽtutis tuæ:memẽto illius vt honorifices, non vt blaſphemes:vt gratias agas,nõ vt nomen illius in vanum aſſumas:vt ſeruias Domino tuo, vt timeas iudicem tuũ,vt ames creatorem,benefactorem, patrem tuum, patrẽ ſpiritus tui: glorificatorem tuum.

v. 8. He. *Vanitas vanitatum dixit Eccleſ. omnia vanitas.*

QVANDOQVIDEM omnia temporalia finem habent,& corpus in puluerem reuertitur,omnia quæ corpori attribuuntur vanitas ſunt. Illa igitur quæramus, quæ vera ſolida,perpetua:ac beata ſunt.

v. 9. He. *Et amplius quod fuit Eccleſ. ſapiens adhuc docuit ſciẽtiam populum,auſcultare fecit,inueſtigauit compoſuit parabolarum multum.*

Lat. *Cumque eſſet ſapientiſſimus Eccleſ. docuit populum, & enarrauit quæ fecerat, & inueſtigans compoſuit parabolas multas;*

VT auditorum animos ad attentionem erigat, ſibique concionanti maximam fidem habeant, Salomon rurſus ſapientiæ ſuæ facit mentionem ſicut fecerat cap. 1. num. 16. in ſententia perſpicua non eſt cur immoremur. Diſcamus libenter ſaluberrima ſapientis documenta: quod ſi in Salomone offendit auditorem morum deprauatio, audiat ſine vlla offenſione Dei ſapientiam quæ numquam errare potuit. Hæc nos in primo ſuæ natiuitatis momento, in tota vita, in morte exemplo docuit omnia, quæ apud mundanos ſunt in pretio, eſſe vaniſsima. Contemplare præſepis vilitatem & paupertatẽ, crucis opprobrium,infamiam, tormentum,& in illa cathedra vbi erant membra morientis inuenies docentis magiſtri doctrinam, qua animus veritate informatur ad beatam æternitatem. Thaqan,id eſt, corrigo. cap. 1. num. 15. & cap. 7. nu. 14 Reſtituo Dan. 4. num. 33. Alij, confirmo. In præſenti, compono alij, dirigo. Alibi non inuenitur hoc verbum. Lorinus. cap. 7. putauit ſolum in hoc reperiri libro, quia R. Mardochai in concordantijs non meminit libri Danielis. LXX in hoc libro vertunt ornare vel ornatum. Tha...

Iother.i.amplius, itẽ præſtãtia,excellẽtia,vtilitas &c.vt alias non ſemel dictum eſt.Quare vertere poſſumus & excellentia,vel vtilitas qua fuit Eccleſ.ſapiens &c.

Quæ-

v. 10. H. *Quæſiuit Eccleſ. inuenire verba voluntatis, & ſcripturam rectitudinis verba veritatis.*

Lat. *Quæſiuit verba vtilia, & conſcripſit ſermones rectiſsimos, ac veritate plenos.*

QValis debeat eſſe doctrina legitimi concionatoris hic docemur. Salomon docuit populum, non apud ſe retinuit ſapientiam, quoniã theſaurus inuiſus & ſapiẽtia abſcondita inutilis eſt præſertim alijs, ſed ſcientia quæ ſine charitate inflat, cum charitate ædificat: vanus doctor inflatus ſciẽtiam non docet alios, ſed oſtẽtat ſapientiam ſuam, non quærit ſermones rectiſsimos, ſed dulciſsimos: non verba vtilia, ſed delectabilia: non ſtudet veritati, ſed vanitati, ambitioni, lucro. 2. ad Timoth. 4. num. 3. Cum informaſſet prudentem concionatorẽ, ac veracem, indicat quales ſint quidam auditores, qui non amant vtilia ſed delectabilia, Erit enim, inquit, tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magiſtros, prurientes auribus: & à veritate quidem auditũ auertent, ad fabulas autem conuertentur. Cum tales ſint auditores, non deſunt ſimiles doctores, qui ſe totos attemperant deprauatæ vulgi voluntati. Iſa. 30. num 9. Populus enim ad iracundiam prouocans eſt, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei: qui dicunt videntibus, nolite videre: & aſpicientibus, nolite aſpicere nobis ea, quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores &c. Magiſtros optabant deceptores ac mendaces, & tales inuenerunt, vt dicitur Thren. 2 num. 14. Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta, nec aperiebãt iniquitatẽ tuã, vt te ad pœnitentiam prouocarent &c. Abundat ſæculum noſtrum talibus cõcionatoribus, qui placere appetunt, & diſplicere timent, quibus Pauli & Ioannis Baptiſtæ vincula terrori ſunt. Vtilitati ſuæ non auditorum conſulunt. Multo aliter Apoſtolus docebat illum audi Actor. 20 num. 18. Vos ſcitis à prima die, qua ingreſſus ſum in Aſiam qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim &c. num 20. Quomodo nihil ſubtraxerim vtiliũ, quo minus annunciarem vobis, & docerem vos publice & per domos. Iſa. 48. num. 17. Hæc dicit Dominus redẽptor tuus Sanctus Iſrael: Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia. (H. ad proficiendum) alij curioſa, alij vana, alij turpia, noxiaque docent, Dominus docet vtilia: & noſ-

Prædicator. Eccli. 41. 17.

1. Cor. 8

Doctor. Malus auditor.

2. Tim. 4.

Iſa. 30.

Act. 20.

& noſter Eccleſ. verba voluntatis & complacentię, non illius voluntatis, quæ ſequitur appetitum ſenſualem, ſed quæ ſequitur rectam rationem, quæ regitur Diuina lege: quæ verũ bonum amat; nam volũtas depranata magis meretur nomen concupiſcentiæ carnalis quam voluntatis. Voluntatis eſt libere agere, ſed libertas quę ſe peccato ſubijcit, miſera ſeruitus eſt; illa vera libertas eſt quæ po
Eccli. 30. 10 teſt transgredi & non tranſgreditur, facere mala & non facit. Nemo ſponte ſua, ſed miſeria in ſeruitutem redigitur, ſolus peccator ſponte ſua & miſeria voluntaria peccato ſeruit. In Hebræo latet duplex ſenſus in illis verbis. Quæſiuit vt inueniret ſcripturã rectitudinis, hoc eſt, quæ docuit prius quęſiuit in S.S. nõ in philoſophorũ diſputationibus; ſcripturæq. D. ſtudio edoctus ſcripſit ſermones rectitudinis. Quid dicemus de illis concionatoribus qui nullam D. ſcripturarum habent ſcientiam, ſed ſermones vulgari idiomate ſcriptos memoriæ mandant, & pro concioni quaſi hiſtriones recitant? Abundant hodie tales.

v. 11. H. *Verba ſapientium tamquã ſtimuli, & tamquam claui plantati, auctores collectionum dati ſunt à paſtore vno.*

Latin. *Verba ſapientium ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi, quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt a paſtore vno.*

QVoniam maxima hominum pars ad bonum tarda eſt & obliuioſa, neceſſe eſt, vt concionator ſtimulis negligẽtes ad curſum exciter, & documenta morum quaſi clauis memoriæ obliuiſcentium infigat. Aliquando lenire dolẽtes, conſolari mæſtos neceſſe eſt, ſed ad id quod magis vrget ſtudium adhibere oportet. Prędicabit quidem captiuis indulgẽ Iſa. 61.
tiam & clauſis apertionem, medebitur contritis corde, ſed tamen dum prædicat annum placabilem Domino prędicat etiã diem vltionis, & qui conſolatur lugentes, debet pũgere eos qui lætãtur cum malefecerint Pſal. 118.
& exultant in rebus peſſimis. Debet cõfigere timore carnes, vt timeant peccatores iudicia Domini. Omnes declinauerũt, Pſal. 13. 3.
ſimul inutiles facti ſunt, nõ eſt qui faciat bonum. Fræno opus eſt & calcaribus, vt reducãtur in viam rectam; in camo & fræ Pſal. 31. 9.
no maxillæ eorum conſtringẽdæ ſunt, qui non approximant ad Dominum. Quoniam tam grandis eſt peccantium multitudo dicitur Iſa. clama neceſ- Iſa. 58. 1.
ſes, quaſi tuba exalta vocẽ tuã, & annuncia populo meo ſcelera eorum & domui Iacob peccata

Nn

cata eorum. Datbonoth, id eſt ſtimuli Darban nu. ſing. 1. Reg. 13. num. 21. Alibi non inuenitur; ſignificat acum in capite fuſtis, qua boues ſtimulantur ad arãdum. Adulatoris eſt ſcalpere aures prurientes, ſapientis eſt ſtimulis pungere. Quicquid ad currendam viam mandatorum Dei incitat ſtimulus eſt, id autem fit timore & amore, metu ſupplicij, & ſpe præmij: viam (inquit Dauid) mandatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum. Chriſtus exultauit vt gigas ad currendam viam, dicens: qui ſequitur me nõ ambulat in tenebris: & qui vult venire poſt me abneget ſe metipſum, tollat crucem ſuam & ſequatur me. Tardi ſumus ad ſequẽdum Chriſtum, opus eſt ſtimulis, ſpinæ illæ ſanguine immaculati agni cruentatæ pungant cor noſtrum, vt curramus poſt gigantem, ſi deficimus clamemus cũ ſponſa Trahe me poſt te curremus.

Darban. *Pſal.118.* *Pſal.18.* *Ioan.8.v.12* *Math.16.24* *Cant.1.*

Stimulus ſummam cutim pungit, claui penetrant & fixi manent; ſapientum verba non ſolum cum audiuntur ſtimulant, ſed manent quaſi claui, quibus res ita copulari ſolent, vt perſeuerent cõiunctæ: ſi verba manent in ſuperficie quaſi ſemen, quod cadit ſecus viam, à volucribus comeduntur. Beati enim qui audiunt verbũ Dei & cuſtodiunt illud. Aduerte

Lucę.8.

Miſmeroth, id eſt claui hoc loco ſcribi per S. ſin, alijs locis per çamec Miçmeroth. Vt hic deduci videatur à verbo Samar, id eſt cuſtodio, quia claui iſti cuſtodiunt hominem, & qui verba ſalutaria cuſtodiunt, à corruptione peccati ſeruantur immunes. Non obſtat huic diuerſitas puncti in dextro vel in ſiniſtro connu litteræ ſin, quia puncta ſæpe Iudæorum ſunt figmenta.

Miſmeroth.

Natahh, id eſt planto Gen. 2. n. 8. &c. Eccleſ. 2. n. 4. c. 3. n. 2. & quia plantę intra terram defiguntur, ideo verbum ſignificat figere, defigere. Sũt verba claui connectẽtes rationẽ & volũtatẽ, volũtatẽ hominis cum Dei voluntate, cum ipſius lege. Sũt etiam plantæ, quę radices agũt & ſurſum erumpunt, atq. fructificant. Si verba concionatorum non tantum habent virtutis, vt claui in altum defixi dici mereantur; configant cor noſtrum claui illi, qui pedes & manus filij Dei cruci affixerũt, vt cum Paulo dicere poſsimus, Chriſto confixus ſum cruci, &c. Viuus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti &c. Sermo Dei nunc ſeparat nos á carnis concupiſcentia, ab auaritia, odio, inuidia, & coniungit, configitque animum clauis obedientiæ, patientiæ, modeſtiæ. Quod ſi nunc illi rebelles fuerimus

Galat. 2.19. *Hebrę.4.12*

rimus experiemur eius efficaciam in iudicio, quando nos in æternum à conſortio Sanctorū ſeparauerit.

Vt ſciamus quales ſint ſapientes, quorum verba ſunt ſtimuli & claui, oſtendit illos eſſe vere ſapientes qui à fonte ſapientiæ hauriunt ſapientiam, vel ab illis qui ab ipſo fonte illam acceperunt, quod certiſsimo argumento cognoſcemus ex conſenſu ipſorum ſapientum, qui continuatam doctrinam per omnia ſæcula conſeruarunt. Ob hanc cauſam dicit verba illa ſapientum per magiſtrorum conſilium data eſſe à paſtore vno. Qui nouam doctrinam in Eccleſiam inducere conantur, inſipientes ſunt, neq. illam acceperunt à paſtore vno Deo, neq. per magiſtrorum concilium, & Patrum antiquorum cōſenſum. Tales mihi videntur nouatores qui verborū nouitatibus magnas excitant tragędias. Non ſunt verba ſapientis, quæ protulit Pererius lib. 4. in Geneſim explicās verba illa c. 1. Ad imaginem & ſimilitudinē noſtram, vbi poſtquam multorum grauiumq. auctorum ſententiam produxit, qui imaginem ad naturam hominis pertinere aſſeuerant, ſimilitudinem ad dona ſupernaturalia, refert, verum hanc diſtinctionem non eſſe ſatiſfirmam, nec D. ſcripturæ admodum conſentaneam probari poteſt tribus argumētis &c. Auctores, quos reijcit ſunt Origenes, Ambroſius, Gregorius Nyſſenus, Eucherius, Victorinus, Theodoretus, Rupertus, Thomas, Magiſter ſententiarum, 2. ſent. diſt. 16. & ibidem, Scholaſtici. Denique complures alij tam veterum quam recentiorum, à quibus recedit Pererius, cuius audaciam conatus ſum reprimere lib. de D. Nominibus verbo, imago. Ne tamen gratis hic videar virum doctū increpare, præcipuū eius argumentum referam, quo in auctorem ſuum retorto ipſius in curiam confutabo. Primum & præcipuum argumentum deſumpſit ex ca. 5. v. 3. Geneſis vbi dicitur, vixit Adam 130. annis & genuit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuā: ſed Adam nō genuit filios donis ſupernaturalibus ornatos, neq. gratia ſanctificatos, ergo ſimilitudo nō ſignificat gratiā, neq. aliquid ſupernaturale. Friuolū ſane argumentū: ac ſi quis cōtenderet verbū nō poſſe ſignificare Dei filium, quia verbum ſæpe pro aeris verberatione vſurpatur. Errat Pererius in deſcriptione imaginis, fallitur aliquibus locis prolatis vbi non eſt Tſelem, id eſt imago, ſed Tſel, id eſt vmbra. Sed his omiſsis retorqueamus argumentum in authorē: quæro ab illo verum imago

& ſimilitudo ad quam genuit Adam filios ſint accidentia, an ſubſtantia. Ridiculum videretur ſi diceret eſſe accidentia, ergo ſignificabitur illis verbis ſimilitudo ſubſtãtialis. Sed quicquid ſit, ſequeretur Deũ creaſſe hominem ſimilem ſibi ſicut Adam genuit filios ſimiles ſibi, quod aperte falſum & erroneum eſſet aſſerere. Male ſane argumentatur & magna leuitate (ne dicam temeritate) tot viros ſanctos refutare contendit. Ex scholę pulueruleutis quæſtionibus ſubito tranſire ad puritatem & nitorem S.S. periculoſum eſt. Onerantur commentaria quæſtionibus ſæpe inutilibus, ſæpe moleſtiſsimis, & difficultas ipſius S. S. in tacta relinquitur. Accipe huius rei vnũ aut alterum exemplum. Ex Gẽ. 3. v. 15. Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuũ & ſemen illius. Cur Pererius non animaduertit hoc loco ſemen aliter & aliter vſurpari? Nunquid potuit hinc colligere ſemen mulieris nõ eſſe eiuſdem ſpeciei ſiue naturæ, quia ſemen diaboli eſt diuerſæ ſpeciei? Item, ipſa conteret caput tuum & tu inſidiaberis calcaneo eius. Cum Hebraice ſit idẽ verbum Suphcur, primo ſignificat conterere; ſecundo, inſidiari? Debuit explanator legitimus S.S. hæc aduertere & nodos ſimiles diſſoluere. Frequẽs eſt in S.S æquiuocatio: vt videre eſt Matth. 8 v. 22. Mortuus Ioannis 4. v. 13. Aqua. Veneremur magiſtros noſtros Sãctos, doctos, & ſi quid in illis minus certũ inueniatur modeſte indicandum eſt, ſine faſtu, ſine ſupercilio vbiq. agendum. Nõ ſunt verba ſapientis illa Franciſci Riberæ, qui Zach. 3. nu. 8. Et quoniam, inquit; apud latinos oriens de ſole dicitur, ſicut & apud Græcos Anatoli, id eſt, ortus: plurimi ex Latinis & Græcis putant Chriſtum propter claritatem, quam tenebris mũdi attulit Orientem vocari, ſcilicet ſolem, vel Anatolin. i. ortũ ſolis vt Cyrillus, Theodoretus, Theophylactus, Euthymius, Beda, & alij multi & Gregorius, Cyrillus, Heſychius, deniq. rarus eſt auctor, qui non ita ſentiat; atq. id non parum videtur confirmari verbis Lucæ c. 1. Per viſcera miſericordię Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto, vbi ſine dubio Euangeliſta alludit ad hunc locum Zachariæ, & ad illum cap. 6. Ecce vir Oriens nomen eius. Atque ita poſuit Anatoli ſicut in his duobus locis Zachariæ reperit apud Lxx quod verſus ſequens manifeſtius declarat: Illuminare ijs, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent. Hic locus plane oſtendit quantum emolumenti afferat ad veram

ſcrip-

ſcripturæ intelligentiam cognitio linguarum, omnes ſiquidem, quos nominaui alijque quamplurimi grauiſsimi atq. doctiſsimi viri magna quidem probabilitatis ſpecie, ſed decepti tamen ſunt Hebraicarũ litterarum ignoratione, quod Hebraice vel mediocriter ſciẽtibus manifeſtũ eſt; Tſemach nomen Chriſti, quod in his locis, & in alijs inuenitur, nequaquam orientem aut ortum ſolis ſignificat, ſed Germen, vt eius radix indicat Tſamach, id eſt germinauit, quod propriũ eſt arborum atque plantarum. hæc Ribera. Cuius ignorantiã Hebraicarum litterarum confutaui lib. ſupradicto, verbo Oriens & facile confutari poteſt ex Iſa.c.43.n.19.c.45.n.8. c.58.n.8. Vbi verbũ Tſamach non germinare ſed oriri ſignificat. Confutauimus etiam verbo Zarach, id eſt orior, quod perpetuo dicitur de ſole, aut luce aut corpore lucido. Vt Gen. 32.n 31. Exod.ca 22.nu.3. Eccleſ.1. num 5. Iud.9. num, 13. Pſal.103 v.22. 2.Reg.23.nu 4. Iſa.58 nu.10.ca 59.nu.19.cap. 60.nu.3 Malach.4.nu.2. inde Mizrach, id eſt ortus, oriens. Nihilominus 2 Paral.26 nu.13 Dicitur de ortu lepræ; orta, inquit, eſt lepra in fronte eius. Et Gen 38.nu.30. Quem appellauit Zara. H Zerach ſic dictus ab ortu ſiue egreſſu, quia v.38. obſtetrix dixerat, iſte egredietur prior. Vbi eiuſdem ſignificationis eſt Iatſa, id eſt egredior, & Zarach.i. orior. Quare ſtultum eſt velle coarctare ſignificationes verborum Hebraicorum. Plurimum iuuat ſcientia Hebraicæ litteraturæ ad perfectam S.S. notionem, ſed multo plus cæleſte lumen. Pſa.118. v.18. Dauid precatur Deum inquiens, Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua. Hebræus erat D.S. Hebræa erat, neq. id ſatis eſſe merito putabat Itẽ.v.34 Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuã. Inſignis eſt illa ſententia Eccleſ.c.37.v.18. Anima viri ſancti enunciat aliquando vera, quam ſeptem circunſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculãdum, &c. Errant vehementer multi ex noſtris qui perfidos Iudæos auide ſequuntur, eo quod Hebræi ſunt natione, & Hebraicam ſibi arrogant peritiam, in qua non plus poſſunt proficere quam Maurus, aut Gẽtilis ſi parem adhibeant diligẽtiam, nõ enim linguæ ſuæ idiomata hęreditario iure ad poſteros tranſeunt à maioribus, ſed vſu & ſtudio cõparantur. Et de S. S. multo aliter ſentiendum quam de libris Platonis aut Ariſtotelis, S enim S. eodem ſpiritu penetratur quo conſcripta eſt. Hoc caret Hebręus, caret hęreticus, caret omnis arrogans

& impius. Sequamur igitur magiſtros pios, Sanctos, approbatos ab Eccleſia, vnanimes & veritatis amantes, ſed potiſsimũ Eccleſiam ipſam audiamus quæ eſt columna & firmamentum veritatis. 1. Tim. 3. v. 15.

Non ſunt verba ſapientis illa Maldonati viri ſane eruditi, cuius lectione ob inſignẽ eruditionem vehemẽter delector: Matt. 16. n. 20. loquẽtis de Chriſto. Ipſe vero, inquit, nunquam ſatis aperte ſe filium eſſe Dei in publico declarauit: quia cũ aliquando offenſi nonnulli eſſent, quod Deum patrem ſuum appellaſſet, eorum opinionem ambiguitate nominis ludificauit. Omitto verbi ludificauit vſum valde à Chriſti modeſtia & veritate abhorrentem; illud aperte falſum eſt, & contra magiſtrorum Eccleſię conſenſum; quod affirmat nunquam Chriſtum in publico aperte declaraſſe ſe eſſe filium Dei: Aperte enim Ioan. 9. n. 54. Dicit ſe eſſe filium Dei, cuius cauſa illum Iudæi voluerunt lapidare. Et c. 10. nu. 24. & c. tandem nu. 30. Ego, inquit, & pater vnum ſumus &c. Aperte intellexerunt Iudæi Chriſtũ aſſeuerare ſe eſſe filium Dei, & blaſphemiæ condemnabant. His locis & ſimilibus quæ in publico dixit Chriſtus, & quæ miraculis cõfirmabat, vtũtur ſancti Patres ad probandam Chriſti Diuinitatem, quæ ſi id non probant nulla ſunt, quæ id probare poſsint, nã ſimilis in omnibus ambiguitas videbitur homini Ariana labe infecto. Simili incuria (ne dicam inſipientia) dictum eſt ab eodem auctore Ioan. 17. nu. 3. Itaq. ſentẽtia eorum, qui intellectu beatitudinem finiunt, affinis nouorum Hæreticorũ errori videtur eſſe, qui ſola nos dicunt fide iuſtificari &c. Siccine tot viros doctos pieſq. quaſi erroris fautores traducis? Lõgiſsime à magiſtrorum concilio receſsit Prado commentario in Ezech. c. 10. v. 14. Vbi contra communem Sanctorũ patrũ conſenſũ aſſerere auſus eſt, Cherub eſſe idem, quod agens currum, qua in re hæreticũ Forſterum ſecutus eſt. Putat autẽ Cherub dici quaſi Recub per metatheſim ſiue tranſpoſitionẽ litterarũ, à Racab. i. aſcẽdo, ſedeo equito &c. Vnde Receb i. currus, Mercabah. i. quadriga. Admitte pro libito litterarũ metatheſim & totam ſcripturam ſacram euertes. Quanto prudẽtius, modeſtius, ac tutius fuiſſet ſequi D. Dionyſiũ Areopagitam, Hieronymũ Hebraicarum litterarum doctiſsimũ & cæteros Eccleſiæ Doctores, qui cõſtanter affirmãt Cherub ſignificare ſcientiæ plenitudinem, ſiue multitudinẽ, de quo alibi dixi, quod ſatis erat ad cõfutandam huiuſmodi audaciã.

Idem

Idem Prado Ezech. c. 1. Negat etiam contra communem cõſenſum Patrum, animalium facies ſumi pro ſuperiore capitis parte, ſed ait accipi pro toto corpore, diciq. quatuor facies quia ſuperiori parte erat hominis facies, à tergo leonis iuba, in ſcapulis aquilæ alæ, pedes vero vituli. Huiuſmodi figmentum aperte repugnat ipſi ſacro contextui, nam dicitur. v. 10. Facies hominis & facies leonis à dextris ipſorum quatuor & facies bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor &c. Nũquid id quod retro eſt erit dextrum aut ſiniſtrum? De hac re alibi copioſius. Nõ video, qua ratione huiuſmodi aſſertiones quis tueri poſſit vt non aduerſentur decreto Cõcilij Tridentini ſeſſ. 4. decreto 2. Certe nõ poſſum non deſiderare in pleriſq. neotericis ſcriptoribus chriſtianam modeſtiam, quæ ſummopere decet Diuinorum oraculorum interpretem. Nos igitur ne erremus, ſemper nouam doctrinam ſuſpectam habeamus, maxime quæ in his rebus verſatur quæ Diuina reuelatione cognoſcuntur, quorũ notio ex S. S. & magiſtrorum congregatione petẽda eſt. Relinquamus iſtos nominis affectatores, & ad rem iam reuertamur.

1. Cor. 12. 28 Nota, non ſolum Deus dedit Eccleſiæ ſuæ Apoſtolos, Prophetas, Doctores &c. Itẽ, Apo- Epheſ. 4. 11. ſtolos, Prophetas, Euãgeliſtas, Paſtores & Doctores; ſed verba illis ſuppeditauit, vt in præſenti docet Eccleſ. & 2. Petri. 1. nu. 21. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt Sãcti Dei homines. 2. Petri.

Non dixit data eſſe verba à primo omnium magiſtro, à ſapientia à Deo, ſed à Paſtore vno, vt intelligamus Deum eſſe animarum paſtorem. Cum ſe Chriſtus vocat Paſtorem bonum id nos docere voluit, nam ad illius prouidentiam ſpectat paſcere etiam bruta animantia, ſe à homines pauit & paſcit cæleſti doctrina. Cum in deſerto aliquoties pauit multa hominum millia, indicare voluit ſe eſſe rerum omnium opificẽ ac prouiſorem, quod propriũ eſt Dei; ſed cum paſcit homines doctrina, oſtẽdit ſe eſſe paſtorem animarum, gratiæ largitorem, & cæleſtis beatitudinis auctorem, & Sanctorum glorificatorem. Corpus paſcitur corporali cibo, animus doctrina veritatis, hanc ſolus Deus inſpirat talem, quæ animum poſſit reficere. Ipſe docet nos ſuper iumenta terræ, ipſe dat homini ſcientiam, & beatus eſt quem de lege ſua Dominus erudierit. Dominus regit me (H. paſcens me) & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit; ſuper aquas Paſtor. Doctor Iob. 35. v. 11 Pſa 93. v. 12. Pſalm 22.

refectionis educauit me, animam meam conuertit:deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum.En vides animarum paſtorem,animas conuertentem, & per ſemitas iuſtitiæ deducentem.Nihil deeſt illi,quem paſcit Dominus,quoniam eſt corporum & animarum paſtor.Paſtores terreni ex ouibus quærunt emolumentũ; paſtores in Eccleſia paſcunt oues ſpiritualiter à quibus paſcuntur corporaliter. Deus eſt vnicus Paſtor, nemo talis, qui poſsit omnibus modis paſcere & nullius indigeat.Iacob bene dicens nepotibus ſuis confitetur Deum paſtorem ſuum Gē. 48.n.15.Deus(inquit)qui paſcit me à iuuentute mea.

Bahhal. Bahhal,id eſt Magiſter propriè ſignificat poſſeſſorem, ſed varijs modis verti ſolet.Princeps Leuit.21.nu.4. Dominus. Exod.22.nu.7.c 21.n.27.Iſa.1. nu.3.&c. Açuphoth, id eſt collectiones,congregationes,concilia. Genere maſc. Açuphym. 1.Paral.26.nu.15.Seniorum cōcilium.H. domus collectionũ, ſiue congregatorum n.17.Vbi erat concilium. H & ad collectos , ſiue congregationes.

Açaph. Açaph,id eſt.Colligo Leuit.25 nu.3.n.20.Num.19.n.9. Deut. 11.n.14.c.16.n.13.&c. Congrego.Gen.25.n.8.c.29.n.3.n.8.c. 34.n.30.Concurro. Ezech. 39. n.17.Cōgrego cōuenio.Pſ.34 n.15.Iud.16.n.23.c.20.n.11.14. 1.Reg.17.n.1.&c.Aduno.2.Para.29.n.10.Cōuoco c.34.n.29. Alijs etiam modis verti ſolet, ſed iſta ſufficiunt,vt intelligamus,quid ſignificent in præſenti Magiſtri,ſignificant enim cōgregationem virorum ſapientum,& conſenſum doctorum, tūc enim tuto ſequi poſſumus magiſtrorum doctrinam ſi conuenerint, & à paſtore vno habuerint auctoritatem, hoc eſt, à Deo,cuius vicem in terris gerit ſummus Pontifex. Indicat etiam magiſtros illos vocādos qui poteſtatem habeāt,& ſint domini ipſius doctrinæ, hoc eſt,in ea diuerſati. Vide Eccleſ. 6.nu.35.c.8.n.9 &c.

Et amplius ab his fili mi prauide facere librorum multum non finis,& meditationis multum labor carnis. V.12. H.

His amplius fili mi ne requiras, faciendi plures libros nullus eſt finis frequenſq; meditatio carnis afflictio eſt. Latin.

Saluberrimum ſane conſilium,& ad refrenandam noxiam curioſitatem aptiſsimũ; cum omnes appetamus ſcire, cauendum eſt ne naturalem appetitum ſcientiæ deprauemus; ſicut omnes naturæ propenſione beati eſſe volumus, ſed ignoratione veræ fælicitatis multi

Digitized by Google

multi in maxima prolapſi ſunt flagitia. Qui enim voluptatem ſtatuerunt ſummum bonum turpitudini, & more beſtiarũ viuendi modo ianuam aperuerũt. Qui in honore & imperio fęlicitatem ſitam eſſe putauerunt, ambitionis, contẽtionis, odij, inuidiæque fræna laxauerunt: & cum auaritia nihil ſit ſceleſtius, tamen aliqui huius ſtudio ſe ad fęlicitatem properare arbitrati ſunt. Qui autem veram fęlicitatem nouimus, ad quam ſine virtute nemo admittitur, vitiorum illecebris attracti, malumus corporis ſerui re voluptatibus, quàm honeſtatẽ & decorem ſequi. Sic amore ſapientiæ inflammati, & naturali ſciendi deſiderio tracti à vera ſapientia longiſsime recedimus, dum inutilium libro rum lectioni vacamus, dum moleſtiſsimis ſuperuacuiſque quæſtionibꝰ implicamur. Omnis artifex illa quærit inſtrumenta quæ ſuæ arti aut neceſſaria ſunt aut vtilia: vna eſt ars communis omnibus chriſtianis, ſcilicet, virtutis ſtudium, ſolidæ ſemperque manentis veritatis cognitio: ſola ſcriptura diuitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad
2.Tim.3.16 corripiendum ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei & ad omne opus bonum inſtructus. Qui ergo ſuæ fęlicitatis ſtudio tenetur amplius his ne requirat. Ego ſum Dominus Deus tuus docens te Iſa. 48.
vtilia, vt iam ſupra dictum eſt. Magno ſcelere multi docent, quibus nullus eſt conſcientiæ remorſus ob incogitantiam, aut negligẽtiam, aut inſcitiam dum inutilibus quæſtionibus ſcholaſticorum ingenia atterunt, & temporis iacturam faciunt maximam. Cum multa legant, & difficile ſit laborioſumque vtilia ſecernere, omnia dictant, imo noua ſine vlla neceſsitate excogitant, vt eruditionis oſtentationem faciãt. Prudẽs homo D. ſcripturarum ſtudio contentus non neceſſaria repudiet: & ſiquid intelligendis D. ſcripturis, aut informandis moribus alibi quæſierit, probatiſsimos quoſque legat auctores. Sed quia iam non neceſsitati, aut vtilitati honeſtæ ſeruitur, ſed curioſitati, aut voluptati aut turpi lucro, aut quod eſt peſsimum contentioni reprobationique veteris doctrinæ magnorũ virorum eruditione & auctoritate confirmatæ: ideo nullus eſt ſcribendorum librorum finis: quod iam facillimum eſt illis, quibus ſuppetit otium & opulentia. Imo multi hinc magnum ſibi quæſtum parant, quia illa ſcribunt, quæ maxime vendibilia fore ſciunt: tales ſunt ſcriptores ſermonum lingua vulgari, quorum labor lucrum habet

ceci-

Digitized by Google

certum ob inſcitiam concionatorum, quorum infinitus eſt numerus, qui cum habeant grandes theſauros in libris ſanctorum patrum, & in ipſis ſcripturis vel quia laborare nolunt, vel quia auctores antiquos non intelligunt, magna auiditate quærunt ſermones iſtos vulgares, vt aliquid nouum apud populum dicant, vnde eruditionis opinionem nanciſcantur. Illud etiam nunc à quibuſdam fieri videmus, vt libros augeant & numero, & magnitudine, exponentes Sacram ſcripturam longiſsimas miſcent ſcholaſticas quæſtiones, cum iam vtriuſque Theologiæ termini ſint diſtincti. Cum autē neceſſarium eſt mutuum auxilium, ſumma cum moderatione fieri debet; & decentius eſt, vt ſcholaſtici de ſenſu Sacræ ſcripturæ diſputent, quam vt. D. voluminis explanator ſcholaſticas opiniones, argumenta, & non raro figmenta inferat in Sacra cōmentaria. Alij cōmentaria Sacræ ſcripturę prophanorum auctorum ſententijs onerant & contaminant, dum vaniſsima quædam commemorant. Eſto ſententias veras & graues, quæ in formandis moribus prodeſſe poſſunt inſerantur ſacris, verum poeticas deſcriptiones ventorum, ortus & occaſus ſolis, naſcentis auroræ, bellantium conflictus, aliaque his ſimilia neque neceſſaria, neque vtilia; quorſum hæc ex Homero, Heſiodo, Pindaro, Virgilioque petita cum ſacris ſententijs miſcebimus? Si rationem huius quæras non aliam inuenies, quam oſtentandi ingenij & multiplicandi libros ſtudium. Iamdiu optabam, vt publico decreto ſcriptoribus modus ſtatueretur, neque ſolum cauendum foret ne liber aliquid contineret erroris aut nocumenti: ſed prouidendum ne prodirent libri niſi eximiæ vtilitatis. Certe mihi & mei ſimilibus hoc vtiliſsimum fuiſſet: dum enim ſcribendis libris vacamus, aut legendis recentibus, Sanctorum Patrum ſcripta ignoramus; & dum nouis libris operam damus meliorum auctorum lectionem omittimus, & ſponte fraudamur ſolidiore doctrina & diuiniore. Conſulant theologi cōſcientiam ſuam, & conſiderent quam temere theologiæ profeſsionem ſibi vendicent, qui nullam, aut exiguam habent Sacræ ſcripturæ ſcientiam. In ſchola Salmāticenſi eſt Cathedra Sacræ ſcripturæ, cuius lectioni tenentur intereſſe ſcholaſtici, ſed proh dolor rarus eſt, qui eius lectionis curā habeat, ſed cū ſecundus horę quadrans ſonuerit egrediuntur plurimi, qui vocantur curſantes.

Io-

Iother, id eſt, amplius. Vtile, excellens, præſtans &c. Sæpius occurit hoc nomen de quo cap. 1. num. 3. & iſtæ ſignificationes præſenti loco conueniunt, quia omni doctrina vtilior, præſtantiorque eſt ſciẽtia D. ſcripturarum, & verba magiſtrorum, quæ à Paſtore vno data ſunt.

Zachar. Zachar: huic verbo Hebræi teſte Pagnino has tribuunt ſignificationes. Monere, admonere, inſtituere, docere, cauere, circunſpectum eſſe, obſeruare ſplendere. Vulgatus alijs modis vertit ſed ſenſu eodem. Verbum ſignificare videtur illuſtrationem, ſiue rerum ſiue mentis & manifeſtationem quod maxime conuenit luci & ſplendori. Exod. 18. num. 20. Oſtendaſque populo ceremonias. 2. Paral 19. nu. 10. Oſtendite eis. Ezech 3. num. 17. Annunciabis eis ex me. num. 19. Si autem tu annunciaueris impio (vide etiam nu. 18. Vbi ter ponitur hoc verbum, ſed vulgatus ſenſum vertit, verbis non hæſit) cap. 33. num. 3. nu. 7. nu. 9 Obſeruo nu. 4. nu. 5. Cuſtodio. nu. 8. &. Pſal. 18. nu. 12. Seruus tuus cuſtodit ea. Pagninus: illuſtratur in eis. 1. Eſdræ. 4. nu. 22. Videte ne negligenter hoc impleatis. H. cauti eſtote errorem (vel temeritatem) facere ſuper hoc. Præoccupo. 4. Reg. 6. nu. 10. Præuideo Eccleſ. 4. nu. 13. Fulgeo Dan. 12. n. 3. Zohar, id eſt, ſplendor ibi. Quare multis modis locus pręſens verti poteſt, & illud Mehemah, id eſt, ab his, vel pręhis, poteſt referre magiſtros, vel verba, vel vtrumque: tunc ſic vertere poſſumus. Amplius pręhis filij mi Caue, id eſt, caute lege, caute admitte. Item, vtilitatem ab his obſerua: Item: excellenter ab his illuſtrare &c. Vulgatus neganter vertit. Ne requiras, eſt idem quod, caue, obſerua, pręuide ſed ſenſus verborum Hebraicorum vt vidimus latius patet. LXX. etiam vertũr. Ne requiras. Chaldęus ita vertit, vt moneat plures libros ſcribere: ſed aliena eſt hæc interpretatio.

Lahag, id eſt, meditatio: *Lahag.* hoc tantum loco reperitur, alij lectionem, alij doctrinam, alij ſcientiam interpretantur. Cum dicit ſapiens meditationem frequentem eſſe carnis afflictionem, non auocat nos ab ſtudio, ſed potius ad illud inducit, præſtat enim carnem affligere, quam illam rebellem experiri. Difficilia, quæ pulchra. Virtus circa difficile verſatur.

Finis verbi omni auditus eſt (vel finem verbi omnes audiamus) Deũ time & man- v. 13. H.

mandata eius cuſtodi, quia hoc omnis homo.

Lat. *Finem loquendi pariter omnes audiamus: Deum time &c.*

ATTENTIONEM poſtulat D. concionator, ſeque ſimul cum alijs inſtruit, & poſtquam oſtendit omnia eſſe vanitatem ſub ſole, vt ad veritatem beatam, quæ ſuper ſolē eſt ſcandere poſsimus, omnem ſalutis doctrinam in breuiſsimam ſummam redigit, & ſummam totius ſapientiæ nobis proponit, ſcilicet timere Deū & eius mandata obſeruare, vane enim colit Deum, qui eius mandata negligit, neque patiē amat, qui obtemperare, aut honorare contemnit: non timet iudicem neq. reueretur, qui coram illo delinquit: ideo in fine libri D. Iudicij facit mentionem, vt ſi Deum tanquam patrem, ac beneficum Dominum non veneramur, tāquam fortem ac iuſtum iudicem timeamus. Timor Dei, & cuſtodia mandatorum hominem facit perfectum, hominem ad ſuam integritatem reducit, à qua per inobedientiam & ſuperbiam deflexerat. Dei Timore & obedientia imago hominis renouatur, quæ ſi extingui aut exterminari non poteſt in homine, poteſt tamen deturpari, contaminari, deformari: ſimilitudo autem, quæ iuxta multorum grauiſsimorumque doctorum ſententiam, in gratia & donis ſupernaturalibus conſiſtit, per peccatum amittitur, & per gratiam reſtituitur, gratia autem non datur niſi timenti Deum, & ad obtemperandum parato, cōſeruatur autem timore & obedientia. Timor igitur & obedientia eſt omnis homo, eſt integer & perfectus homo, perficit omnem hominem in quo perfectio eſt neque alia eſt via perueniendi ad perfectionem quam timor & obedientia, quæ in cuſtodia mandatorum ſpectatur. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Quis eſt homo qui vult vitam diligit dies videre bonos? Certe in hac vita, quæ militia eſt, & plena malitia, in qua dies mali ſunt: in hac vita vbi homo natus de muliere breui viuit tempore, & repletur multis miſerijs, dies bonos videre non poſſumus, ſperare tamen poſſumus. Vt ſpes noſtra certa ſit ſequamur, quod dicit Dauid, prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolū, diuerte à malo & fac bonum, inquire pacē & perſequere eā. Hæc docet timor Domini, qui enim timet Deum faciet bona Eccli. 15. nu. 1. Et timor Domini odit malum Pro. 8. nu. 13.

Matt 19.17 Pſ 33. v. 13. Iob. 7. Ephеſ. 5. 16. Iob. 14. *Timor Dom.* Eccli. 15. Prou 8.

Mul-

Multa de timore Domini dicuntur à multis, & nos non ſemel diximus in hoc libro, & Iobi. cap. 1. v. 1. Sed ſi ſequamur Salomonis documentum illa nobis ſufficient quæ in ſacris libris ſcripta ſunt, & amplius non requiremus. Quare operæ pretium me factum exiſtimo ſi breui compendio collegero in gratiam concionatoris & lectoris illa, quæ ipſe beneficio concordantiarum non difficulter poterat reperire, ſed illum hoc labore leuemus. Timor duplex eſt ſeruilis, & hominis imperfecti, & filialis ac hominis perfecti, ſeu per fectionem amātis. Seruilis malus non eſt, ſed hominem perficere non valet, diſponit tamē ad bene agendum: non poteſt animum mundare, neque peccati maculam abſtergere, ſed retinet hominem ne apponat peccatum ſuper peccatū: hunc timorem perfecta charitas foras mittit. Timor inquit Ioannes non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pænam habet, qui autem timet non eſt perfectus in charitate. Stultū eſt reprobare timorem malorum, cum naturale ſit homini amare bonum ſuum & timere malū. Leonem, lupum ſerpētes timemus ac fugimus, cur non timebimus inferni tormenta? Iudicem timemus & amamus ſi iuſtus eſt, aliter illum timet flagitioſus, aliter vir bonus. Qui ſic timet Deum, vt nollet illum ad puniendum potentem eſſe, impijſsimus eſt, non quia pænam timet, ſed quia odit iuſtitiam & potentiam Dei, & amat culpam: hic eſt timor peſsimus. Qui vero timet Deū & à culpis ſe immunem ſeruare ſtudet, quoniam horrendum eſt incidere in manus Dei: ſi non amat Dei bonitatem, licet eius timor malus non ſit, verum hominis eſt animi abiectiſsimi. Deus timendus quia iudex, quia potēs eſt: amandus quia bonus, beneficus, remunerator bonorum, quia iuſtus, quia Sanctus quia creator gubernator, redēptor, glorificator eſt. Homo pius timet & amat Dei iuſtitiam, homo perfectæ charitatis amat Deum ſummum bonū & quia talis eſt illum amat, nec amare deſiſteret etiamſi numquā vellet punire hominum peccata: hæc eſt perfecta charitas, quæ mittit foras omnem timoris imperfectionem: & ſeruilem timorem ſecum non admittit. Huius charitatis indiuiduꝰ comes eſt timor filialis, id eſt, animi affectus pius, & reuerentia erga Deum ob eius maieſtatē ac bonitatem, ſi enim amamus hominem iuſtum, miſericordem, ſapientem, imbelliū protectorem, violentorum repreſſorem,

1. Ioan. 4. n. 18.

Hebr. 10. 31

ſorem, etiamſi nullo ab illo af-
fecti fuerimus beneficio, cur
Deum non amabimus qui eſt
ſumma & ſempiterna bonitas,
iuſtitia, ſapientia, à quo omne
Iacobi. 1. 17 datum optimum & omne do-
num perfectum? Sed de diligen
do Deo vide ſingularem D. Ber
nardi tractatum, Nunc breui-
ter timoris encomia ex ipſa S.
S. proponamus. Deus vocatur
Gen. 31. timor Iſaac Gen. 31. num. 42.
num. 53. Vbi obiter nota quod
accuratius diximus Lib. de D.
Nominibus verbo protector.
Fortis, Timor: De⁹ vocatur pro
Gen. 15. tector Abraham Gen. 15. num.
1. Ego protector tuus: H. Ma-
Ca 31. gen, id eſt, ſcutum, clypeus pro
Ca. 49. tectio. Geneſ. 31. 42. Pachad, id
eſt timor, pauor. Gen. 49. num.
24. Potens (H Abyr) Iacob. Iſa.
49. num. 26. Fortis (H. Abyr) Ia
cob. Pſal. 132. v. 2. v. 5. Deus (H.
Abyr) Iacob. Vocatur ergo
Deus timor, quia timẽdus eſt.
Pſ. 110. Pſal. 110. v. 10. Initium ſapien-
Prou. ca. 1. c. 9. tiæ timor Domini. Item Prou.
Eccli. 1. 1. num. 7. cap. 9. num. 10. Eccli.
1. num. 16. Vide Ianſenium
Prou. 1. Qui ergo ſapientiæ
ſtudio delectatur & ſapiẽs eſſe
expetit, ſciat ſe ſine timore Dei
ad illam peruenire non poſſe,
ne inter illos connumeretur
de quibus dicitur, perdam ſa-
1. Cor. 1. 19. pientiam ſapientum, & pru-
dentum prudentiam reproba-
bo. Hæc ſapientia eſt illa, qua
Deus cognoſcitur & colitur,
quæ voluntatem ſapore D. Bo-
nitatis afficit, recreat, reficit-
que. Non eſt nuda ſpeculatio,
qualis etiam in improbis repe-
ritur, ſed eſt iuſtorum propria,
& ſic cohæret timori Domini,
vt dicatur Iob. 28. num. 28. Ec Iob. 28.
ce timor Domini ipſa eſt ſapiẽ
tia. Hinc intelligemus cur dixe
rit Sapiens, in maleuolam ani- Sap. 1. nu. 4.
mam non introibit ſapientia.
Prius dixerat, ſentite de Domi
no in bonitate & in ſimplici-
tate cordis quærite illum &c.
Ierem. 9. num. 23. Hæc dicit Ierem. 9.
Dominus: Non glorietur ſa-
piens in ſapientia ſua, & non
glorietur fortis in fortitudine
ſua, & non glorietur diues in *Ignorare Deũ.*
diuitijs ſuis, ſed in hoc glorie- *Noſſe Deum.*
tur qui gloriatur, ſcire & noſſe
me &c. Numquid fortis, diues,
& ſapiẽs ignorat Deum? Quod
in manibus habemus, & ocu-
lis intuemur neceſſe eſt, vt cog
noſcamus: ſed tamen dicimur
ignorare ſi ita tractemus ac ſi
nõ eſſet nobis notum, quia vir
tutem ignoramus, aut notam
deſpicimus. Si quis lapidem
precioſiſſimum puero ad lu-
dendum daret, diceretur illum
ignorare. Ætate noſtra quidam
ruſtici in Gallæcia magnam
ambari copiam inuenerũt, pri-
mo in vſum luminis nocturni
conſumere cæperunt, ſed poſt
quam rei pretium notum eſt,
magnifecerunt. Intrant multi
hortum, omnes vident plantas
&

Digitized by Google

& herbas, ſed hoc non ſufficit, vt dicantur illas cognoſcere niſi virtutes earum nouerint. Nouit medicus, & herbam pręcipuæ virtutis plurimi facit: ita Deum eſſe omnes nouerunt, & fides docet Deum eſſe creatorem prouidentem, miſericordem &c. ſed qui Deum non colit ſincero amore & filiali timore, dicitur Deum ignorare, Rom. 1. num. 20. & 21. (Rom. 1.) Aſſerit Apoſtolus gentes Deũ cognouiſſe, ſed num. 28. Et ſicut, inquit, non probauerunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobũ ſenſum &c. Operibus oſtenderunt Dei notitiam non inſediſſe eorum voluntati: non cognouerunt Deum illa ſapiẽtia, quæ experitur ſuauitatem D. Bonitatis. Hoc eſt quod apud Ieremiam dicitur, ſcire & noſſe Deum. (Pſa. 18. v. 10.) Huius ſapientiæ initium eſt timor Domini: hic eſt timor Domini ſanctus, qui permanet in ſæculum ſæculi. (Paſ. 30.) Pſalm. 30. v. 20. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te &c. (Prou. 14. Ca. 15.) Prou. 14. nu. 26. In timore Domini fiducia fortitudinis &c. num. 27. Timor Domini fons vitæ &c. ca. 15. num. 28. Per timorem Domini declinat omnis à malo &c. num. 33. Timor Domini diſciplina ſapientiæ. ca. 16. nu. 6. (Ca. 16.) in timore Domini declinatur à malo. ca. 19. num. 23. (Ca. 19.) Timor Domini ad vitam, & in plenitudine cõmorabitur abſque viſitatione peſſima. ca. 22. num. 4. Finis modeſtiæ (H. humilitatis, ſiue, manſuetudinis) timor Domini, diuitiæ, & gloria, & vita, quia timor Domini eſt ſapientiæ initium. & ca. 3. num. 16. (Ca. 3.) dicitur de ſapientia, longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitię & gloria. Neceſſe eſt cum timore Domini eſſe ſimul vitam diuitias, & gloriã. Sed ne nimis longus videar tranſibo ad Eccleſiaſt. ca. 1. nu. 11. (Eccli. 1.) Timor Domini gloria & gloriatio, & lætitia & corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium, & longitudinem dierum. num. 17. Timor Domini ſcientiæ religioſitas &c. num. 19 Timenti Dominum bene erit, & in diebus conſummationis benedicetur. nu. 20. Plenitudo ſapientiæ eſt timere Deum, & plenitudo à fructibus illius &c. Nota, timor Domini eſt initium & plenitudo ſapientiæ. num. 22. Corona ſapientiæ timor Domini replens pacem, & ſalutis fructum &c. num. 25. Radix ſapientiæ timere Dominum, & rami illius longæui. nu. 27. Timor Domini expellit peccatum &c. Hic finem faciamus, & alia relinquamus diligentiæ le-

deſcet,& inflammabit in circuitu
Matth. 24. inimicos eius &c. Poſt
29. tribulationem dierum illorũ
ſol obſcurabitur &c. Tunc parebit
ſignum filij hominis in
cœlo,&tunc plangent omnes
tribus terræ,& videbunt filiũ
hominis venientem cum virtute
multa & maieſtate, qui
venerat in humilitate iudicã-
Isa. 9. 17. dus,veniet in maieſtate iudicaturus:
cognoſcetur Dominus
iudicium faciens, quem
miſericordiam facientem no
luerũt impij cognoſcere: ſignum
illud crucis quod fuerat
Iudæis ſcãdalum & gentibus
ſtultitia ſic terrebit impios vt
dicant montibus & petris ca-
Apoc. 6. 16. dite ſuper nos & abſcondite
nos à facie iræ ſedentis ſuper
thronum,& ab ira agni.quoniam
venit dies magnus iræ
ipſorum: & quis poterit ſta-
Sap. 5. re? Tunc ſtabunt iuſti in magna
conſtantia aduerſus eos,
qui ſe anguſtiauerunt, & qui
Psal. 149. 5. abſtulerunt labores eorum
&c. Exaltationes Dei in gutture
eorum, & gladij ancipites
in manibus eorum, ad faciendam
vindictam in nationibus,increpationes
in populis; ad alligandos reges eorũ
in compedibus,& nobiles eorum
in manicis ferreis; vt faciant
in eis iudicium conſcriptum.
Grande ſpectaculũ, formidabile
iudicium quando
vltima & irreuocabilis feretur
ſententia, quando omnia
terrebunt impium,nam vt dicitur
Sap. 5. num. 18. Acci- Sap. 5.
piet armaturã zelus illius(ſcilicet
Dei) & armabit creaturam
ad vltionem inimicorũ,
induet pro thorace iuſtitiam,
& accipiet pro galea iudiciũ
certum: ſumet ſcutum inexpugnabile
æquitatem: acuet
autem duram iram in lanceã;
& pugnabit cũ illo orbis terrarum
contra inſenſatos &c.

Iuſtiſsimum fuit vt Deus
vniuerſali & publico iudicio
omnium hominũ cauſas diſcuteret,
vt maior eſſet Sanctorum
gloria,maior iniquorum
confuſio:& Dei ſapientiſsima
prouidentia omnibus innoteſceret,
& manifeſta fierent
abſcondita humani cordis,
nam cum multi præſentiam
Dei non vereantur,qui in omni
loco contemplatur bonos
& malos,& homines oculos
declinent,vel ob hypocreſim
vel ob pudorem turpitudinis,
æquum eſt, vt omnia occulta
omnibus pateant.Quid
quæris peccator latebras?
quid fugis hominum notitiã,
cum Dei præſentiam fugere
nõ poſsis?ergo in iudicio vniuerſali
detegentur omnia tua
etiam cordis arcana ſumma
tui verecundia ac cõfuſione.
Tunc apparebit quid ſecretò
nobiſcum egerit Deus,vt conuerteremur;
quot nos obſta-

cula oppoſuerimus diuinis au xilijs; quanta temeritate ac ſuperbia repudiauerimus. Dei beneficia, Ingratitudo, contēptus, duritia, rebellio, omnibus erunt notiſsima, & Dei ſumma clementia, patientia, miſericordia, atq. iuſtitia maximo ſplendore coruſcabunt.

Nehhlam, id eſt occultum &c. Vulgatus vertit, Erratum, potuit ſic vertere ſed fortaſsis melius reliquiſſet nomen in ſua generalitate, & ſententia eſſet magis perſpicua. Hhalā, *Hhalam.* id eſt abſcondo. Iob. 28. n. 21. Hhalumoth, id eſt abſcōdita. Pſ. 43. v. 22. Thahhalumah, id eſt abſcondtium. Iob. 28. n. 10. Celo. 4. Reg. 4. n. 27. Prætereo. Deut. 22. n. 1. Negligo. n. 3. deſpicio. n. 4. & Pſal. 54. v. 2. &c. Contemno, 1. Reg. 12. nu. 3. lateo, 3. Reg. 10. n. 3. Obliuiſcor Leuit. 5. nu. 2. Inique ago Pſal. 25. nu. 4. Ex his conſtat nomē Nehhlam poſſe ſignificare occultum, latens, abſconditum, contemptum, neglectum, deſpectum, iniquum, erratum: & per erratum in præſenti intelligitur omnis defectus operis ſiue bonum ſiue malum ſit ex natura ſua. Adducet Deus in iudicium omnia opera, quæ videbantur bona, qualia ſunt hypocritarum; quæ etiam latent ipſum operantem, ſæpe enim decipimur ſpecie recti; multa obliuiſcimur, multa omittimus, quæ facere deberemus: nihil ergo erit quod non veniat in iudicium, vt manifeſtetur omne erratum; iudicium enim potiſsimum propter improbas erit, ſi enim omnes eſſent iuſti non videbatur iudicium neceſſarium, quoniam beati in eſſentia D. rerum omnium conſonantiam nouerūt.

Dies illa dies iræ, calamitatis & miſeriæ, dies magna & amara valde. Audiamus Sophoniam cap. 1. v. 14. Iuxta eſt *Sophon. 1* dies Domini magnus, iuxta eſt dies velox nimis, vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis; Dies iræ dies illa tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis &c. Cur timebo *Pſal. 48.* in die mala? (Pſa. 48.) Iniquitas calcanei mei circundabit. Væ qui opulenti eſtis in Sion *Amos. 6* (Amos. 6.) & confiditis in mōte Samariæ, optimates, capita populorum, ingredientes pōpatice domum Iſrael. In Hebręo eſt, & ingrediebantur ſibi domum Iſrael. Hoc eſt, qui ſingulares eſſe volebant qui faſtu & arrogantia gradiebantur, qui ſua quærebant non cōmunia bona, ſibi ſolis proſpiciebant: hæc eſt iniquitas calcanei, quæ circundabit optimates & opulentos in Sion in religione, in mōte Samariæ, hoc eſt, in honore & gloria

ria mundana confidentes. Væ prælatis qui ita ambulant, vt ſubditos aura recta prauo exemplo deturbent, veſtigium plantę ſiue calcanei ſtigma, exemplum eſt, qui pompatice ingreditur prauum relinquit exemplum. Numquid Deus prælatos inſtituit ad docendam crapulam delicias, arrogantiam? ponite quęſo ante oculos diuini iudicij terribilitatem: memẽto te illius quod dicitur Sap. 6. v. 6. Horrende & cito apparebit vobis, quoniam iudicium duriſsimum his, qui præſunt fiet. Expectat pręlatos hoc iudicium, nec tamen formidant plerique neq. ambitionem deponunt. Verebar (inquit Iob) omni opera mea ſciens quod non parceres delinquenti:& tu non vereris illa opera quæ ſcis eſſe mala, aut ſaltem periculoſa? merito qui amat periculum peribit in illo. Si quæras cur iudicium duriſsimum fiet his, qui pręſunt, ipſemet ſapiens dixerat v. 5. Quoniam cum eſſeris miniſtri regni illius, non recte iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitię, neque ſecundũ voluntatẽ Dei ambulaſtis. Miniſtri regni Dei ſunt omnes pręſides, iudices, legũ latores: verũ ſicut pręcipuã habẽt dignitatẽ ſpirituales miniſtri, ſic durius erit illorum iudiciũ ſi violauerint legem iuſtitiæ, & ſecundum Dei voluntatem non ambulauerint.

Sap. 6.

Eccl. 3 v. 27.

Quid dicã de legũ mutatione, inſtabilitate (ne dicã, leuitate) vnde fit vt nulla ſit legũ veneratio, nullũ certũ violatori ſuppliciũ niſi iudex ſit reo infenſus, aut aliqua ratione mũdana ad puniendũ reũ cõpellatur. Rarus eſt & corno albo ſimillimus qui zelo iuſtitię legibus obtẽperet, & iuxta legũ decreta iudicet. Niſi leges ſint ſtabiles, & iudices cogãtur leges ſeruare reſpublica ſtare nõ poterit: lexq. erit gladius in manu hominis furioſi, quia quos volet puniet prætẽſa lege, ad grauiora ſcelera conniuebit, quia legẽ nõ veneratur neq. vllo metu ſuplicij abſterretur.

Hęc omnia adducet Deus in iudicium, & tunc potentis potenter tormenta patientur. Vę mihi, à quo licet animarum cura non eſt magnopere exigenda verum iudiciũ illud vehementer perhorreſco, me enim illa verba terrent Salomonis, immo Dei ipſius iudicis fortiſsimi: vocaui (inquit) & renuiſtis &c. Ego quoque in interitu veſtro ridebo, &c. omnibus dicitur: Quærite Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt, derelinquat impius viã ſuam &c. prælatis dicitur: Diligite iuſtitiã qui iudicatis terram &c. Ne diligatis auaritiã

Sap. 6. v. 7.

Prou. 1. v. 24.
Iſa. 55. v. 6.

ne ambitione inſtructi ius &
Prou.28. fas peſſundetis, ne regnanti-
bus impijs fiant ruinæ homi-
num: ne illud contingat quod
dicitur: Quicquid delirant re-
ges pl. ctuntur Achiui. &c. Dat
veniam coruis vexat cenſura
columbas. Caueant inferio-
res prelati ne quid cõmittant,
quo Deus iratus punire coga-
tur, quia horrendum eſt inci-
Heb.10.v.31 dere in manus Dei viuentis, &
videntis omnia. Audiant illud
Iſa.26.v.10. Miſereamur im-
pio & non diſcet facere iuſti-
Iacob.2. Iſa.26. tiam &c. Temperanda eſt iu-
ſtitia miſericordia, ſed miſeri-
cordia non eſt illa, quæ dimit
tit nocentes cum detrimento
aut iniuria innocentum Cru-
delis eſt iudex qui impunitũ
dimittit ſcelus in detrimentũ
reipublicæ. His & ſimilibus
ira diuina excitatur, quæ len-
to gradu ad ſui vindictam pro
greditur, ſed ſupplicij tardita-
tem grauitate compenſabit.
Dicat ergó vnuſquiſq. noſtrũ
cum Dauide: confige timore Pſalm. 118
tuo carnes meas à iudicijs e-
nim tuis timui. Ergó antequã 1.Cor. 11.
ad iudicium vocemur iudice-
mus nosmetipſos ne cum hoc
mundo damnemur. Sicut in Rom.13.
die honeſtè ambulemus, & a-
deamus cum fiducia ad thro-
num gratiæ, vt miſericordiam
conſequamur & gratiam in-
ueniamus in auxilio opportu Hebr.4.
no, vt Deus miſereatur noſtri
& benedicat nobis, illuminet Pſalm.66
vultum ſuum ſuper nos & mi
ſereatur noſtri, cui laus eſt
& gloria per infinita ſæ-
culorum ſæcula.
Amen.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERVM, ET VERBORVM
F. FOLIVM. P. PAGINA.

A.

ABſtinentia,fol.9.222.
Abuti ſacris litteris,fol 106.107.
Accuſatio Peccati,fol.45.
Aduerſitas. Vide Tribulatio.
Adulatio, fol.154.pag.2. 155.156.192.
Agricola Deus,fol.39.
Ambitio & eius peruerſitas, &c. fol.8.17. 113.118.123. 205. 256.
Ambulare cum Deo,fol.198.pag.2.
Amicitia,fol.108. 109.
Amor facilitat obediētiā,fo.2.eius vis,f.51.
Amor ſui,pag.2.
Amor Dei ſubſtantialis,fol.218.pag.2.219.
Anima quid ſignificet,fol.139 141. eſt vbi amat,fol. 141.deſerit auarum ibidem.
Animi immortalitas,fol.275.pag 2 quo pacto roboretur aduerſus mala, fol. 111 168.157.pag.2.
Arrogantia, vide ſuperbia.
Aſtrologia diuinatrix,fol 203. 246.
Auditores praui,fol. 276.pag.2.
Aures audientes quæ ſint,fol. 229.
Auri vis, fol.252.253.
Auaritia. Auarus,fol.17.76.90.pag. 2. 106. 107.123. 124. 125. 131.135 pag.2.137. 140.237 p.2.252.

B.

BEllum,fol.84 omnia turbat,fol.269.
Benefacere ſemper & omnibus,fol.226 276.pag. 2.
Beneficium à iuſto factum non petit,fo.189
Beneficiorum D.obliuio,fo.228.259. &c.
Bona temporalia communia bonis & malis,fol.56. 116.117.
Blaſphemię vitandæ,fol.118.pag.2.
Vir bonus. Vide iuſtus. Patitur perſecutionem,fol.100.pag.2.

C.

CAlix quid ſignificet,fol.43.pag.2.
Canticum,fol.42.
Calumnia,fol.157.
Candor,fol.220 pag.2.
Charitas,fol 7.pag 2. 9.29. 109. 110. 167. pag 2.250.251.p 2.261.pag.2.
Chriſtus. Abſolutus magiſter,fol.2. vita & mors eius eſt ſpeculum veritatis, confutatio vanitatis &c.ibidem.
Eſt ſol,& quo pacto dicatur oriri & occidere,fol 13. Doctor perfectus,fol.276. Eſt vitis fol.39. Vide Incarnatio.
Cibi & potus vſus. Hominis cibus qualis.
Ciborum condimenta & apparatus,fol.266
Cognitio Dei quæ vera,fol.283.pag.2.
Cognitio ſui,fol.50 141.145.150.
Cognitio peccati practica mala eſt; ſpeculatiua poteſt eſſe bona & mala,fol.31.p.2
Concionator doctor, prędicator qualis, & quod munus illius,fol.2.8.16.26.28 30. 68.70.159.183.276.277.
Concionator vanus,fol.137.p.2.138.252.

 Concu-

Digitized by Google

Concupiſcentia,fol.119.264.pag.2.265.
Conſolatio a Deo,fol.153.pag.2.
Conſuetudo,fol. 249.
Contentio,fol. 97.
Conuerſio peccatoris non fit ſine gratia, fol.166.
Cor,id eſt mens, voluntas,fol.86.87.
Cor mundum,fol.245.233.pag. 2. Prauum, fol.31.
Correctio difficilis,fol.25.
Correptio,fol.151.pag.2.154.155.159.183. Nota.
Cupido diuitiarum,fol.252 253.
Cura ſalutis proximi,fol.167 pag.2.
Curioſitas circa diuina, fol. 143. 144. 239. pag.2 241.Inſatiabilis,fol.17. pag.2.
Cuſtodia legis & mandatorum, fol.22.200. 280.
Cuſtos Deus.Vide Deus.
Cuſtodia oculorum.Vide Oculus.
Crux Chriſti cathedra,fol.2.276.

D.

DAre & accipere,fol.135.
Deus ab illo omne bonũ, & ad ipſum referendum, fol.15.Pars & quies iuſti,fo. 18.Magiſter,fol.114.pag.2. Ex malis bona elicit,fol.87.173.241.Patiens,fol.172 205.122.207.Paratus benefacere,fol.135 Eius gloria ſemper quærenda, fol.146. Cum Deo diſputare quo pacto, fol. 199. Neminem deſerit niſi deſertus, fol. 215. pag 2.Nos & noſtra Deo committamus, fol.224.Dei prouidentia certa, fol. 213. 237.241. Cur mala & malos permittat, ibidem.Punit inuitus,fol.241.Paſtor, fol. 280.Amandus ac timendus,fol.283.Agricola, fol.39.
Deum noſſe aut ignorare,fol.283.pag. 2.
Detractor & maledicus,fol.162.243.pag.2. 245.246.
Dexterum & ſiniſtrum,fol.233.pag.2.
Dies bona vel mala, fol.168.
Diuinorum inquiſitio,fol.22.
Dilectio inimicorum ſemper fuit in precepto,fol.81.82.&c.
Diligentia.fol.224.
Diſcere a quo & vbi,fol.114.115.
Diues refugium ſit pauperis,fol.87.
Diuitum curæ. Vide.cap 2.v.18.&c.cap.4.v. 8,cap.5.v.9.10.11.12.
Diues arrogans,fol.98. pag.2.
Diuitię.fol.41.61.63.75.87.91.115.126.129. 132.133.228.274.pag.2.
Diſputatio,fol.85.pag.2.142.
Diſcordia,fol.97.
Diuinatio,fol. 246. Iudęorum fallax ad lucrum,pag.2.
Doctrina tuta,fol.278.
Docere.Doctor,fol.21.27.166.167.268.*pag.* 2.Vide concionator.
Doctor vanus,auarus,fol.136.

E.

EBrietas,fol.43.
Eccleſia vinea,fol.39.
Eccleſiæ ingreſſus qualis,fol.113.
AEdificiorum origo,fol 28. &c.
Electio prelatorum,fol.226.pag 2.237.
Eleemoſyna,miſericordia,fol.61 pag. 2.63. 73.101.104.108.215.253.259.260.261. 262.263.
Dicitur iuſtitia.fol.262.
Euchariſtia. Pſalm.24. *v.14. in prefatione,* fol.220.
Excuſare peccatum,fol.45.
Exemplum efficacius verbis, fol.2.
Experientia doctrinę confert, fol. 25.27. pag.2.

F.

FAcere quod modis,fol.47.
Facies mulieris fucata, fol.196. Facies fortis quid,fol.197. Facies animi index, fol.194.
Facies Dei,fol.198.pag.2.
Fama & nomen,fol.19.pag.2.56.145. pa. 2.
Filiorum educatio ſiue inſtitutio, fol. 56. 249.268.
Finis noſtri conſideratio,fol.59.
Fletus & flendi cauſę,fol. 70. 71. 151. Vide cap.2.v.2.cap.5.v.4.
Fœcunditas Dei donum,fol.136.
Fœminarum ornatus & fucus,fol.196.221. 274. Vitandus aſpectus & colloquium, fol.188.pag.2,&c.

Fouet

Fouea quid,fol.240.
Fraus recidit in auctorem,fol.240.
Funeris apparatus,fol.273.

G.

Generatio.ca.1.v.4.fol. 10. &c.
Gloria Dei quærenda ſemper, fo. 16. pag.2.146.
Gratię D.Neceſsitas,fol.166.167.Illuſtris in fœminis,fol.190.pag 2.
Nemo de illa certus,fol.114.216.
Gratiarum actio,fol.16.pag.2.
Gratitudo,fol.268.pag.2.
Gula, fol.266.

H.

Homo hominì ſpeculum, fol.97. Homo duplex interior & exterior,fol. 229. Homo libere agit,fol. 172. Homo mutabilis, fol. 55. 194. Homo vanitas, fol.5.Vita eius vmbra,fol 211.
Oportet eſſe paratum ad omnē fortunam, fol.168 &c.
Honores mutant mores,fol.196.pag.2.
Vir bonus honorat locum & miniſterium, fol.238.
Hypocriſis,fol.6.206.146.222.

I.

Iactantia vitanda,fol.185.
Idolum vanitas;eſt quidquid amat peccator,fol.7. Ieiunium.ſup.abſtinentia.
Ignorare ſe, fol. 50. Ignorare Deum, fol. 283.pag.2. Ignorare horam mortis vtile eſt,fol.226.pag.2.
Impudentia, fol. 196. Imperium præcedat obedientia,fol.8.
Impunitas peccantium vtilis bonis,fol.209. pag.2.
Imitatio,fol.48.
Imitatio Chriſti.fol.54.
Indignatio ſapientis,fol.28.pag.2.
Inuidia,fol 103.&c.
Ingratitudo,fol.227.pag.2.
Incarnatio verbi D. Nouum quid & mundi renouatio,fol.18.
Inſidiæ in auctorem recidunt,fol.240.
Ira, eius occaſio vitanda, fol. 183. pag. 2. 264.
Iudex,ęquus,fol.93.pag.2. Iniquus,fol.121 171. Deus iuſtus iudex,fol. 169. pag. 2. &c.
Iudęorum malignitas, fol. 81. Impoſturę, fol.246.pag 2.
Iudicium prauum, fol.28.234.pag 2.
Iudicium Diuinum,iudicij dies,fol. 93. 95. 96.143.142.201.254. 263. 269. Iudicium quid,fol.202.
Iuſtitia ſemper ſeruanda,fol.181.184.208.
Iuſtus de ſalute peccatoris curat,fol.154.
Iuſtus inter impios illuſtrior,fol. 164. Eſt reipublicę firmamentum,fol. 270. Eſt ſapiens,fol.245. Ex malis elicit bona,(fol. 209.pag.2.227.231.

L.

Labor mundani infructuoſus; inanis cap. 2. v. 11. 18. cap. 3. v. 9. cap.5. v. 15.
Lapis quid,fol.73.
Lętitia honeſta, fol. 90. impij & iuſti', fol. 152.153. quando occultanda, fol.74.
Lex.D.fol. 200.
Libertas arbitrij, fol. 172.
Librorum multitudo,fol.281.
Lingua.Vide maledicus. Correptio,fol.243. pag.2.245.
Locus quid,fol.236. Locus hominis puluis & humilitas,ibidem.
Locum honorat vir bonus, fol. 238.
Luctus,cap.7.v. 3.
Lux,fol.261.pag.2.
Luxus,fol.252.

M.

Maledicus,fol.182.243.245. 246.
Magiſter. Vide concionator. Doctor.
Malum in auctorem,fol.240.
Mala & bona temporalia, &c.ſupra,Bona.
Memoria præteritorum quam bona,vel mala,fol.45.pag.2.
Miſericordia.Sup.Eleemoſyna.
Miſericors Deus,fol.15.ſup.Deus.

Digitized by Google

lectoris, plurima enim reperiet.

Nota Dabar, id eſt, verbum ſed mutatis punctis poteſt eſſe infinitiuus. Niſmahh, id eſt, Auditus fuit, poteſt eſſe prima perſona futuri numeri pluralis, audiamus: Hebræi pro ſuo arbitrio puncta affigunt. Col, id eſt, omnis. Item totus Gen. cap. 25. num. 25 cap. 31. num. 6. cap. 47. num. 13. &c. Omnis homo poteſt ſumi diſtributiue, vel ſignificat totum hominē. Hoc eſt omnis homo. i. in hoc conſiſtit totalis hominis perfectio. Eſt etiā prępoſitio cauſalis, ſicut Ioan. 17. Hæc eſt vita æterna &c. Eccli. 1. num. 11. Timor Domini gloria &c. id eſt, cauſa gloriæ nu. 34. Sapientia & diſciplina timor Domini, id eſt, vera ſapientia eſt in timore Domini. Sic cum dicitur, quia hoc omnis homo, id eſt, ex hoc tota hominis perfectio naſcitur.

v. 14. H. *Quia omne opus Deus adducet in iudicium, ſuper omne occultum, ſiue bonum ſiue malum.*

Lat. *Et cuncta, quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum ſiue malum illud ſit.*

SI quem non mouet creatoris recordatio, & beneficiorum magnitudo, mouere ſane debet D. iudicij memoria, in quo tam terribilis contra impios apparebit iudex, quā māſuetus apparuit iudicandus. Vt hominem redimeret, tanquam agnus manſuetus ductus eſt ad occiſionem, & coram tandē te ſe obmutuit, veniet tanquā leo: leo rugit & quis non pauebit? Quantus erit terror diei illius? Dies iræ dies illa calamitatis & miſeriæ: quis mihi hoc tribuat, inquit Iob, vt in inferno protegas me & abſcondas me donec pertranſeat furor tuus? &c. Si hæc dixit Iob ob temporalem, quam patiebatur calamitatem, quid de illa die diceret? Confige timore tuo, (inquit Dauid) carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Sed omnia iudicia mitiora fuerunt quam illud erit vltimum iudicium. Multa in S. S. narrantur, quorum recordatio vehemēti concutit hominem terrore. Lege Ieremiæ Threnos, lege alias calamitates belli & famis, quas Regum libri cōmemorant, pręſertim, quartus, nihil cum diei illius terribilitate poteſt comparari. Deus manifeſte veniet Deus noſter & non ſilebit, ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida &c. Nubes & caligo in circuitu eius, iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius. Ignis in conſpectu eius exardeſcet,

Iudicium D.
Ierem. 11.
Amos. 3. v 8
Ioel. 2. v. 32.
Iob. 14. 13.
Pſ. 118. 120.
Pſal 49.
Pſal. 96.

deſcet,& inflammabit in circuitu inimicos eius &c. Poſt tribulationem dierum illorũ ſol obſcurabitur &c. Tunc parebit ſignum filij hominis in cœlo,&tunc plangent omnes tribus terræ,& videbunt filiũ hominis venientem cum virtute multa & maieſtate, qui venerat in humilitate iudicãdus, veniet in maieſtate iudicaturus: cognoſcetur Dominus iudicium faciens, quem miſericordiam facientem no luerũt impij cognoſcere: ſignum illud crucis quod fuerat Iudæis ſcãdalum & gentibus ſtultitia ſic terrebit impios vt dicant montibus & petris cadite ſuper nos & abſcondite nos à facie iræ ſedentis ſuper thronum,& ab ira agni,quoniam venit dies magnus iræ ipſorum: & quis poterit ſtare? Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum &c. Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus,increpationes in populis; ad alligandos reges eorũ in compedibus,& nobiles eorum in manicis ferreis; vt faciant in eis iudicium conſcriptum.G aude ſpectaculũ, formidabile iudicium quando vltima & irreuocabilis feretur ſententia, quando omnia terrebunt impium,nam vt dicitur Sap. 5. num. 18. Accipiet armaturã zelus illius(ſcilicet Dei) & armabit creaturam ad vltionem inimicorũ, induet pro thorace iuſtitiam, & accipiet pro galea iudiciũ certum: ſumet ſcutum inexpugnabile æquitatem: acuet autem duram iram in lanceã; & pugnabit cũ illo orbis terrarum contra inſenſatos &c.

Matth. 24.

... 29.

Ioan. 9. 17.

Apoc. 6. 16.

... 5.

Psal. 149. 5.

Sap. 5.

Iuſtiſsimum fuit vt Deus vniuerſali & publico iudicio omnium hominũ cauſas diſcuteret,vt maior eſſet Sanctorum gloria,maior iniquorum confuſio:&Dei ſapientiſsima prouidentia omnibus innoteſceret, & manifeſta fierent abſcondita humani cordis, nam cum multi præſentiam Dei non vereantur,qui in omni loco contemplatur bonos & malos,& homines oculos declinent,vel ob hypocreſim vel ob pudorem turpitudinis,æquum eſt, vt omnia occulta omnibus pateant.Quid quæris peccator latebras? quid fugis hominum notitiã, cum Dei præſentiam fugere nõ poſsis?ergo in iudicio vniuerſali detegentur omnia tua etiam cordis arcana ſumma tui verecundia ac cõfuſione. Tunc apparebit quid ſecretò nobiſcum egerit Deus,vt conuerteremur; quot nos obſta-

cula oppoſuerimus diuinis auxilijs; quanta temeritate ac ſuperbia repudiauerimus Dei beneficia; Ingratitudo, contéptus, duritia, rebellio, omnibus erunt notiſsima, & Dei ſumma clementia, patientia, miſericordia, atq. iuſtitia maximo ſplendore coruſcabunt.

Nehhlam, id eſt occultum &c. Vulgatus vertit, Erratum, potuit ſic vertere ſed fortaſsis melius reliquiſſet nomen in ſua generalitate, & ſententia eſſet magis perſpicua. *Hhalam.* Hhalã, id eſt abſcondo. Iob. 28. n. 21. Hhalumoth, id eſt abſcõdita. Pſ. 43. v. 22. Thahhalumah, id eſt abſcondrium. Iob. 28. n. 10. Celo. 4. Reg. 4. n. 27. Prætereo. Deut. 22. n. 1. Negligo. n. 3. deſpicio. n. 4. & Pſal. 54. v. 2. &c. Contemno, 1. Reg. 12. nu. 3. lateo, 3. Reg. 10. n. 3. Obliuiſcor Leuit. 5. nu. 2. Inique ago Pſal. 25. nu. 4. Ex his conſtat nomẽ Nehhlam poſſe ſignificare occultum, latens, abſconditum, contemptum, neglectum, deſpectum, iniquum, erratum: & per erratum in præſenti intelligitur omnis defectus operis ſiue bonum ſiue malum ſit ex natura ſua. Adducet Deus in iudicium omnia opera, quæ videbantur bona, qualia ſunt hypocritarum; quæ etiam latent ipſum operantem, ſæpe enim decipimur ſpecie recti; multa obliuiſcimur, multa omittimus, quæ facere deberemus: nihil ergo erit quod non veniat in iudicium, vt manifeſtetur omne erratum; iudicium enim potiſsimum propter improbas erit, ſi enim omnes eſſent iuſti non videbatur iudicium neceſſarium, quoniam beati in eſſentia D. rerum omnium conſonantiam nouerũt.

Dies illa dies iræ, calamitatis & miſeriæ, dies magna & amara valde. Audiamus Sophoniam cap. 1. v. 14. Iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta eſt dies velox nimis, vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis; Dies iræ dies illa tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis &c. Cur timebo in die mala? (Pſa. 48.) Iniquitas calcanei mei circundabit. Væ qui opulenti eſtis in Sion (Amos. 6.) & confiditis in mõte Samariæ, optimates, capita populorum, ingredientes põpatice domum Iſrael. In Hebræo eſt, & ingrediebantur ſibi domum Iſrael. Hoc eſt, qui ſingulares eſſe volebant qui faſtu & arrogantia gradiebantur, qui ſua quærebant non cõmunia bona, ſibi ſolis proſpiciebant: hæc eſt iniquitas calcanei, quæ circundabit optimates & opulentos in Sion in religione, in mõnte Samariæ, hoc eſt, in honore & glo-

Sophon. 1

Pſal. 48.

Amos. 6.

ria

ria mundana confidentes. Væ prælatis qui ita ambulant, vt ſubditos aut a recta prauo exemplo deturbent, veſtigium plantę ſiue calcanei ſtigma, exemplum eſt, qui pompatice ingreditur prauum relinquit exemplum. Numquid Deus prælatos inſtituit ad docendam crapulam delicias, arrogantiam? ponite quęſo ante oculos diuini iudicij terribilitatem: meměto te illius quod dicitur Sap. 6. v. 6. Horrende & cito apparebit vobis, quoniam iudicium duriſsimum his, qui præſunt fiet. Expectat pręlatos hoc iudicium, nec tamen formidant pleri que neq. ambitionem deponunt. Verebar (inquit Iob) omni opera mea ſciens quod non parceres delinquenti: & tu non vereris illa opera quæ ſcis eſſe mala, aut ſaltem periculoſa? merito qui amat periculum peribit in illo. Si quæras cur iudicium duriſsimum fiet his, qui pręſunt, ipſemet ſapiens dixerat v. 5. Quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non recte iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitię, neque ſecundũ voluntatě Dei ambulaſtis. Miniſtri regni Dei ſunt omnes pręſides, iudices, legũ latores: verũ ſicut pręcipuã habět dignitatě ſpirituales miniſtri, ſic durius erit illorum iudiciũ ſi violauerint legem iuſtitiæ, & ſecundum Dei voluntatem non ambulauerint.

Sap. 6.

Eccl. 3. v. 27.

Quid dicã de legũ mutatione, inſtabilitate (ne dicã, leuitate) vnde fit vt nulla ſit legũ veneratio, nullũ certũ violatori ſuppliciũ niſi iudex ſit reo infenſus, aut aliqua ratione mũdana ad puniendũ reũ cõpellatur. Rarus eſt & corno albo ſimillimus qui zelo iuſtitię legibus obtěperet, & iuxta legũ decreta iudicet. Niſi leges ſint ſtabiles, & iudices cogãtur leges ſeruare reſpublica ſtare nõ poterit: lexq. erit gladius in manu hominis furioſi, quia quos volet puniet præter ſa lege, ad grauiora ſcelera conniuebit, quia legě nõ veneratur neq. vllo metu ſuplicij abſtertetur.

Hęc omnia adducet Deus in iudicium, & tunc potentis potenter tormenta patientur. Vę mihi, à quo licet animarum cura non eſt magnopere exigenda verum iudiciũ illud vehementer perhorreſco, me enim illa verba terrent Salomonis, immo Dei ipſius iudicis fortiſsimi: vocaui (inquit) & renuiſtis &c. Ego quoque in interitu veſtro ridebo, &c. omnibus dicitur: Quærite Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt, derelinquat impius viã ſuam &c. prælatis dicitur: Diligite iuſtitiã qui iudicatis terram &c. Ne diligatis auaritiã

Sap. 6. v. 7.

Prou. 1. v. 24. Iſa. 55. v. 6.

ne ambitione inſtructi ius & fas peſſunderis, ne regnantibus impijs fiant ruinæ hominum: ne illud contingat quod dicitur: Quicquid delirant reges plectuntur Achiui. &c. Dat veniam coruis vexat cenſura columbas. Caueant inferiores prelati ne quid cõmittant, quo Deus iratus punire cogatur, quia horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis, & videntis omnia. Audiant illud Iſa. 26. v. 10. Miſereamur impio & non diſcet facere iuſtitiam &c. Temperanda eſt iuſtitia miſericordia, ſed miſericordia non eſt illa, quæ dimittit nocentes cum detrimento aut iniuria innocentum Crudelis eſt iudex qui impunitũ dimittit ſcelus in detrimentũ reipublicæ. His & ſimilibus ira diuina excitatur, quæ lento gradu ad ſui vindictam progreditur, ſed ſupplicij tarditatem grauitate compenſabit. Dicat ergó vnuſquiſq. noſtrũ cum Dauide: confige timore tuo carnes meas à iudicijs enim tuis timui. Ergó antequã ad iudicium vocemur iudicemus nosmetipſos ne cum hoc mundo damnemur. Sicut in die honeſtè ambulemus, & adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt miſericordiam conſequamur & gratiam inueniamus in auxilio opportuno, vt Deus miſereatur noſtri & benedicat nobis, illuminet vultum ſuum ſuper nos & miſereatur noſtri, cui laus eſt & gloria per infinita ſæculorum ſæcula.

Amen,

[Margin notes: Prou. 28. — Heb. 10. v. 31 — Iacob. 2. — Iſa. 26. — Pſalm. 118 — 1. Cor. 11. — Rom. 13. — Hebr. 4. 16 — Pſalm. 66.]

INDEX

INDEX
RERVM, ET VERBORVM
F. FOLIVM. P. PAGINA.

A.

ABſtinentia,fol.9.222.
Abuti ſacris litteris,fol 106.107.
Accuſatio Peccati,fol.45.
Aduerſitas.Vide Tribulatio.
Adulatio, fol.154.pag.2.155.156.192.
Agricola Deus,fol.39.
Ambitio & eius peruerſitas, &c. fol.8.17.
113.118.123. 205. 256.
Ambulare cum Deo,fol.198.pag.2.
Amicitia,fol.108. 109.
Amor facilitat obediẽtiã,fo.2.eius vis,f.51.
Amor ſui,pag.2.
Amor Dei ſubſtantialis,fol.218.pag.2.219.
Anima quid ſignificet,fol.139 141. eſt vbi amat,fol.141.deſerit auarum ibidem.
Animi immortalitas,fol.275.pag 2 quo pacto roboretur aduerſus mala, fol. 111
168.157.pag.2.
Arrogantia,vide ſuperbia.
Aſtrologia diuinatrix,fol 203. 246.
Auditores praui,fol. 276.pag.2.
Aures audientes quæ ſint,fol. 229.
Auri vis, fol.252.253.
Auaritia. Auarus,fol.17.76.90.pag.2. 106.
107.123. 124. 125. 131.135 pag.2.137.
140.237 p.2.252.

B.

BEllum,fol.84 omnia turbat,fol.269.
Benefacere ſemper & omnibus,fol.226
276.pag.2.
Beneficium à iuſto factum non perit,fo.189
Beneficiorum D.obliuio,fo.228.259. &c.
Bona temporalia communia bonis & malis,fol.56.116.117.
Blaſphemię vitandæ,fol.118.pag.2.
Vir bonus. Vide iuſtus. Patitur perſecutionem,fol.100.pag.2.

C.

CAlix quid ſignificet,fol.43.pag.2.
Canticum,fol.42.
Calumnia,fol.157.
Candor,fol.220 pag.2.
Charitas,fol.7.pag 2. 9.29. 109. 110. 167.
pag 2.250.251.p 2.261.pag.2.
Chriſtus. Abſolutus magiſter,fol.2. vita & mors eius eſt ſpeculum veritatis, confutatio vanitatis &c.ibidem.
Eſt ſol,& quo pacto dicatur oriri & occidere,fol 13. Doctor perfectus,fol.276. Eſt viris fol.39.Vide Incarnatio.
Cibi & potus vſus. Hominis cibus qualis.
Ciborum condimenta & appararatus,fol.266
Cognitio Dei quæ vera,fol.283.pag.2.
Cognitio ſui,fol.50 142.145.150.
Cognitio peccati practica mala eſt; ſpeculatiua poteſt eſſe bona & mala,fol.31.p.2
Concionator doctor, prędicator qualis, & quod munus illius,fol.2.8.16.26.28 30.
68.70.159.183 276.277.
Concionator vanus,fol.137.p.2.138.252.

Oo 3 Concu-

Concupiſcentia,fol.119.264.pag.2.265.
Conſolatio a Deo,fol.153.pag.2.
Conſuetudo,fol. 249.
Contentio,fol. 97.
Conuerſio peccatoris non fit ſine gratia, fol.166.
Cor,id eſt mens, voluntas,fol.86.87.
Cor mundum,fol.245.233.pag. 2. Prauum, fol.31.
Correctio difficilis,fol.25.
Correptio,fol.151.pag.2.154.155.159.183. Nota.
Cupido diuitiarum,fol.252 253.
Cura ſalutis proximi,fol.167 pag.2.
Curioſitas circa diuina, fol.143. 144. 239. pag.2.241.Inſatiabilis,fol.17.pag.2.
Cuſtodia legis & mandatorum, fol.22.200. 280.
Cuſtos Deus.Vide Deus.
Cuſtodia oculorum.Vide Oculus.
Crux Chriſti cathedra,fol.2.276.

D.

DAte & accipere,fol.135.
Deus ab illo omne bonū, & ad ipſum referendum, fol.15.Pars & quies iuſti,fo. 18.Magiſter,fol.114.pag.2. Ex malis bona elicit,fol.87.173.241.Patiens,fol.172 205.122.207.Paratus benefacere,fol.135 Eius gloria ſemper quærenda, fol.146. Cum Deo diſputare quo pacto, fol. 199. Neminem deſerit niſi deſertus, fol. 215. pag 2.Nos & noſtra Deo committamus, fol.224.Dei prouidentia certa, fol. 213. 237. 241. Cur mala & malos permittat, ibidem.Punit inuitus,fol.241.Paſtor, fol. 280.Amandus ac timendus,fol.283.Agricola, fol.39.
Deum noſſe aut ignorare,fol.283.pag. 2.
Detractor & maledicus,fol.162.243. pag.2. 245.246.
Dextrum & ſiniſtrum,fol.233.pag.2.
Dies bona vel mala, fol.168.
Diuinorum inquiſitio,fol.22.
Dilectio inimicorum ſemper fuit in præcepto,fol.81.82.&c.
Diligentia.fol.224.
Diſcere a quo & vbi,fol.114.115.
Diues refugium ſit pauperis,fol.87.
Diuitum curæ. Vide.cap.2.v.18.&c.cap.4.v. 8.cap.5.v.9.10.11.12.
Diues arrogans,fol.98. pag.2.
Diuitię.fol.41.61.63.75.87.91.125.126.129. 132.133.228.274.pag.2.
Diſputatio.fol.85.pag.2.142.
Diſcordia,fol.97.
Diuinatio,fol. 246. Iudęorum fallax ad lucrum,pag.2.
Doctrina tuta,fol. 278.
Docere.Doctor,fol.21.27.166.167.268.pag. 2.Vide concionator.
Doctor vanus,auarus,fol.136.

E.

EBrietas,fol.43.
Eccleſia vinea,fol.39.
Eccleſiæ ingreſſus qualis,fol.113.
AEdificiorum origo,fol 28. &c.
Electio prælatorum,fol.226.pag 2.237.
Eleemoſyna,miſericordia,fol.61 pag.2.63. 73.101.104.108.215.253.259.260.261. 262.263.
Dicitur iuſtitia.fol.262.
Euchariſtia. Pſalm.24. v.14. in pręfatione, fol.220.
Excuſare peccatum,fol.45.
Exemplum efficacius verbis, fol.2.
Experientia doctrinę confert, fol. 25.27. pag.2.

F.

FAcere quod modis,fol.47.
Facies mulieris fucata, fol.196. Facies fortis quid,fol.197. Facies animi index, fol.194.
Facies Dei,fol.198.pag.2.
Fama & nomen,fol.19.pag.2.56.145. pa. 2.
Filiorum educatio ſiue inſtitutio, fol. 56. 249.268.
Finis noſtri conſideratio,fol.59.
Fletus & flendi cauſę,fol. 70. 71. 151. Vide cap.2.v.2.cap.5.v.4.
Fœcunditas Dei donum,fol.136.
Fœminarum ornatus & fucus,fol.196.221. 274. Vitandus aſpectus & colloquium, fol.188.pag.2,&c.

INDEX.

Fouea quid,fol.240.
Fraus recidit in auctorem, fol.240.
Funeris apparatus,fol.273.

G.

GEneratio.ca.1.v.4. fol. 10. &c.
Gloria Dei quærenda ſemper, fo. 16. pag.2.146.
Gratię D.Neceſsitas,fol.166.167.Illuſtris in fœminis,fol.190.pag 2.
Nemo de illa certus.fol.114.216.
Gratiarum actio,fol.16. pag.2.
Gratitudo,fol.268.pag.2.
Gula, fol.266.

H.

HOmo homini ſpeculum, fol.97. Homo duplex interior & exterior,fol. 229. Homo libere agit,fol. 172. Homo mutabilis, fol. 55. 194. Homo vanitas, fol.5.Vita eius vmbra,fol 211.
Oportet eſſe paratum ad omnē fortunam, fol.168 &c.
Honores mutant mores,fol.196.pag.2.
Vir bonus honorat locum & miniſterium, fol.238.
Hypocriſis,fol.6.206.146.222.

I.

IActantia vitanda,fol.185.
Idolum vanitas,eſt quidquid amat peccator,fol.7. Ieiunium.ſup.abſtinentia.
Ignorare ſe, fol. 50. Ignorare Deum, fol. 283.pag.2. Ignorare horam mortis vtile eſt,fol.226. pag.2.
Impudentia, fol. 196. Imperium præcedat obedientia,fol.8.
Impunitas peccantium vtilis bonis,fol.209. pag.2.
Imitatio,fol.48.
Imitatio Chriſti.fol.54.
Indignatio ſapientis,fol.28.pag.2.
Inuidia,fol 103.&c.
Ingratitudo,fol.227.pag.2.
Incarnatio verbi D. Nouum quid & mundi renouatio,fol.18.
Inſidiæ in auctorem recidunt,fol.240.
Ira, eius occaſio vitanda, fol. 183. pag. 2. 264.
Iudex,æquus,fol.93.pag.2. Iniquus,fol.121 171. Deus iuſtus iudex,fol. 169. pag. 2. &c.
Iudęorum malignitas, fol. 81. Impoſturę, fol.246.pag 2.
Iudicium prauum,fol.28.234.pag 2.
Iudicium Diuinum,iudicij dies,fol. 93. 95. 96.143.142.201.254. 263. 269. Iudicium quid,fol.202.
Iuſtitia ſemper ſeruanda,fol.181.184.208.
Iuſtus de ſalute peccatoris curat,fol.154.
Iuſtus inter impios illuſtrior,fol. 164. Eſt reipublicę firmamentum,fol. 270. Eſt ſapiens,fol.245. Ex malis elicit bona,fol. 209.pag.2.227.231.

L.

LAbor mundani infructuoſus, inanis cap. 2. v. 11. 18. cap. 3. v. 9. cap.5. v. 15.
Lapis quid,fol.73.
Lętitia honeſta, fol. 90. impij & iuſti', fol. 152.153. quando occultanda, fol.74.
Lex.D.fol.200.
Libertas arbitrij, fol. 172.
Librorum multitudo,fol.281.
Lingua.Vide maledicus. Correptio,fol.243. pag.2.245.
Locus quid,fol.236. Locus hominis puluis & humilitas,ibidem.
Locum honorat vir bonus, fol. 238.
Luctus,cap.7.v. 3.
Lux,fol.261.pag.2.
Luxus,fol.252.

M.

MAledicus,fol.182.243.245. 246.
Magiſter. Vide concionator. Doctor.
Malum in auctorem,fol.240.
Mala & bona temporalia, &c.ſupra,Bona.
Memoria præteritorum quam bona,vel mala,fol.45.pag.2.
Miſericordia.Sup.Eleemoſyna.
Miſericors Deus,fol.15.ſup.Deus.

Malum vitandum,fol.231.
Malum temporale quando liceat optare, fol. 211.
Mores deprauati non ſunt temporis, fol. 165.pag.2.
Mors, eius dies melior, quam natiuitatis. fol.147.pag.2.
Eius memoria, fol.148.&c. 204. 217.263. horæ eius incertitudo, fol. 204. Ignoratio vtilis,fol.22 7.Eius comites,fol.170.
Mortificatio,fol.69.pag.2.90.240 266.
Mos plangendi mortuos,Sup Funus.
Muſcæ quid ſignificent:cur deus illas creauerit,fol.231.
Mutabilitas rerum,fol. 112.238.

N.

NAuigatio.fol.253.
Negligens.Negligentia infra pigritia.
Nemo læditur niſi à ſe.fol.162.167. pag.2.
Nobilitas,& qui illa indigni,fol.85. Ab illa degenerans.fol.249.250.
Nomen. Sup.Fama.

O.

OBedientia,fol.2.113.pag.2.114.115. 197.
Obliuio beneficiorum D.fol 228.
Occaſio boni captanda.fol. 64.260.pag.2.
Occaſio iræ,& mali vitanda, fol.183. pag. 2. 231.263 pag. 2.
Oculorum cuſtodia,fol.44.pag. 2.54.264.
Odium culpæ vel pœnæ, fol. 80.
Opera in Deo facta,&c.fol 8 &c.
Opera bona,fol.214. Ingratis facta non pereunt,fol. 227.pag.2.
Operandum benè inſtanter,fol 202. 223.
Ornatus. ſup.Fœmina
Oratio,fol.113.pag.2.114.115 159.197.
Oris cuſtodia,fol.115.
Os gladij quid.In præf tione.

P.

PAtientia,fol.94.159.160.pag.2.197.pag, 2.261.pag.2.235.Dei patiẽtia,fol.272. pag 2.
Pater,fol.3.252.pag.2.
Paupertas ſpiritus,fol.14 pag.2. 40. pag. 2. 140.
Pauperum cura,fol.61.Pauper. fol.124. it 8. 253.
Pax.fo 3.84.85.93.
Peccator eſt hypocrita & idolatra, fol. 6.7. Ambulat in circuitu,fol.15.Eſt ignorãs, fol.25.Caret corde,fol. 27. Inſanit, fol. 28 Extra ſe fertur,fol.32.51.62.Eſt in tenebris, fol. 50. Eſt effœminatus,fol 53. pag.2. Doloris ſenſum amittit, fol. 57. pag.2 Semper habet flendi cauſam, fol. 71.pag.2. Eſt diſſolutus ac diuiſus, fol. 77.Eius ſocietas declinanda. fol. 77. via eius(id eſt vitę modus)difficilis,dura,fol. 85. Vide ſup. correptio qui corrigatur difficulter,fol.28.Eius vita mors eſt, fol. 166.Deum deſerit,fol.215.pag.2. Eſt ſeruus ,fol.217.
Peccatum fouea,fol 240.
Pecuniæ vſus & vis,fol.252.253.
Pes quid,fol. 114.
Perſecutio iuſti,fol.100 pag.2.
Perſeuerantia,fol.158 222.220. pag.2. 223. 235.
Pigritia,fol.106.224.250.251.
Pœna ſenſus & damni ex peccato,fol. 169. &c.Inferni eur perpetua,fol.275.pag 2.
Pœnitentia.fol.45. 52.65. 197. pag.2. 199. 202.210 217.268.
Potentia & diuitię quando pulchræ. fol 87
Prędeſtinatio & reprobatio,fol.170.173.
Pręmeditatio animum roborat,fol. 111.168
Pręlatus pręſul fol. 2.26. pag.2.54.pag.2. 160.205.Periculoſum pręeſſe, fol.25.pa. 2.Eius vigilantia,fol.251.Malus.fo.252.
Præparatio ad iudicium.fol. 201.
Prędicator.ſup.concionator.
Propoſitio vniuerſalis qualiter intelligenda fol.190 pag 2.
Proſperitas,fol.13.Periculoſa,fol 194 In illa oportet meminiſſe aduerſitatis,fol.263
Prouidentia D. fol.64.65.66 67 Superat noſtram facultatem,fol. 89. Non neganda, fol.118.pag.2.Non ſcrutanda curioſè,fo. 166.pag 2.173.174.&c.213. 237.pag. 2. 239 241.
Proximus quis.fol.82.
Prudentia.133.pag.2,225. 227.pag. 2. 228. pag.2.

Puer quis,fol.248.
Pulchrum quid,f.86.pag.2. 87.
Pulchritudo fœminæ periculoſa,fol.196.

R.

Regni miniſtri quales eſſe oporteat,fol. 248.
Religionis ſtatus,fol.40.
Religioſorum multitudo,fol.74.
Reſpondere Deo ſit homo paratus,fol.201. 202.
Riſus,fol.33.pag.2.151.ca.2.v.1.

S.

Sacræ ſcripturæ abuſus,fol.106.107.
Sacramenta,fol.39.40
Sapiens opere,fol.248.
Sapientia,fol.16 pag.2.35.p.2.50.160.165. 172.229.242.243. Huius temporis qualis. fo.185 pag 2.186.
Sapiens quis, fol. 164. 183. Sapientis finis, fol.139.
Sectæ inter theologos non ferendæ, fol. 47. pag. 2.
Seruitus Chriſti glorioſa,fol 48.
Seruitus vitiorum,fol.265.
Seruorum ſuperbia,fol.238.pag.2.
Seps,quid ſignificet,fol.140 pag. 2.
Silentium.fol.77.pag 2.Inter epulas,fo.146
Singularitas,fol.108.109.
Solicitudo, fol.223.pag.2.
Somnus,fol.127.&c.Sobrietas.Inf.Temperantia.
Spes pij & impij,fol.85.v.2.
Spiritus quid,fol.235.
Stultitia aliqua potior ſapientia, fol. 232. pag. 2.
Subditi conditio melior quam prælati, fol. 205.

T.

Temperantia, fol.61. 248. Decet viros principes, fol.251.
Tempus &c.fol 64.&c.177.223.
Timor Domini.fol. 210.282.&c.
Timendum ſemper,fol.169.pag.2.
Tranquillitas animi,fol.94.
Tribulatio,fol.13.97.pag.2.134.198.pag.2. 200.235.pag.2.
Trinitas,fol.49.
Triſtitia,fol.151.ca.2.v.1.

V.

Vanitas cap.1.per totum,&c.
Vanagloria,fol.159.pag.2.
Veritas odium parit,f.182.pag.2.&c.
Vigilantia,fol.169.pag.2 226.251.
Via impij dura,fol. 85.pag.2.
Vinum,ebrietas,fol.43.
Vindicta,fol.107.pag.2.122.
Virtus,fol.8.Honorabilis.fol.98 pag.2.Regno digna,fol.248.Ex perſonarum inæqualitate multiplex oritur,fol.258.
Vita humana,fol.57.60.pag.2.70. &c. 105. 140.194.211.223.Longa,plena:breuis vacua,fol.177.
Vir bonus ſup.Iuſtus.
Vmbra quid.fol.166.
Vnguentum pretioſum quid,fol.231.
Vnio, Charitas,fol.7.
Vitium extirpandum,fol.8.68.
Voluptas,fol.31.32.pag.2.42,62.pag.2.266.

Digitized by Google

INDEX QVORVNDAM LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ.

GEn. 1. v. 26. Ad imaginem & ſimilitudinem, fol. 278.
Gen. 2. v. 3. creauit Deus vt faceret, fol. 47.
Deut. 32. v. 18. oblitus es Dei Creatoris tui, fol. 269 pag. 2.
1. Reg. 12. v. 6. qui fecit Moyſen, &c. fol. 47.
Iob. 9. v. 18. verebar omnia opera mea fol. 214. pag. 2.
Pſalm. 4. v. 5. Iraſcimini, &c. fol. 31. pag. 2.
Pſalm. 11. v. 9. In circuitu impij ambulant, fol. 15.
Pſalm. 24. v. 14. Firmamentum eſt D. In pręfatione.
Pſalm. 33. v. 5. Accedite ad eum & illuminamini, fol. 114. pag. 2.
Pſalm. 35. v. 12. Non veniat mihi pes ſuperbiæ, fol. 114.
Pſal. 38. v. 8. Quę eſt expectatio mea, fol. 85. pag. 2.
Pſalm. 54. v. 24. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, fo. 177. pag. 2.
Pſal. 61. v. 10. Veruntamen vani filij hominum, &c. fol. 5.
Pſalm. 76. v. 5. In tribulatione Deum exquiſiui, fol. 153. pag. 2.
Pſalm. 84. v. 9. Qui conuertuntur ad cor. fol. 11. pag. 2.
Pſalm. 90. v. 12. Ne forte offendas ad lapidem, &c. fol. 114.
Pſalm. 109. Sede à dextris, fol. 233.
Pſalm. 140. v. 5. Corripiet me iuſtus, fol. 155.
Prou. 11. v. 29. cap. 15. v. 17. Conturbare domum, fol. 131. cap. 17. v. 24. oculi ſtultorum, fol. 52. pag. 2.
Prou. 14. v. 10. Cor, quod cognoſcit amaritudinem animæ ſuę, fol. 253. pag. 2. cap. 23. v. 13. qui detrahit alicui res, fol. 201.
Prou. 18. v. 14. Spiritus ad iraſcendum facilis, fol. 162. cap. 31. v. 19. manum ſuam miſit ad fortia, fol. 105. pag. 2.
Eccl. 1. v. 5. Fons ſapientię &c. fol. 4. pag. 2.
Iſa. 45. v. 8. Rorate cęli deſuper. &c. fol. 258.

Digitized by Google

fol.258 pag.2.cap.60.v.8. qui ſunt iſti qui vt nubes &c.ibidem.
Sapientię. 4.v.7. Condemnat iuſtus mortuus &c.fol.172.pag.2.
Ierem.17.v.14. Recedentes à te &c. fol.20.pag.2.
Ierem.9.v.23. Non glorietur ſapiens, &c.283.pag.2.
Habac.2.v.1. Quid reſpondeam, fol. 201.pag.2.
Matth.5.v.17. Sed adimplere, fol. 5. pag.2.
Matth.6.v.21. Vbi eſt theſaurus tuus, fol.27.
Matth.5.v.43. Diliges proximum tuũ v.3. Neſciat ſiniſtra tua fol. 234. ca. 6.v.17. vnge caput tuum, fol. 221. pag.2.
Lucę 11.v.13. In Beelzebub, fol. 231. pag.2. v. 23. qui non colligit mecum &c.fol.7.pag.2. cap. 15. filius prodigus, fol.52. pag.2. Ioannis, 6. v.5. cum ſubleuaſſet oculos, fol.54.
Rom.8.v. 19. Expectatio &c. vanitati ſubiecta eſt, fol.4.v.2.
2.Cor. 3. v. Gloriam Domini ſpeculantes, fol.195.pag.2.
Ad Philip.2.v. 12. Cum metu & tremore, fol.214.p.2.
2.Ad Tim. 4. prædica verbum, inſta &c.fol.159.160.
Apoc.14.v. Opera illorum ſequuntur illos, fol.9.
Zachar.3.v.8. Ecce vir oriens &c. fol. 278.pag.2.

Digitized by Google

INDEX

VOCVM HEBRAICARVM

VBI INDICATVR QVÆ LITERA HEBRÆA LATINÆ RESPONDEAT,

& vis illarum explanatur.

ALEPH. A.

AChiron, c. 1. v. 11.
Atſal, c. 2. v. 10.
Achaz, c. 2. v. 3.
Aſas, c. 2. v. 14.
Açaphah, c. 12. v. 11.
Abah, c. 12. v. 5.
Atubah, c. 12. v. 3.

BETH. B.

BErecah, c. 2. v. 6.
Baqas, c. 3. v. 15. c. 7. v. 26.
Barar, c. 3. v. 18. c. 9. v. 1.
Bahal. c. 5. v. 1.
Bizah, c. 7. v. 19.
Baas, c. 10. v. 1.
Bata's c. 12. v. 5.
Bahhal, c. 12. v. 11.
Baqar, c. 2. v. 7.
Bar, c. 2. v. 12.

GIMEL. G.

GAn, c. 2. v. 5.
Gabar, c. 10. v. 10.
Galal, c. 12. v. 6.

DALETH. D.

DOr, Dur, c. 1. v. 4.
Dabar, c. 7. v. 9. c. 8. v. 2.

HE. H.

HEbel, c. 1. v. 2.
Halal, c. 1. v. 17.
Halac, c. 2. v. 1.
Hamon, c. 5. v. 9.
Halam, c. 7. v. 6.

ZAIN. Z.

ZEman, c. 3. v. 1.
Zachar, c. 4. v. 13. c. 12. v. 12.
Zacar, c. 5. v. 19.
Zuahh, c. 12 v. 2.

CHETH. Ch.

CHaçar, c. 1. v. 15. c. 3. v. 10.
Chacam, c. 2. v. 19.
Chus, c. 2. v. 25.
Chephets, c. 3. v. 1.
Chabaq, c. 4. v. 6.
Choli, c. 5. v. 16.
Cherem, c. 7. v. 28.
Chail, Chel, c. 10. v. 10.
Chorim, c. 10. v. 17.
Chul, c. 12. v. 1.

Teth

TETH. T.

TOb. c. 2. v. 1.
Tachan, c. 12. v. 4.

IOD. I.

IAçaph. c. 1. v. 17.
Ieruſalem, c. 1. v. 1.
Iether, &c. c. 1. v. 5.
Iag. hh, c. 1. v. 8.
Iaas, c. 2. v. 20.
Iad, c. 2. v. 24.
Iaqas, c. 9. v. 12.
Iaqar, c. 10. v. 1.

CAPH. C.

CAhhaç, c. 1. v. 18. c. 7. v. 4. c. 5. v. 16.
Ciçron, c. 4. v. 4.
Cecel, c. 7. v. 26.
Cesbon, Calab. c. 7. v. 26.

LAMED. L.

LEb, c. 3. v. 11.
Lehhumath, c. 7. v. 15.
Lachas, c. 10. v. 11.

MEM. M.

MAlac, c. 2. v. 5.
Mibli, c. 3. v. 11.
Macon, c. 5. v. 16.
Meumah, c. 7. v. 11.
Miſphat, c. 8. v. 5. 6.
Meod, c. 9. v. 10.
Mem prepoſitio, 1. Miuel, Min. f. 37. & c. 10. v. 1.
Moſel, c. 10 v. 4.
Maqom. c. 10. v. 4.
Macac. c. 10. v. 18.

NVN. N.

NAbahh, c. 10. v. 1.
Naçah, c. 2. v. 1.
N. çac, c. 2. v. 1.
Nahag, c. 2. v. 3.
Necaçim, c. 5. v. 18.
No, c. 7. v. 6.
Nacah, c. 7. v. 10.
Nechalah, c. 7. v. 12.
Nabon, c. 9. v. 11.
Nephes, c. 6. v. 7.

ÇAMEC. Ç.

CEgulah, c. 2. v. 8.
çab.b, c. 2. v. 20. c. 7. v. 16
çicluth, c. 7. v. 16.
çebel, c. 12. v. 5.

AIIM. Hh.

HHanah, c. 2. v. 13. c. 3. v. 5.
Hhinian, c. 1. v. 13.
Hhanag, c. 2. v. 8.
Hhaſah, c. 2. v. 11. c. 3. v. 9.
Hhamal, c. 2. v. 19.
Hheth, c. 3. v. 1. c. 9. v. 12.
Hholer, c. 5. v. 18.
Hhazaz, c. 7. v. 20.
Hhaz, Hhoz, c. 8. v. 1.
Hhanah, c. 10. v. 19.
Hhal, c. 11. v. 1.
Hhanath, c. 12. v. 3.

PE. P. Ph.

PArdeç, c. 1. v. 5.
Phanah, c. 2. v. 12.
Peſer, c. 7. v. 29.
Phy. 1. Py. 1. Pch, c. 8. v. 2.
Panim, c. 8. v. 3. c. 9. v. 2.

TSADE. Tſ.

TSel, c. 7. v. 13.
Tſud, c. 7. v. 28.
Tſadaqah, c. 11. v. 7.

QOPH. Q.

QOheleth, c. 1. v. 1.
Qahal, c. 1. v. 2.
Qanah, c. 2. v. 7.
Qarah &c. c. 2. v. 14.
Qerab, c. 9. v. 18.
Qahah, c. 10. v. 10.

Qal al

Qalal, c. 10. v. 20.

RES. R.

RVach, c. 1. v. 6. c. 10. v. 4.

Rehhuth, c. 1. v. 14. c. 6. v. 9.

Rohhah, c. 1. v. 14.

Radaph, c. 3. v. 15.

Raah, c. 6. v. 9.

Ros, c. 7. v. 6.

Rathaq, c. 12. v. 6.

Remijah, c. 9. v. 10.

SIN. S.

SAaph, c. 1. v. 5.

Simchah, c. 2. v. 2.

Sadad, c. 2. v. 8.

Sana, c. 2. v. 19.

Salat, c. 2. v. 19. c. 8. v. 4.

Salit, c. 5. v. 18.

Sababah, c. 8. v. 2.

Salach, c. 8. v. 8.

Sathah, c. 10. v. 17.

Sachar, c. 11. v. 10.

Sachach, c. 11. v. 4.

Saqad. c. 12. v. 5.

THAV. Th.

Tholdah, c. 1. v. 4.

Thaqan, c. 1. v. 15. c. 12. v. 9.

Thur, c. 7. v. 26.

CORRE-

CORRIGENDA ERRATA,

FO. FOLIO, CO. COLVMNA, V. VERSV, LE. LEGE, QVANDOQ. OMITTITVR.

FOl. 3. co. 1. v. 24. le. diſcernuntur, fo. 5. co. 1. v. 1. redundat verſus, dele illum. fol. 6. co. 4. v. 26. le. ſcit, fol. 9. co. 4. v. 26. le. affuit, fo. 10. co. 3. v. 23. dele 10 enim, fo. 12. co. 4. v. 30. le. horas, fo. 13. co. 4. v. 26. gratiæ, fo. 14. co. 3. v. 30. remotiſſimas, fol. 16. co. 3. v. 1. male, fo. 18. co. 1. v. 38. fabrilis, fo. 19. co. 3 v. 29. ſi. le. etſi, fo. 20. co. 1. v. 32. iſtam, fo. 21. co. 2. v. 22. ſed, co. 4. v. 31. omnis, fo. 22. co. 4. v. 12. in, redundat, v. 25. le. Daras, fol. 23. col. 3. v. 23. ire, col. 4. v. 38. inutilis, fol. 24. co. 1. v. 22. paſtionem, co. 3. v. 25. paſtionem, fo. 29. co. 4. v. 38. iniquitatem, fo, 30. co. 2. v. 37. libere, co. 4. v. 30. Caab, fol. 32. co. 1. v. 29. pio, lege pro, fo. 33. co. 3. v. 35. le. & illorum copia, & fruitio vaniſſima, fo. 35. co. 4. v. 8. non habent iniqui, fo. 37. co. 3. v. 17. alterum poſt, redundat, fo. 38. co. 1. v. 30. vane, redundat, v. 31. delaſſare, le. ſatiare, fo. 39. co. 3. v. 29. fluuius, fo. 40. co. 2. v. 34. animus, fo. 42. co. 1. v 6. çegulath, fo. 45. co. 4. v. 7. egredienti, v. 26 aceſcit, fo. 47. co. 2. v. 11. ſi, redundat, v. 19 paſtio, fo. 49. co. 1. v. 32. per, le. poſt, fo. 51. v. 11. conferuntur, le. eo feruntur, fo. 54 co. 4. v. 22. faſtus, fo. 55. co. 3. v. 3. quidam pro, fo. 56. co. 4. v. 11. vel, redundat, v. 16. hanc, le. hæc, v. 20. memoriæ, fo. 57. co. 2. v 31. malacia, fo. 58. co. 1. v. 6. intemperanter, fo. 61. co. 1. v. 1. deſunt hæc verba, ad eum, qui operitur lino crudo, furor, zelus, tumultus, fluctuatio, timor mortis, fo. 61. co. 1. v. 3. ſomnus, fo. 62. co. 1. v. 9. in, le. tu, co. 2. v. 1. ctus, le. ctum, fo. 64. co. 3. v. 22. tardius, v. 34. apetiar, co. 4. v. 25. ſic, fo. 69. co. 1. v. 39 diutius, fo. 69. co. 4. v. 20. mouet, fo. 70. co. 4. v. 3. naturę lex, fo. 73. co. 2. v. 39. adultera, fo. 74. co. 2. v. 9. plures, fo. 75. co. 2. v. 20. mille, fo. 76. co. 3. v. 33. dominium, fo. 79. co. 1. v 5. Archidamidę, fo. 81. co. 2. v. 38. deeſt, de, fo. 82. co. 1 v. 27. accidente, lege, ac dicente, fo. 86. co. 3. v. 13 Reddit, fol. 87. co 3. v. 25. carni. le. cermi co. 4. v. 38. temperantiam, fo. 92. co. 4. v. 2. aſſeclas, prima redundat, fol. 93. co. 1. v. 19. conſpicua, fo. 101. c. 1. v. 12. duo verſus redundant, fo. 101. co. 3. v. 37. pręſentis, fo. 102. co. 2. v. 20. reuelationis, fo. 105. co. 3. v. 30 accepta, co. 4. v. 1. alieno, fo. 106. co. 3. v. 6. Húc, fo. 107. co. 1. v. 9. iactat, fo. 108. co. 4. v. 9. quos, fo. 109. co. 4. v. 29. quia, le. qui v. 30. Prophetam, fo. 110. co. 2. v. 17. Duo illi, co. 2. v. 40. quamuis, le. quod. co. 4. v. 8. plebei, fo. 112. co. 2. v. 27. maximum, fo. 118. co. 2. v. 31. imprudenti, fo. 118. co. 4. v. 16. vitandam, fo. 121. co. 4. v. 30. quam ducem, fo 122. co. 3. v. 2. vel, co. 1. v. 16. vindictam, v. 9. vel, redundat, fo. 128. co. 2. v. 24. vitę v. 28. penuria, fo. 131. co. 3. v. 25. indignatio, fo. 138. co. 2. v. 4. cura, le. iura, fo. 142. co. 4. v. 38. Haiah, fol. 152. co. 1. v. 12. le. qui à cum inſigebat in grana, fol. 154. co. 8. v. 11. illis, fo. 155. co. 2. v. 3. Mo. le. No, fol. 157. co 4. v. 22. vigorem ſuum, fol. 158. co. 2. v. 3. abundantiore, v. 20. caſſus, fol. 170. co. 4. v. 28. inhabitatores, fol 173. co. 3. v. 7. cuiuis, fo. 174. co. 1. v. 22. mutuis, fol. 178. co. 4. v. 9. ſaluus, v. 10. Nequaquã: hic erit pũctus, fo. 179. co. 4. v. 37 ſi ſuo, le. ſuo ſi, fo. 181. co. 1. v. 30. Addit, fo. 186. co. 3. v. 26. inuenit, fo. 187. co. 3. v. 12 çabab, fo. 188. v. 4. co. 1. çiclu th, fo. 191. co. 3. v. 4. probabilis, fo. 200. co. 3 v. 10. Eripiant, fol. 203. co. 2. v. 5. temeraria, co. 3. quos cum, co. 4. v. 15. lateant, fo. 215 co. 3. v. 2. certa v. 3. ignota, co. 4. v. c. 4. conqueritur, fo. 218. co. 4. v. 4. videntes, fo 224. c. 1. v. 12. loco, le. lucto, fo. 229. co. 4. v. 22 inſignem, fo. 233. co. 2. v 27. Anathomia, fo 238. co. 2. v. 30. in margine, placabilis, 243. col. 4. v. 24 Hhanilim, fo. 146. co. 3. v. 24 contingentium, co. 4. v. 38. deferat ipſe, 249. co. 2. v. 39. imbellem. 253. col. 2. v. 27. Terras, 259. co 1. v. 15 inimicitia, 262. co. 4. v. 2 ſubdit, 264. co 1. v. 14. Hebręorũ, lege in Hebręo, 272. co. 2. v. 2. Migaboah, co. 4. v. 4. Abiionah, 274. co. 1. v. 14. lege, planguntur numi quã funera &c. 275. co. 4. v. 26. agnouerit,

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1622